IVLII CLARI ALEXANDRINI
I. C. LONGE CLARISSIMI,
ET PHILIPPI IJ. HISPANIARVM REGIS
Supremi Consiliarij, ac Regentis dignissimi

OPERA OMNIA;
Siue
PRACTICA CIVILIS, ATQVE CRIMINALIS;

Cum doctissimis ADDITIONIBVS Perillustrium Iurisconsultorum

D. IOANNIS BAPTISTÆ BAIARDI Parmensis.
D. BERNARDINI ROSSIGNOLI Mediol.
D. HIERONYMI GIACHARII Luginen.
D. IOANNIS GVIOTII Niuernensis.
D. ANTONII DROGHI e Castro Lauro.

Quarum plurimæ haud antea impressę fuere; nunc autem per FRANCISCVM BARETIVM diligenti studio suo loco dispositę sunt; vnde Ciuilium, & Criminalium rerum Tractatus adeo copiosus efficitur, vt præterea nihil, tam Theoricis, quàm Practicis Iuris vtriusque desiderandum, aut excogitandum relinquatur:

NOVISSIME TANDEM

Quæstionum, & Additionum Summarijs appositis, necnon duobus Rerum Memorabilium Indicibus, quorum alter Practicæ Ciuili, alter Criminali inseruit.

AD ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINVM
D. CARDINALEM BVRGHESIVM.



VENETIIS, M DC XIV.
APVD BARETIVM BARETIVM.
De consensu Superiorum, & Priuilegijs.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO D.
D. CARDINALI
BVRGHESIO

Patrono Colendiſsimo.

QVEMNAM ego potius, quam Te, Cardinalis omnium ampliſſime, hoc tam CLARO dono, tot, tantiſque opibus, atque ornamentis recens aucto, atque illuſtrato donarem? Enimuero Tibi præclara, ac ſumma omnia debentur; quæ Tua eſt amplitudo, non modo in bonis, quæ externa, & corporis dicuntur, verumetiam in ijs potiſſimum, quæ vera, & maxime germana animum attingunt. Tu quidem cum Te PAVLI QVINTI Pontificis ter Maximi, ac totius Reipublicæ Chriſtianæ ſummi Moderatoris Nepotem eſſe dudum præſenſeris; & cui Auunculus, quaſi alter verè DIVINVS ATLAS Cœleſte pondus ſuſtentandum daturus erat; ſedulo dediſti operam, vt ijs Te præſidijs inſtrueres, & communires, quibus impoſitam perſonam, & tantum oneris ſuſtineres. Quod ſane ita proſpere contigit, vt eam prouinciam, qua maio-

rem

rem in terris minime reperias, incredibili cum primis supremi ipsius Rectoris voluptate, & omnium admiratione administres, atque eius gubernacula tractes sapientissime. Sed quid mirum, cum iam pridem Te sic assuefeceris, vt ea solum facere noueris, quæ sunt iustè, temperatè, ac prudenter facta? Primum enim in eam curam potissimum incumbis, vt, quantum in te est, honores optimo cuique mandentur, & ceteri nullis iniurijs onerentur: quod est maximum, ac præcipuum, & firmissimum Reipublicæ fundamentum. Deinde verò ita Tibi ipsi imperandum semper putasti, vt pulchrius, ac præclarius censueris in tuas cupiditates, quam in alios homines dominari. Quid postremo de Tua prudentia commemorem? Illud nunc uidelicet, quod uniuersas reliquas virtutes cum ea in Te coniunctas omnes agnoscunt. Ex quo factum est, vt cum Optimo, & Maximo AVVNCVLO TVO natura sis Carissimus; sanctissimis tamen moribus, ac præstantissimis virtutibus ei multo sis carior; ceteris autem admirabilis, omnibus in rebus, & venerandus. Mihi verò inprimis, etenim præterquamquod in Te obseruando, & colendo, & tam admirabilibus Tuis virtutibus prædicandis nemini concedo; illud etiam accedit, quòd tanta semper à te benignitate sum complexus, vt Te mihi PATRONVM esse in hac mortali vita summum bonum existimem. Id ipsum plane de Francisco filio meo tibi persuadeas velim; quem si Tibi in clientelam, & fidem commendatum videro amplissimum illi scilicet patrimonium reliquisse mihi videbor. Sacris iam ordinibus initiatus est; & cum assiduam, atque impensam multos iam annos omnium bonarum literarum studijs operam nauauit; tum in Iurisprudentia eò prouectus est, vt de Doctoratus insignibus suscipiendis iam cogitet, non vt in eo, quemadmodum vulgo fit a plerisque, tanquam in exantlatorum laborum præmio otiosus conquiescat: sed vt eò ardentius operetur in vinea Domini: illò neque arroganter irrumpens, neque intrusus, sed vocatus ab ipso Domino, atq; eius legitimis ministris quòd annuente Te consecuturum sperat, præsertim cum ille totum se Tibi tradiderit, & dedicauerit; & in Tua eximia Virtute reuerenda paternis vestigijs studiosissime insistat. Atque huius quidem nostræ erga Te propensissimæ voluntatis testem locupletissimum IVLIVM CLARVM habes hoc tempore, insignitum, ac locupletatum doctissimis celeberrimo-

rum

um Iuriſconſultorum additamentis, in quibus digerendis, ſuisque locis ex ordine collocandis Francisci filij opera, atque induſtria maxime enituit; ſi quæ alia huiuſce generis, aut fortaſſe meliora à nobis proficiſcentur, idem nimirum omnia ſemper teſtificabuntur. Interim quod re præſtare nequimus, id verbis, atq; animo conſequi ſtudebimus; Teque, ac Tuas ampliſsimas, & ſingulares virtutes, laudem, & gloriam nunquam admirari, ſuſpicere, & celebrare ceſſabimus. Vale. Venetijs V. Idus Auguſti M D C X I V.

Dominationis Tuæ Illuſtriſs. ac Reuerendiſs,

Humillimus Seruus.

Baretius Baretius.

AVCTOR AD LECTOREM

Præfatio.

LIBROS sententiarum receptarum en, charissime lector, perfectos atq; absolutos accipe; atq; studiorũ meorũ primitores fructus læta mente suscipias, ac benignis oculis intuearis futurum. Nam spero ut si ipsum perlegere ne despexeris, maximam sis in Tractatus congressibus utilitatem percepturus. Quod autem eum nunc solum tibi exhibuerim, illud fuit in cã; nam cum Mantuæ agens, quò ex belli turbulenta tempestate, velut in portũ confugeram, extremam manum imposuisse, atque in lucem edere constituissem repente mihi allatus est nuncius, me in Mediolanensem Senatum, summo Regis mei beneficio fuisse cooptatum. Quæ res fecit, ut ab incepto desisterem. Permagni enim interesse arbitrabar, utrum opus ipsum à iuris tantum perito, an à iuris perito eodemq; senatore prodiret, à quo propter accessionem dignitatis, nihil nisi summo iudicio atque arte elaboratum proferri oporteret. Sperabam tamen futurum, ut librum aliquando in manus sumere, eumq; expolire, atque absoluere possem. Sed me valde mea fefellit opinio: nam cum primum senatorium cœpi munus obire, ita sum causarum, negotiorũq; multitudine impeditus, ut nihil huc spatii surripere potuerim, ad opus ipsum, uti cõstituerã, diligenter corrigendum, atque emendandum. Hærebam itaque, nec quid consilii caperem omnino videbam. Hinc enim, si liber prorsus supprimeretur, non poteram non moleste ferre, tot annorum à me susceptos labores sine fructu perire: illinc vero, si non emendatus ederetur, verebar, ne cum magna existimationis meæ iactura, illud mihi iure obiici posset, quòd ipse iurisconsultus non satis consulto fecissem. Placuit igitur, priusquam deliberarem, amicorum iudicium exquirere: nihil enim apud me unquam fuit illorum consiliis, aut sanctius, aut religiosius. Itaque paragraphum, qui de Feudis erat conscriptus, in lucem editum ad plerosque viros literarũ scientia insignes, mihiq; summa necessitudine coniunctos, perferendum curaui, ut ex eo quasi totius operis gustum præberem; rogauiq; ut quid de eo sentirent, quidue mihi faciendum putarent, amicè monerent. Ii omnes responderunt, non indignum sibi librum uideri, qui in lucem prodiret, atq; non modo animum confirmarunt, sed etiam addiderunt. Quo factum est, ut hanc prouinciam, quam antea timens ac uiribus meis diffidens subterfugiebam, nunc tot clarissimis uiris hortatoribus, alacri, & prompto animo lubentissime susceperim. Sed cùm adeo ipsius uoluminis creuerit magnitudo, ut non nisi longo temporis interuallo, auctorum locos omnes, qui pene innumerabiles citantur, cum ipsis scriptorum commentariis conferri posse existimarem, (hoc autem magni referre arbitror, ut omnia fideliter recitentur) idcirco tardius quam uoluissem totum opus perfeci, & peruulgaui. Hoc itaq; perfectum habes volumen, quod licet tardum aduenerit, maiori tamen cum emolumento tuo factum est, cum multa accesserint, quæ, si elapsis lustris prodiisset, in ipso desiderarentur. Lege, perlege, manda memoriæ quæcunq; hic perscribuntur, ut & tibi non exiguos honores & Principi tuo maximum prouentum congeras. Vale.

BARETIVS BARETIVS
Ad Lectorem.

Ea est animis hominum innata gloriæ cupiditas, vt ne maximos quidem, atque inexplicabiles labores pro tantę beatitudinis acquisitione subterfugiant; nō enim vastissimos Oceani sinus perhorrescunt; non Libycas feras pauent; non asperrimos montium, ac desertorum accessus trepidant, & quod admirabilius est, libenti animo sęuissimis gladiorum ictibus colla subijcere non contremiscunt. Quoniam autem non omnibus à cęlesti, diuinoque Rectore idem hac in re aditus constituitur, cū alijs per tortuosos, ac corporaliū exercitationū calliginosos calles, alijs verò per planas, atq; illustres Scientiarum semitas illuc sit progrediendum; hinc fit, vt vnusquisque pro sua animi propensione ad ęternę famæ lauream arripiendam anhellet. Quod cum Excell. D. Iulio Claro lustris transactis maxima cum felicitate, atque omnino plenè contigerit, quippe qui Opera tanta vtilitate confertas, tanta iuris præstantia circumfusas edidit, vt perfectissimi Iurisconsulti volumina integra ipsius scriptis connectere non erubuerint, abundantissimam gloriæ messem se reportaturos arbitrantes, si decorum ac venerabile ipsius saltem nomen in suorum librorum superficie enitescere cognoscerent; iniustum esse arbitratus sum absolutum vtrisquę & honorem, & decus debitum surripere; quod vtique perpetrassem, si nō pauca aliquorum scripta suis locis multo cum studio per filium meum seriatim accommodata typis demandare neglexissem, atque vnico actu D.Claro, D.Ioanni Baptistę Baiardo cum ceteris Addentibus, & denique legali studio operam nauantibus gloriam, honorem, & vtilitatem impiè subtraxissem. Hæc itaque turpissima negligentiæ nota ne mihi inureretur, qui non alia ducor cupiditate, nisi vt tibi & prouentum, & fructum in studijs parem (amice Lector) hæc Opera celeberrimi I.C. iam perfecta, atque hac vltima editionę maxima cum diligentia ab erroribus expurgata tibi porrigo, in quibus, siue sententiam Clari desideres, siue Baiardi aliorumque Auctorum opinionem exoptes, omnia vnico intuitu dignoscere poteris. Deus faxit, vt huius voluminis adminiculo talem te præbeas iudiciorum prolatorem, eorumque defensorem, quales hi omnes integerrimi patres extiterunt. Vale, & cum oraueris, memor esto mei, cui commodum tuum nunquam excidit à memoria.

SERIES
TRACTATVVM
toto hoc Volumine contentorum eodem ordine, quo ab ipso Auctore sunt editi.

EX LIBRO TERTIO SENTENTIARVM RECEPTARVM IVLII CLARI, &c.

§. Testamentum.

EX LIBRO QVARTO RECEPTARVM SENTENTIARVM.

§. Donatio.
§. Emphyteusis.
§. Feudum.

EIVSDEM LIBER QVINTVS INTEGER, ET ABSOLVTVS,

In quo omnium criminum materias, per receptas Sententias, ac in calce de eorundem Processibus conficiendis, ac delinquentium pœnis, accuratissimè sunt omnia tractata, ita vt nihil vlterius lector desiderare possit,

INDEX RERVM NOTABILIVM

Quæ in Practica Ciuili D. IVLII CLARI I. V. C. reperiuntur.

A

B

C

A feu-

D

E

Emphy-

Filius

Et

An

H

I

L

M

N

O

P

Vsque

Et

Vbi

Quid

F I N I S.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R

OMNES SVNT TERNIONES.



VENETIIS. Ex Typographia Baretij Baretij.
MDCXIV.

IVLII CLARI ALEXANDRINI
IVRISCONSVLTI CLARISS. AC REGII SENATORIS.

Ex Libro Tertio Sententiarum Receptarum:

§. TESTAMENTVM,

Cum Additionibus celeberrimorum I.V.C. D. Hieronymi Giachari Lugiensis, & D.Ioannis Guiotij Niuernensis.

CAPITA QVAESTIONVM.

Quaest.I. Quid sit testamentum.
2 *Quo iure inuenta sit testamenti factio.*
3 *Quot sunt genera testamentorum.*
4 *Quid differat testamentum nuncupatiuum a testamento in scriptis.*
5 *Quae personae possint testari ad pias causas.*
6 *Solemnitates iuris ciuilis, an sint sublata in testamentis ad pias causas.*
7 *Testamentum imperfectum ad pias causas conditum, an sustineatur quacunque imperfectione non obstante.*
8 *Testamentum inter liberos conditum, an valeat sine solemnitatibus iuris ciuilis.*
9 *Et quid si sit imperfectum ratione voluntatis.*
10 *Et an et sustineatur quatenus cocernit extraneas psonat.*
11 *Dispositio, § ex imperfecto, an habeat locum etiam in testamento nuncupatiuo.*
12 *Et an habeat locum inter quoscunque liberos.*
13 *Et an ex huiusmodi testamento succedatur tanquam ex testamento, an autem tanquam ab intestato.*
14 *Cedula manu Patris scripta, siue testibus, an valeat inter liberos in vim testamenti.*
15 *Testamentum militis, quae priuilegia habent.*
16 *Miles an possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
17 *Testamentum caeci quomodo confisci debeat.*
18 *Filiusfamilias an possit testari.*
19 *Bannitus an possit testari.*
20 *Et an possit capere ex testamento.*
21 *Condemnatus ad mortem, an possit testarĩ.*
22 *Deportatus an habet testamenti factionem.*
23 *Condẽnatus ad perpetuos carceres, an retineat testamenti factionem.*
24 *Excommunicatus an possit testari.*
25 *Infans an possit testari.*
26 *Vsurarius manifestus, an possit testari.*
27 *Praelatus aut clericus, an possit testari.*
28 *Monachus, vel religiosus, an possit testari.*
29 *Monachus vel religiosus, an possit capere ex testamẽto.*
30 *Monacho haerede instituto, an haereditas transferatur in monasterium ipso iure.*
31 *Spurius an possit capere ex testamento.* (spurio.
32 *Auus an possit instituere nepotem legitimũ natũ ex filio*
33 *Prodigus an possit testari.*
34 *Inhabilis de iure communi ad testandum, an possit testari ad pias causas Remissiue.*
35 *Institutio haeredis, expressa, & tacita esse potest.*
36 *Institutio haeredis debet esse certa.*
37 *Testator debet ore proprio exprimere nomen haeredis.*
38 *Legitima debet filio relinqui iure institutionis.*
39 *Filius an possit institui sub conditione.*
40 *Testamentum, in quo filius est exhaeredatus an sit nullũ.*
41 *Ex quibus causis filius a patre exhaeredari possit.*
42 *Testamẽtũ in quo filius est praeteritus, an sit ipso iure nul*
43 *Et quid de iure praetorio.* (lum.
44 *Filia an possit institui in sola dote sua.*
45 *Testamentum praeteritione posthumi, an rumpatur.*
46 *Clausula codicillaris, an sustineat testamentum nullum ex causa praeteritionis, in vim fideicommissi.*
47 *Praeteritio filij a matre, an reddat eius testamẽtũ nullũ.*
48 *Praeteritio patris a filio an reddat testamentum nullũ.*
49 *Praeteritio matris, vel ascendentium per lineam maternam, an annullet testamentum.*
50 *Praeteritio collateralium, an vitiet testamentum.*
51 *Praeteritio liberti an reddat testamẽtũ nullũ. Remissiue.*
52 *Dispositio auct. ex causa an sustineat testamentum nullum ex causa praeteritionis, vel exhaeredationis.*
53 *Et an irritetur institutio facta in re certa &c.*
54 *Et omnia in testamento contenta praeter institutionem sustineantur.*
55 *In testamento quae personae testes esse non possint.*
56 *Quis testium numerus in testamentis requiratur.*
57 *Et quid de iure canonico.*
58 *In testamẽto requiratur, quod testes notarius sint rogati.*
59 *Requiritur in testamento, quod testes videant testatorẽ.*
60 *Duae personae an possint simul condere testamentum.*
61 *Testatoris dispositio an semper seruanda sint.*
62 *Testator an possit prohibere directionem trebellianica.*
63 *Et quid in filijs primi gradus.*
64 *Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo, fruendo, &c.*
65 *Testator an possit prohibere ne testamentũ insinuetur.*
66 *Testator an possit remittere confectionem inuentarij.*
67 *Testator an possit prohibere diuisionem inter haeredes.*
68 *Testator an possit concedere legatario licentiam capiendi legatum propria auctoritate.*
69 *Testator an possit priuare haeredem haereditate.*
70 *Testator an possit facere, quod bona sua non sint pro legatis hypothecata.*
71 *Testator an possit disponere de rebus haeredis.*
72 *Testator an possit prohibere legitimam.*
73 *Testator an possit prohibere filio alienationem suae legitimae, Remissiue.*
74 *Testator an possit prohibere ius accrescendi.*
75 *In testamento an possit celebrari contractus.*
76 *Quemadmodum testatoris voluntas conijci possit.*
77 *Filij positi in conditione an censeantur vocati.*
78 *Et quid si testator eos grauauerit.*
79 *Et quid si apposita sit dictio, masculis.*
80 *Plures simul instituti vel substituti an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo.*
81 *Testamentũ an annulletur praeteritione filij, Remissiue.*
82 *Et an praeteritione parentu, vel collateraliũ. Remissiue.*
83 *Et propter exhaeredationem, Remissiue.*
84 *Legitimatione filij naturalis, an rũpatur testamentum.*
85 *Et an per ingressum religionis, Remissiue.*
86 *Resurrectione testatoris defuncti, an testamentũ rũpatur.*
87 *Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullum, Remissiue.*
88 *Vltima voluntas, an vitietur propter malam latinitatem. Remissiue.*
89 *Testamentum minus solemne, an sit ipso iure nullum.*
90 *Ex testo minus solẽni, an oriatur naturalis obligatio.*

91 *Testamentum an contraria voluntate reuocetur.*
92 *Et quid si testator dicat se velle decedere intestatum.*
93 *Cancellatione testamenti, vel incisione, an reuocetur testamentum.*
94 *Testamentum iuratum an tollatur per secundum testamentum.*
95 *Donatio in pœnam mutationis testamenti, an valeat.*
96 *Secundum testamentum ex quo non sit adita hæreditas an tollat primum.*
97 *Testamentum imperfectum, an aliquando tollat aliud perfectum præcedens.*
98 *Testamentum primum inter liberos conditum, an per secundum testamentum simpliciter reuocetur.*
99 *Testamentum primum habens clausulam derogatoriā, an tollatur per secundum.*
100 *Si duo testamenta eodem die confecta producātur quod eorum præualere debeat.*

QVANTVM *hac testamentorum materia præ cæteris omnibus vtilitate, & subtilitate excellat, nemo est qui nesciat. quotidie enim & in scholis, & in foro versantur super vltimis defunctorum voluntatibus variæ quæstiones, Harum autem cūm iam nos superioribus §§. bonam partem absoluerimus, eamque præsertim, quæ ad substitutiones, & legata pertinet, restat vt de ipsis testamentis, eorumque solennitatibus breuiter differamus.*

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit testamentum.*
2 *Testamentum vires accipit a morte testatoris.*
3 *Testamentū de necessitate includit institutionē hæredis.*

1 PRo intelligentia in primis quæro. Quid † sit
a testamentum? *a* Respond. testamentum est *a*
b voluntatis nostræ iusta *b* sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, ita diffinit Iurisconf. in l. 1. ff. de testamen.

ADDITIONES.

a *Testamentum*. aduerte quòd † testamentum vires
2 accipit a morte testatoris. l. qui hæreditatem, l. neminem, ff. de acquir. hæredit. vbi enim est testamentum mors necesse est interueniat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Ita legitur, in Sabbato sancto lectio octaua, de epistola Beati Pauli ad Hebræos c. 9. quæ nota ad essentiam atque effectum testamenti.

b *Iusta*. Idest perfecta, & sic † includit de necessitate
3 institutionem hæredis, ita per Barto. in l. 1. ff. eodem, qui dicit sibi videri durum, quòd Iurisco. nesciuit diffinire testamentum, & quòd egeat subtili subaudi tione illa, & istud communiter teneri dicit Ang. de Aret. in §. 1. Instit. eod. qui nu. 2. dicit quòd quadruplex ex perfectio, dic vt per eundem. *Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure introducta fuerit testamenti factio.*

1 QVæro, † quo iure introducta sit testamenti factio? Resp. Aliqui simpliciter dicunt, q testamentum est de iure ciuili. & dicit Guliel. de Benedic. in 1. parte repet. cap. Raynutius. in verb. testamentum, il 1. fol. 174. num. 2. de testamen. quòd ita communiter reuetur. Ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Port. instit. de testa. in princ. nu. 11. Tu dic quòd testamentum ipsum inuentione est de iure gentium, sed solennitates in eo requisitæ, sunt inuentæ *a*
a iure Ciuili, & *a* Prætorio. Et hanc opi. quòd testamentum sit de iure gentium, tenuit Bar. in l. inter dum, nu. 7. ff. de condi. indeb: quam etiam dicit esse magis communem Corn. in l. si testamentū, nu. 2. & 3. C. de testa. Ias. in repet. l. admonendi, post nu. 184. vers. subdit tamen, ff. de iureiu. & in d. l. interdum, nu. 4. quem refert Did. lib. 3. resolutionum, c. 6. nu. 7. Et dicit Io. Annib. in repe. l. nemo potest, ff de leg. 1. nu. 189. quòd ita concludunt cōmuniter Doctores. Videmus enim quòd antequam esset introductum ius ciuile, apud antiquissimas gentes erat in vsu, vt patresfamilias de rebus suis in casum mortis, ad eorum libitum disponerent; & licet postea ius ciuile introduxerit solennitates, quæ ad testamenta conficienda requiruntur, tamen inuentio (vt dixi) ipsius testamenti fuit introducta a iure gentium. Neque putes quòd hęc quæstio sit prorsus inutilis; quia im
b mò est maximi effectus. *b* Nam si testamentū est de iure gentium, non poterit princeps auferre dominium alicui quæsitum ex testamento: quod tamen facere posset, si esset de iure ciuili, vt declaraui supra libro 2. §. princeps.

ADDITIONES.

a *A iure ciuili*. Item quòd testamentum origine sit de iure gentium, licet eius forma sit de iure ciuili, communem, vide plene per Hippol. Rimin. in princ. Insti. de donat. nu. 184. vbi retulit. Cora. dicentem toto (vt aiunt) cœlo aberrare, qui contra tenent.

b *De iure gentium*. Et in testamento facto inter liberos, quod omnis solemnitas iuris ciuilis, & positiui remissa censeatur, sola iuris gentium solemnitate, in illo seruata, commune, vide per Bero. in quæst. 36. numero 5. quod etiam dixi in collecta mea commun. opinio. vers. testamentum, nu. 41. *Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Quot sint genera testamentorum.*

1 QVæro, † quot sint genera testamentorum? Respon. quòd multæ possunt enumerari diuisiones testamentorum, tam respectu formæ, & solemnitatis in eis requisitæ, quàm priuilegiorum, quæ siue propter personam eius qui condit testamentum, siue eius, qui in testamento hæres est institutus, siue propter causam in quā aliquid relinquitur, ipsis testamentis a iure communi concessa sunt. Respectu formæ dicimus, quòd aliud est testamentum in scriptis, aliud est testa-

testamentum nuncupatiuum, de quibus infra quæst.4. Respectu priuilegiorum habes, ꝙ aliud est testamentum conditum ad pias causas, aliud conditum ad causas profanas, de quibus infra q.6.& 7. Aliud est testamentum conditum inter liberos, aliud conditum inter extraneos, de quibus inf.q.8.& sequen. Aliud est testamentum militis, aliud testamentum pagani, de quibus infr. q.15. Aliud est testamentum cæci, aliud non cæci, de quo dixi infra quæstio 17. Solemus etiam dicere, quod Aliud est testamentum validum, siue solenne, aliud inualidum, siue minus solenne, de quibus multa dicemus in discursu materię, & maxime q.89. & sequen.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Quid differat testamentum nuncupatiuum a testamento in scriptis.*

2 *Et an testamentum conditum ab eo qui volebat testari in scriptis non seruatis solemnitatibus requisitis, valeat vt nuncupatiuum, vers. Sed quæro.*

3 *An testamentum factum per relationem ad aliquam cedulam testibus non lectam, valeat. vers. Sed pone.*

4 *Et quid si notarius per errorem apposuerit clausulam, quod non valeat nisi iure codicilli, an sustinebitur in vim testamenti, vers. Non omittam.*

5 *Testamenta duo si reperiantur vnum publicum alterum priuatum cui standum.*

6 *Hæredis institutio descripta in schedula, quæ penes aliquem reperitur, an valeat.*

1 Dixi, quod aliud est testamentum conditum in scriptis, aliud nuncupatiuum. Scire debes, quod testamentum in scriptis est, in quo interueniunt solennitates requisitæ in l. hac consultissima, in princ. C de test. Nuncupatiuum autem est illud, quod conficitur per nuncupationẽ, sine scriptis iuxta formam, de qua in d.l. hac consultissima, §. per nuncupationem. Et intellige ꝙ omne testamentum, in quo nõ sunt seruatæ solennitates positæ in d.l. hac consultissima, in princ. dicitur nuncupatiuum, etiam si sit in scripturam redactum, prout quotidie fieri videmus per notarios; qui testamenta de quib. sunt rogati, in publica instrumenti forma conficiunt. nam nihilominus dicunt nũcupatiua & sine scriptis, ex quo eo casu scriptura non interuenit pro forma, sed solummodo ad faciliorem probationem. Posset enim etiam sine scriptura confici, & per testes solos probari, vt dixi infra libro sexto.

2 Sed quæro,† Pone ꝙ aliquis velit testari in scriptis, & testetur, sed non sint in cõfectione ipsius testamenti seruatæ aliquæ ex solennitatib. requisitis ad testandum in scriptis iuxta dispositionẽ d.l. hac consultissima, in princ. puta, quia oẽs testes non subscripserunt, vel eorũ sigilla nõ apposuerunt: Nunquid tale testamentũ valebit, saltem iure testamenti nũcupatiui. Resp. ꝙ sic. ita tenet Bar. in l. fi. in fi. ff. de iure codicillo. prout illũ refert Goz. cons. 3. nu. 11. qui dicit ꝙ ita est communis opin. scribentium. Sed certè, iudicio meo, Gozad. fallitur in allegato cons. neque Bart. aut Doct. per eum allegati hoc dicunt. Propterea tenenda est opinio Bar. in d.l. fi. in fi. distinguentis post Dyn. ibi, quòd s. Aut constat quòd testator voluit testari in scriptis: & si deficiant solennitates requisitæ, non sustinetur testamentum, ne quẽ etiam iure testamenti nuncupatiui: Aut non constat: & tunc licet cœperit testari, vt in scriptis, valet nihilominus vt nuncupatiuum. Sumenda est enim semper illa interpretatio, per quam actus sustinetur, nisi voluntas testatoris deficiat. & ita sentiunt ferè oẽs Doct. in hac materia loquẽtes.

3 Sed pone,† Aliquis scripsit manu sua, vel ẽt scribi fecit ab alio, suã vltimã voluntatẽ: deinde coram septẽ testib. dixit illud esse suũ testamentũ, & ꝙ ita disponebat de bonis suis, vt legebatur in ipsa scriptura, quæ tñ testib. lecta nõ fuit. Quæro, nunquid tale testamentũ valeat. Resp. si ageretur de legato, aut alio relicto particulari, res nõ haberet magnã difficultatem, quia satis esset ꝙ appareret de voluntate disponẽtis relata ad illã scripturam, iuxta vulgatã doctrinã Bar. in l. si ita scripsero, n. 1. de conditionib. & demõst. de qua dixi supra, §. legatũ. Sed maior est difficultas in institutione hæredis vniuersalis: quia nõ vr̃ posse valere vt testamentum in scriptis, ex quo non sunt seruatæ solennitates subscriptionũ, & sigillorum. Non videtur ẽt posse valere vt nuncupatiuum, ex quo testator voluntatem suam testibus non manifestauit, prout requiritur in d. §. per nuncupationem. Contraria tamen opin. tenenda est, ꝙ scilicet valeat in vim testamenti nuncupatiui. Satis. n. videtur testator suam voluntatem testibus manifestasse, saltem implicite, per relationem ad illam cedulam, siue scripturam. ita tenet Alex. cons. 177. nu. 6. lib. 2. & hanc esse magis cõmunem opin. attestatur Bello. cons. 85. nu. 11. & dixi infra q. 36. vers. sed quid si testator. Consulo tamen, quòd testator faciat per notarium a tergo ipsius cedulæ, vel scripturæ clausæ apponi tẽpus & nomina testium, & rogitum, ne postea cõtingat dubitari circa identitatem scripturæ. & ita obseruauit Illustr. d. Vicecomes Senator, cuius testamentum in hac forma confectum, fuit superioribus mensibus apertum in Senatu.

4 Non † omittam hoc loco vnam quæstionẽ, quæ proximis annis cõtingit in quodã oppido huius Dñij. Quidã testator vocato notario, & septẽ testib. in modum condendi testamenti solennis, fecit legata, instituit hæredem vniuersalem, eũ ore proprio nominãdo, &c. deinde notarius imperitus, fortè volens apponere clausulã codicillarẽ, scripsit in hæc verba: Quod quidẽ testamentum, & vltimam voluntatẽ prętatus testator voluit, & vult valere iure codicillorũ, vel donationis causa mortis, & nõ aliter, nec alio modo. Fuit diu disputatũ, an tale testamẽtũ posset sustineri in vim testamenti: quod hinc inde fuerunt producta multa Consilia Illustrium virorum: quia ille testator, licet esset rusticus, erat tamen diues & pecuniosus. Io. Andr. in addit. ad Spec. de instr. edit. §. compendiose, sub nu. 17. in verbo, codicillum, refert Pyl. disputasse similem quæstionem, vt ibi per eum: & tenet ꝙ valeat iure codicillorum tantum, non aũt iure testamẽti. Idem tenuit Pau. de Cast. in l. nemo potest, nu. 4. ff. de legat. 1. & dicit

Claud.in ead.l.nemo potest nu.10,quod ita communiter concluditur. Ego in dicta causa consului contra communem opi,quod imò deberet valere iure testamenti, attento quod apparebat illa verba fuisse apposita ex errore, & imperitia notarij, & in terminis allegabam multa decisiones doctorum, Sed omnia parum profuerunt, nam deinde intellexi, quod hæres ab intestato obtinuerat declarari,quod non valeret nisi iure codicillorum, & male iudicio meo,

ADDITIONES.

a *Redactum.* Quando † duæ scripturæ testamenti reperiuntur,vna publica & authentica; altera vero priuata & protocolum reperitur, cui sit standum,vi.per Cephal. consi.238.

b *Nunquid tale testamentũ valeat.* Quod valeat de generali cõsuetudine dixi in singu.meis sing.180.vi.ibi,

c *In institutione.* Quid si testator dixit, instituo 6 illum, † cuius nomen est descriptum in quadam mea schedula,quam deposui penes guardianũ obseruantiæ B.Frãcisci,an valeat quod sic,vt per Ang.de Aret. in §.1.nu.6. Insti. de testa. vbi Additio, Ant.Gai.post alios dixit, quam si testator grauauerit hæredem dare illud,quod continetur in d.schedula, quam reliqui penes guardianum,si recognoscatur,saltem per compa rationem hæres cogitur adimplere legata virtute testamenti,secũdum d.schedulam , & tenuit Rim.iun. conf.449. num.24. Et quid quo ad institutionem per eund.consi.379.nu.39.

d *Consulo tamen.* Et de testamento in quo descripti sint septem testes, quando constat per publicum instrumentum,quod tale testamentum legitime probatur,communem,vi.per Soc. in conf.229. col.3. & & vid.per Boer.decis.14.in 2.dub,n.16,qui sub n.20. dat cautelam.Et de hoc dixi etiã in colle. mea com, opi.in verb.testamentum,nu.14.*Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Ad pias causas vnusquisque testari potest.*
Et quid si aliàs sit inhabilis ad testãdum.ver.Sed quia.
2 *Et quid in pupillo,ver.Hinc infertur.*
3 *Et quid in prodigo.ver.Secundo infertur.*
4 *Et quid in furioso.ver.an furiosus.*
5 *Et quid in damnato ad mortem.verf.Quæro quid.*
6 *Et quid in filiofamil.ver.Sed nunquid.*
7 *Et quid si velit testari de bonis aduentitijs, in quibus acquiritur patri vsusfructus . ver.Quæ quidem.*
8 *Et quid si relinquat aliqua legata alijs personis, verf. vnum tamen.*
9 *Quando testamento non sustineatur in vero donationis causa mortis.*
10 *Ad pias causas an dicatur legitimam facti affini.*
11 *Filiafamilias an possit testari de dote profectitia stipulata reddi.*

1 Dicebam etiam,† aliud esse testamentum cõditum ad pias causas, aliud conditum ad causas profanas. Scire debes, quòd ante l.primam,C de sacrosanct. eccles.non licebat priuatis aliquid relinquere collegijs, aut locis pijs, Fuit postea condita illa lex , per quam concessa fuit vnicuique facultas relinquendi huiusmodi
a locis pijs a ad sui libitum.& ita communi intelligitur dispositio illius legis.
2 Sed quia † illa lex loquitur,per verbũ, Vnusquisque,fuit dubitatum,nunquid et illi,qui aliàs erant inhabiles ad testandum,censerentur habilitati, vt possent testari ad pias causas. Et aliqui dicebãt,quod sic,vt illa lex aliquid operaretur.Sed retento,quod ante illã legem non liceret relinquere locis pijs, satis vñ operari dispositio illius legis, ẽt in ijs qui erant habiles: & ideo tenendũ est,quod inhabiles ad testandum non censentur per illam legem habilitati ad testãdum ad pias causas,sed solummodo concessa facultas habilib.vt possent relinquere collegijs,& locis pijs,& ita tenuit gl. in d.l.1.in verbo,Habeat,& est cõis opin.vt dicit Ias.ibi nu.12.& seq.in lect.Papien,
3 Hinc infertur,quod pupillus qui de iure cõi testari non potest,ẽt si pubertati proximus sit,neque ẽt ad pias causas testari poterit.ita tenet Bar.in d.l.1.nu.18.C.de sacrosf.eccles.& ita tenẽt cõiter Doct,oẽs,vt dicit Besse.in repe.d.l.1.n.91.& seq. ita ẽt cõiter teneri attestatur Abb.in rubr.de testam nu.9.in fi.Hanc ẽt dicit esse cõem op.Alex. conf,182.post n.2.lib.5.Barb.conf.58.lib.1.Guli. de Bened.in 1.par.repe.c.Rayn.in verb.Adiectę impuberi,f.221.post n.68.ver.sed aduertatis. Baue.in § ptera,n.1.& seq.Insti.qui testa.fac.poss. Deficit.n.in pupillo volũtas & intellectus,cuius defectus fauore piæ causæ nunquam suppletur,
4 Secundo † infertur, quod neque etiam prodigus, qui pariter de iure cõi est inhabilis ad testãdũ, vt dixi infr.q.33. non poterit ad pias causas testari.ita tenet Bal.in d.l.1.nu.17. C.de sacrosan. eccl.& hanc opinio.firmant cõiter Doctores, vt dicit Alex. in d.conf.182. post nu.6. vers.Sextò probatur.Hanc etiam conclusionem, quòd prodigo bonis interdicto,etiam ad pias causas non concedatur testamenti factio,dicit esse communem Legistarum, Besse. in repet. d.l.primæ. nu. 100. Regulariter enim prodigus cui est interdicta bonorũ administratio, æquiparatur pupillo.
Sed an furiosus poterit testari ad pias causas? Resp.quòd non.ita tenet Bar.in d.l.1.num.16.C. de sacrosanct.eccles. & est communis opio.vt dicit Grat.conf.30.nu.33.lib.2.Subest enim in furioso idem defectus intellectus,ac volũtatis,qui in pupillo, quem defectum, vt dixi, lex fauore piæ causæ non supplet.
5 Quæro,quid † in damnato ad mortem, an possit testari ad pias causas? Resp.quod non. ita tenet Bart.in repet.d.l.1 nu.26, C.de sacrof. eccles. & ita cõiter tenetur, vt dicit Abb. in d.rubr.de testa.post nu.11.ver.de damnato. Hanc etiam di
b cit esse cõem opin. Alex,b in allegato conf.182. post nu.5.Est enim per sententiam cõdemnationis effectus seruus pęnæ,& sic amisit libertatem, & bona.Quod tamen intellige,vt dixi inf.q.21.
6 Sed nũquid † filiusfamilias,qui & ipse aliàs est inhabilis ad testandum, * vt dixi in q.18. poterit testamentum condere ad pias causas?Resp.in hoc articulo variæ fuerunt opinio. Doctorum.de quibus per Scribentes in l.seninm , C.de testam. Cæterum omissis disputationib.magis cõmunis opinio est,quod possit testari ad pias causas,vt dicit Alex.in l.1.§.hoc autem,nu.4.ff.ad Trebellia.Intellige,modo interueniat cõsensus patris. & ita loquitur tex. q est fundamẽtũ huius cõclusionis in

in c.licet, §.fi.cum glo.in vers.iudieare.de sepul. in 6.& hauc esse magis communem opin.attestatur Rom.in repet.Auth.similiter, C.ad l.Fal.Ang. in §.1.nu.7.Instit.quib.non est permiss.face.testa. quem refert Guil. de Bened. in 1.parte repet. c. Rayn.f.39.n.36.Apostil.ad Bar. in l.qui in potestate.sub n.2.ff. de testa Frāc.in c.2.n.36. de test. in 6.Ias.in d.l.1.in lec.Pad n.23.C.de sacros.eccl. & in d.l.senium, nn.5.& in l.hac consultissima, §. ex imperfecto, post num.10. vers. Secundo pro ista, C.de testam. Dec.in d.l.senium, num.21. & sequen.Ruin.cons.62.nu.11. in fin.lib.2.Curt.iu. in d.§.ex imperfecto, num.10. C.de testi. Paris. in c.in praesentia, num.20. de prob. Ioan.Dilec. de arte testandi.tit.1.cau.r.nu.1.in fin.& licet in puncto iuris multa dici possent, tamen in practica non est ab hac opin.recedendum.

7 Quae quidem † opin.indistincte procedit siue huiusmodi filiusfam. velit ad pias causas testari de bonis aduentitijs, in quib.patri non quaeritur vsufructu siue etiam de illis, in quibus patri vsufructus acquiritur, & ita hanc esse magis communem sententiam attestatur Bauer.Instit.qui testa. face.pos.nu.3.& in §.sciendum, nu.6.Insti.de testam.milit.

8 Vnum tamen † nota in hoc proposito, quòd si filiusfam. in huiusmodi testamento condito ad pias causas faciat aliqua legata alijs personis, talia legata mihi valent: non tamen accrescunt ipsi piae causae, sed vadunt aduenientes ab intestato, ita dixi Bald.in d.l.senium, in fi. & in hoc nemo discordat, vt dicit Ias.in d.§.ex imperfecto, post nu.10. ver.Secundo pro ista Gul.de Benedict.in 1.parte repe.Rayn.fol.154.post n.69. Quod pondera cōtra ea, quae dixi inf.q.seq.ver.Sed quaero.

ADDITIONES.

a *Locis pijs*. Sed pone quaedam testatrix legauit cuidam animi suae. An tale legatum dicatur pium, vi.per Ceph.in cons.216.vbi etiam multa ponit quando aliquid dicatur relinqui ad pias causas, & quae concurrere debent ad hoc, vt illud legatum dicatur pium, ibi colligere potes, hic non transcribo.

b *Communem opin..Alexan*.Fallitur Author hic, quoniam Alex.non attestatur hoc, sed solum refert argumentum, quo Bal. vtitur est tamen vera, & communis opin.illa.

c *Filiusfamilias*. Sed an filiafamilias possit † testari de dote profectitia stipulata reddi patri, vel filiae? quod non. vide per Cepha. eius cons.256. vbi plene consultus, respondet atque contraria diluit. *Giachiar.*

d *Inhabilis ad testandum*. Fallit si in testamento sit apposita clausula codicillaris, vel vt valeat tanquam donatio causa mortis, vel cuiuscuiusque vltimae voluntatis: tunc enim testamentum sustinebitur in vim donationis causa mortis: vt per Ias.& Curt.iun.in l.hac cōsultissima, §.ex imperfecto.C.de test. *Guiotius I.V.C.*

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Solennitates iuris ciuilis an sint sublatae in testamentis ad pias causas.*
2 *Et an sufficiant duo testes.*
3 *Et an requiratur quod testes sint rogati.*
4 *Et an mulier possit esse testis in testamento.*
5 *Et an valeat dispositio captatoria ad pias causas.*
6 *Et si testator simpliciter dicat, Committo dispositioni Titij omnia bona mea.*
7 *Et an testamentum nutu conditum ad pias causas valeat.*
8 *Et an in testamento ad pias causas requiratur quòd filijs aliquid relinquatur titulo institutionis.*
9 *Et an huiusmodi testamenta sustineantur etiam quoad legata laicis facta.*
10 *Testamentū factū corā parocho & duob. testibus valet. Idem coram iudice, & inter liberos.*
11 *Testamentum illius, qui tamen per verbum non & sic loquitur an valeat.*

FVit etiam dubitatum, ex quo text.in d.l.1.C. de sacrosanct.eccl.concedit quòd liberè possit relinqui collegijs, & locis pijs, nunquid per dispositionem illius legis censeantur in testamentis ad pias causas sublatae omnes solemnitates iuris ciuilis.Respon.quod non.ita tenet glo.in d.l.1.in verbo, cassa.& est cōmunis opin.vt dicit Ias. in ea l.1.in lect.Padua.nu.22.Besse.in repet.d.l.1. nu.33.Hanc etiam opin.gl.dicit communiter teneri Bart.in lect.d.l.1.in vltimis verbis, licet ipse postea in repe. teneat contrarium. Non enim est verisimile quòd Imperator vnico verbo incidenter dicto voluerit tollere omnes solēnitates a iure introductas. Est autem in se vera illa cōclusio, quod in testamentis ad pias causas non requiruntur solennitates iuris positiui, sed sufficit solennitas iurisgentium: & ita dicunt communiter Docto. vt ait Corne.cons.307.in litera B.lib.3. Ita enim statutum est per sacros canones in c.cum esses, & c.relatum, il 1.de testam. quorum dispositio seruanda est non solùm in terris ecclesiae, sed etiam in foro Caesaris, vt dixi infra q.58.ver.quae quidē.

2 Hinc infertur, † quod licet regulariter de iure cōmuni requiratur in testamento numerus septem testium, vt dixi infr.q.56.tamē in relictis ad pias causas sufficiūt duo testes.a ita dicit Bar.in d.l.1. nu.75. C.de sacros.eccles. Et est communis opin. vt testatur Alex.in l.si certis, post nu 6.vers.& tale relictū.C.de pactis, & cons.131.nu.2.lib.7.quae quidem est seruanda tam in foro seculari, quàm in foro Ecclesiastico, prout etiam communiter obseruatur, teste Io.Andr.in d.c.cum esses, quem refert Imola, ibi, nu.12.in fin.

3 Secundò infertur, quòd licet regulariter testes in testamento adhibiti, debeant esse rogati, vt dixi infra, quaestio.58.tamen in testamentis ad pias causas non requiritur quòd testes sint rogati.ita dicit Bart. in d.l.1. nu.76. & est communis opin.vt dicit Rom.in repet.auth.similiter, C.ad legem falcid.Alex.in d.cons.131.nu.2.lib.7.Corne.cons.149.in litera B.lib.2.& consi.215.in litera R.eod.vol.vbi dicit, quòd plures Doctores, & maioris auctoritatis, tenēt hanc partem, & cons. 307.in litera V.lib.3.& consi.259.in litera E.lib. 4.& in auth.quod sine, nu.8. C.de testam. Soc.in reg.240.in verb.Testes, quem refert Boet.decis. 34.num.5. licet reuera ille liber regularum falsò tribuatur Socin.vt ex ipsius ore habuisse testatur Socin.iun.eius nepos cons.24.post num.4. lib.3. Gul.de Bened.in 1.parte repet. c.Raynutius. in verb.testamento, 1.nu.58.Bauer.in §.sed hęc quidem, nu.34. Insti. de testamen. & dicit Besse. in

repet.d.l.1.quod hæc est communis sententia Legistarum,& Canon.licet hæc opi.de stricto iure non transeat sine difficultate: tamen ex quo communiter ita obseruatur,teste Abb.in d.ca.relatū el 1.post nu.3.de test.non esset ab ea consulendo,aut iudicando recedendum.

4 Tertio infertur,† quod licet regulariter mulier non possit esse testis in testamento vt dixi infra quæst.55.versic.sciastamen: Nihilominus in testamento ad pias causas mulier potest adhiberi in testamento,ita dicit Bal.in lect.leg. primæ,nu. 9.C.de sacrosan.eccle. & hęc opi.communiter tenetur,vt ait Gul.de Bened.in d.c.Ray.in 1.parte,fol.154.nu.65.Quam etiam dicit esse communem Rom.In repe.d.Auth.similiter,in 16.speciali piæ causæ,circa vltimas volūtates,C.ad l.Falc. quem refert Alex.consi.102.nu.6.li.7. Crottus in tracta.de testibus.nu.8.Bauer.in §.testes.nu.11. & seq.Insti.de testa,Bello,consi.13.post nu.8.

5 Quartò infertur,† quòd licet vltima voluntas captatoria,scilicet quæ pēdet ex alieno arbitrio, vel in alterius arbitrium confertur, regulariter non valeat,vt dixi supra § legatum,nihilominus in relictis ad pias causas valet dispositio testatoris captatoria. ita dicit Bartol.in repet.d.l.primæ,num.64.& est communis opi. vt dicit Abbas consi.32.nu.3.lib.2.Alexan. consil.14.nu.7.li.1. quod consi.est fere per eadem verba editum sub nomine Socini inter consilia ipsius Socini in 1. vol.cons.53.Hanc etiam dicunt esse communem opinionem Scribētes in l.captatorias. C.de test. milit.& in specie Dec.num.18.& 20.& Ias.nu.12. quem refert Paris.consi 83.nu.39.lib.3.& consil. 45.nu.13.lib.3.& cons.89.num.44.eod.vol.idem dicit Ias.cons.110.nu.3.lib.1.Guli.de Benedict.in 1.parte,repet.d.c.Raynutius,fol.139.post num. octauum,vers.3.fallit.Cum enim hæc sit simplex prohibitio iuris ciuilis,ne scilicet vltimæ voluntates in alienum arbitrium conferantur,non impediunt,quo minus ea non obstante valeant, relicta ad pias causas. Et hæc est magis communis opin.Can.vt dicit Soc.consi.49.nu.10.lib.4.

6 Quinimo † & fortius, etiam si non appareat expresse,testatorem voluisse testari ad pias causas,sed simpliciter testator dicat, committo dispositioni Titij omnia bona mea, licet videatur dicendum,quod tale testamentum tanquam captatorium non deberet sustineri, tamen fauore piæ causæ valet,perinde ac si testatus fuisset, expresse ad pias causas. Est casus mirabilis in c.cū tibi.de testa. secundum lecturam Innocen. quæ communiter tenetur per Legistas, & Canoni.vt dicit Abbas ibi.nu.4.quē refert Corn.cons.156. in littera D.lib.2.& cons.302.in littera C.lib.4. Et per huiusmodi verba cēsetur institutus hæres ille, in cuius dispositione ipsa vltima voluntas committitur:& intelligitur grauatus,vt ipsa bona distribuat ad pias causas, secundum Inn.in d. ca.cum tibi,qui in hoc communiter tenetur,vt pariter dicit Imo.ibi post nu.16.versi.Sed alij.

7 Quinto infertur,† quod licet testamentum nu b tu conditum b regulariter non valeat, nihilominus fauore piæ causæ valet testamentum nutu cō ditum,ita dicit gl.in d.c.cum tibi in glo magna, & ita communiter tenetur, vt dicit Cor.in l.iubemus.nu.26.C.de testam.Hanc etiam esse communem opinio attestatur Alexand. in d.l.iubemus. nu.3.Aret.in l.in eo qui.in fin.ff.de testa. Bauer. Instit. de testa.in princ.nu.76.& seq.Rim.in d.l. iubemus,col.1.vers.Item an habeat.

8 Sexto infertur,† quod licet de iure communi requiratur, quod legitima relinquatur filijs, iure, & titulo institutionis aliàs testamentum est nullum, vt dixi inf.quæst.38.Tamen in testamento condito ad pias causas non requiritur, quod aliud relinquatur titulo institutionis, ita dixi Bart. in d.l.1.num.62.C.de sacrosan. eccle. cuius opin. est per Doct. communiter approbata, vt dicit Alex.in l.inter cætera.in princ.num.4.ff. de liber.& posthum.quem refert Ias.consil.194. col.fin.lib.2.ita etiam communiter teneri attestatur Matthes.quem refert Natta in d.§.ex imperfecto,post num.114.vers.Secundo adducit. Hoc enim,quod aliquid relinquatur filio titulo institutionis, est mera solemnitas à iure ciuili introducta, quæ secundum conclusionem superius factam in testamentis ad pias causas nō attēditur.

9 Sed quæro: Tu † vides,quod testamentum minus solenne, in quo sit institura pia causa, valet fauore piæ causæ, nunquid sustinetur huiusmodi testamentum, non solum quo ad institutionem factam de ipsa pia causa, sed etiam quo ad legata non pias causas laicis in eodem testamento relicta? Respon. quod sic ita dixit Salyc. in Authen. Chas. num. 8. C.de sacrosan. eccles. & hanc conclusionem dicit esse communiter approbatam Crot. repet. l.re coniun cti. nu.160.ff. de lega.3.Hanc etiam esse communem opin.dicit Guli.de Bened.in 1.parte rep.d.c.Rayn.fol.154. nu.69.& dicit Ias.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto, nu.10.C.de testam. quod ab ista sententia nō inuenit aliquem discrepare,quem refert Cur. iun.in eo.§. imperfecto, num.18.& seq. Ex quo enim conualidatur institutio,quę est caput ipsius testamenti,consequēter & cæteræ partes testamēti sustinentur,postquā non reperitur contrarium a iure decisum. Contra hoc tamen facere videtur ea quæ dixi supra q.5. ver. Vnum tamen, sed ibi defectus erat in potestate testantis, cui lex non permittit testari,nisi ad pias causas,hic verò est defectus solemnitatis. Quicquid sit,hæc conclusio mihi nunquam placuit, quia de facili esse parata via fraudi,& falsitati, vt considerat Curt. in loco præalleg.

ADDITIONES.

a *Duo testes.* Adde idem quando hoc est dispositum & etiam ad non pias causas,modo † corā presbytero

10 parochiali,& duobus testibus,quia tunc valebit testibus,quia tunc valebit testamentum etiam ad non pias causas,commune dixi in collec.me com.opi.in verb.testamentum,nu.47.vbi etiam idem de testamē.to facto coram iudice ac duobus testib.Et quid de iure canonico atque in terris ecclesiæ,vide in seq.atque nu.35.idem dic de testamento facto inter liberos, in quo duos testes sufficiunt. Et de ista communi dixi supra

supra nu. 18. Ad eius tamen reuocationem septem testes requiruntur secundum Nat. cons. 442. nu. 3. & 7. verum in contrarium est communis opi. dixi vbi supra nu. 53.

b *Nutu conditum*, Quid de testamento condito ab
11 eo qui † intelligibiliter negando respõdet non, & affirmando respondet sic. An valeat, quòd sic, ex quo articulare atque intelligibiliter loquitur, dixi in collec. mea commu. opi. in ver. testamentum, nu. 23. Et idem de testamento in quo hæres instituitur, ad notarij interrogationem, vide sub nu. seq. *Giachar I. V. C.*

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum imperfectum ad pias causas an semper sustineatur.*
2 *Et quid si reperiatur cedula scripta, vel sub scripta manu ipsius testatoris, ver. aliquando enim, & ver. Aliquando vero.*
3 *Et quid si scripta cedula notarioque vocato testator decesserit priusquam notarius scriberet, ver. Aliquando & tertio.*
4 *Quid si testator cœpto testamento, sed nondum completo decesserit, ver. Aliquando & quarto.*

1 DIxi in præcedenti quæstione, quod † testamentum imperfectum fauore piæ causæ sustinetur. Quæro, an hæc cõclusio generaliter procedat, ex quacunque causà testamentum dici possit imperfectum? Resp. quòd non; sed distinguendi sunt aliqui casus.

Aliquando enim reperitur cedula scripta, vel subscripta manu propria ipsius testatori, continens eius vltimam voluntatem, disponendo de bonis suis in fauorem piæ causæ; & hoc casu tenendum est, quod talis cedula non sustinetur in vim testamenti, neque alterius vltimæ voluntatis propter fauorẽ ipsius piæ causæ, ex quo nullam habet formam, propter quam illi debeat fides adhiberi. Nec quidquam facit, quod si inter liberos reperiatur talis cedula à testatore confecta, seruanda est, tanquam testamentum, vt cauetur ex dispositione Auth. quod sine, C. de testa. de qua dixi inf. quæst. 14. quia dispositio illius Auth. non habet locum, nisi in causa sua, scilicet inter liberos, non autem ad pias causas. & licet in hoc variæ fuerint opi. Doctorum, tamen ista est magis communis, quod scilicet non extendatur ad fauorem piæ causæ; & illam dicit magis communiter approbari Socin. iun. cons. 189. num. 73. lib. 2. vbi enumerat auctoritates. Maior enim proculdubio subest ratio in fauorẽ liberorum, qui omnino sunt ab intestato successuri, quam piæ causæ. Bene verum est, quod quicquid sic in foro fori, tamen in foro poli longe tutior esset cõtraria opinio, quando huiusmodi cedula esset taliter confecta, quòd appareret illam potius esse declarationem voluntatis, & dispositionem, quàm præparationem ad disponendum. Et licet forte iudicando non auderem recedere à communi opinione, tamen si casus contingeret, non consulerem amico, neque mihi ipsi, posse salua conscientia res in tali cedula ecclesiæ relictas, ab hærede retineri.

2 Aliquãdo † vero testator scripsit in cedula integre voluntatem suam quo scilicet modo de bonis suis disponebat, vel illam scribi fecit per notarium, vel aliam personam; sed illa cedula, seu scriptura non fuit coram testibus lecta, nec ab aliquo notario publicata; Et hoc casu Doctores tenent, quòd tale testamentum valeat ad pias causas, & inter liberos: quia cum non deficiat nisi publicatio, quæ est solemnitas introducta a iure positiuo, non obstante huiusmodi defectu, debet fauore piæ causæ testamentum sustineri. & fuit originalis opi. Dyni in l. Lucius, ff. de testa. mil. & dicit Dec. cons. 159. post nu. 3. quod ita tenent omnes. Hanc etiam op. dicit esse communem Aret. in l. si is qui. col. fi. vers. In primo casu, ff. de test. quẽ refert Boer. decis. 93. post nu. 10. & dec. 140. nu. 5. Cum qua etiam ego transeo, dummodo duo concurrant: Primum, quòd testator hanc suam voluntatem duobus saltem testibus explicauerit, saltẽ per relationem ad ipsam cedulam, puta, dicendo, ego dispono de bonis meis, vt in hac cedula; aliàs si reperiretur alia cedula, essemus in casu præcedenti, in quo tenui ipsam cedulam solam non valere in vim testamenti. Secundum autem requisitum est, quòd testator non exprimat se velle de cõtentis in cedula confici scripturam per notarium; tunc enim potius esset præparatio dispositionis, quam dispositio, vt dixi in casu statim sequenti: & ideo non valeret in vim testamenti.

3 Aliquando † & tertio testator fecit vocari duos testes, & ibidem fecit scribi per alium clericum, ꝙ instituebat piam causam hæredẽ in bonis suis, & postea dixit testibus, quod volebat dictam ordinationem scribi facere per notarium: & iussit etiam notarium vocari; sed priusquam illam faceret scribi per notarium, testator decessit; & hoc casu Oldrad. consil. 119. consuluit, quòd talis cedula vna cum dispositione illorum duorum testium, non valet fauore piæ causæ in vim testa. & hanc opi. dicit esse communem Ias. cons. 155 col. 2. ver. Sed per aduocatos, lib. 4. quem refert Episcopus Loazes in suis allegationibus pro Marchione Velez fol. 431. post num. 15. ver. præfata. Non enim videtur testator de bonis suis disposuisse, sed tantummodo præparasse id, quod disponere, volebat. Cum ergo deficiat non solemnitas, sed dispositio, non potest sustineri in vim vltimæ voluntatis.

4 Aliquando, & quarto † testator incæpit facere testamentum, & instituit piam causam hæredem, vel aliquid reliquit ad pias causas; deinde fecit transitum ad alia legata: & priusquam posset ipsum testamentum complere decessit: & hoc casu Bart. in l. in testamento, ff. de fideic. lib. videtur tenere, quod satis dicatur perfecta voluntas respectu illius institutionis, vel relicti, licet totum testamentum perfici non potuerit: & quòd ideo fauore piæ causæ sustineatur: & hanc op. dicit esse communem Dec. in allegato cons. 159. post nu. 3. vers. Quarto, & vltimo. Sed tamẽ credo, quod Bar. in hoc male dixerit, & quòd Dec. fallatur; quia immo communis opin. est, quòd quandocunque testator decedit, priusquam integre voluntatem suam explicauerit, tale testamentum non dicitur

defi-

deficere ratione solemnitatis, sed ratione voluntatis, & ideo non valet, neque etiam fauore piæ causæ, & ita hanc esse communem op attestatur Aret.in d.l.si is qui,col.fi.vet.2.casu, quem refert Boer.in d.decis.93.post nu.10.& decis.140.nu.5. Et dicit Sigismun. cons.feudali. 14.nu.67.quod omnes concludunt hanc esse communẽ opi.quod tale testamentum etiam quo ad dispofita non valeat etiam inter liberos,vel ad pias causas. Nam vt quotidie experientia docet? videmus,quòd testatores in ipso actu conficiendi testamenti mutant,addũt,reuocãt,multa pet eos iam disposita. Merito non potest dici perfecta voluntas, donec testator integre omnia explicauerit;& nota i practica distinctionem inter hos casus: quia multi confundunt proprios terminos quęstionum, & omnia inuoluunt.Vide etiam in hoc proposito, ea quæ dixi infra q.9.

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos valet etiam si in eo non adsint solemnitates à iure ciuili requisitæ.*
2 *Et in eo sufficiunt duo testes,ver.Hinc infertur.*
Et quid si testator sit cæcus Remissiuè.
3 *Et an mulier possit in eo testis esse,ver.Secundo infertur.*
4 *An requiratur quod notarius,& testes sint rogati vers. Tertio infertur.*
5 *Et an tale testamẽtum,si vnus ex filijs in eo sit præteritus sustineatur vers. Sed quæro.*
6 *Et quid si non sit ei relictum titulo institutionis vers.Sed pone.*
7 *Et an in testamento,inter libros subintelligatur clausula codicillaris,vers. Vnum tamen scias.*
8 *Et an valeat testamentum inter liberos nutu conditum, ver.Vlterius quæro.*
10 *§.Ex imperfecto sexto dispositio quando habeat locum in testamento.*

INter alias diuisiones testamentorum dicebam aliud esse testamentum conditum inter liberos, aliud conditũ inter extraneos. Habet enim testamentum conditum inter liberos hoc priuilegium,quod etiam si sit imperfectum; idest minus solenne,nihilominus valet,tãquam si esset ex omni parte perfectum,& solemne. Fac ergo conclu-
1 sionem, quod † testamentum inter liberos valet etiam si in eo non interueniat solemnitates à iure ciuili requisitę: & de hoc est tex.expressus in l.
a hac consultissima §.ex imperfecto, a C.de testament. qui est clauis in hac materia; sed solummodo attenditur dispositio iuris gentium. ita dicit Barto.in dicto §. ex imperfecto, in fin. verbis, & ita tenent omnes, vt dicit Ias.in authen. nouissima, numero 16.C.de inofficiof.testam.& ratio est secundum communiter Scribentes,teste Cur. iun. in d.§.ex imperfecto, post numer. tertiũ,& Natta,n.107.quia cum causa testati foueat causam intestati, cessat timor falsitatis, propter quem lex requirit maiorem numerum testium. Sed hæc ratio mihi non satisfacit, quia ea attenta, idem dicendum esset, quandocunque hæredes ad intestato essent instituti,quod tamen non est in iure verum,Ideo iudicio meo tutius est dicere hoc fuisse introductum fauore ipsorum liberorum,quibus etiam iure naturali debetur parentum hæreditas,& dicit Natta in repe.d.§.ex imperfecto, nume.30.quòd ita dicunt communiter
* Doct.
2 Hinc infertur † in primis,quod licet regulariter in testamenti confectione debeant interuenire septem testes, vt dixi inf.q.56.tamen in testamento
b condito inter liberos sufficiunt duos testes, b ita dicit glos.vnica in Auth.quod fine. C.de testam. & est communis opi. vt dicit Grat.consi.90.num. 3.lib.2.

Sed quid in testamento cęci condito inter liberos, nunquid sufficiunt duos testes, an autem requirunt octo,iuxta formam traditam per l.hac
c consultissima, C.qui testa. face. poss. dixi infra c quęstio.17.versi. Sed quæro.
3 Secundo infertur, † quod licet regulariter mu-
d lier nõ possit esse testis in testamento,d vt dixi infra quæst.46.ver.Scias tamen, nihilominus in testamento cõfecto inter liberos fœmina potest esse testis, ita dicit gl.vnica d. Auth. quod fine.C de testa.& ita tenent omnes Doctores, vt dicit Dec. in l.2.nu.31.in fi.ff.de reg.iuris. Hanc iuris ẽt esse communem opi.dicit Grat.in d.conf.90.n.3.Rip. de peste.in priu. vltimarum voluntatum, nu.13. Natta in d.§.ex imperfecto,nu. 166.
4 Tertio infertur, † quòd quamuis de iure communi notarius, & testes qui in testamento interueniunt, debeant esse rogati, vt dixi infra quęstio. 58.in princ.& versi. Quod vero. Tamen in testamento condito inter liberos, nõ requiritur quòd notarius, vel testes sint de ipso testamento rogati, ita dicit gl.in l.fi.in verbo,Excepto testamẽto. C.de codicil.quam dicit esse communiter approbatam.Dec.conf.610.nu.2.Sigismun.conf.feudali.88.n.16. Et ita communiter teneri attestatur Corn.in d.auth.quod fine,nu.6. Hanc etiam opi. dicit esse communem Ias.conf.68. circa prin.li.2. Rubeus conf.6.nu.5.Natta in d.§.ex imperfecto, nu.159.
5 Sed quæro,† tu scis,quod ad hoc vt testamentum valeat,requiritur,quod filius in potestate sit institutus,vel exhæredatus:aliàs autem si sit præteritus testamentum est nullum,vt dixi infra quæstio.42.nunquid hæc conclusio habebit locum etiam in testamento condito inter liberos,ita vt si forte vnus ex ipsis filijs in eo sit præteritus testamentum corruat, neque sustineatur ex dispositione, dicto §. ex imperfecto? Respondeo, quòd in tali testamento, in quo vnus ex liberis sit præteritus,non habet locum dispositio,d.§.ex imperfecto,ita tenet gl.in l.si filius qui in potestate.in glo.fi.ff.de lib.& posth.quam sequuntur communiter Doctores;vt dicit Dec.conf.105.nu. 5.in fi.Eandem gl.attestatur esse communiter approbatam Claud.in l.inter cætera, nu.8.ff.de lib. & posthu.Et hanc esse communem opin.dicit Alex.conf.126.post nu.3. verf.nec obstat id quod habetur,lib.2.Natta in d.§.ex imperfecto,nu.17. Berous in c.Rayn.nu.43.& seq.Hinc enim defe-
ctus

ctus prætericionis est potius circa substantiam,
quam circa solemnitatem ipsius testamenti: meri
to nô tollitur ex dispositione, d.§.ex imperfecto.
Præterea esset valde inconueniens, vt dispositio,
d.§.ex imperfecto, quæ fuit indncta in fauorem
liberorum, retorqueretur in eorum odium, contra
communes regulas. Vide quæ dixi, infra vers. Sed
pone.

6 Sed pone, si testator in testamento inter libe-
ros aliquid relinquit vni ex filij suis, non tamen
titulo institutionis, prout de iure requiritur, vt
dixi infra q.38. Nunquid tale testamentum non
obstante huiusmodi defectu sustinebitur? Resp.
quòd non, sed omnino etiam in testamento inter
liberos debet omnibus filijs aliquid relinqui iure
institutionis, ita volunt communiter Doctores,
vt dicit Ruin.cons.1.nu.3.lib.2. Et hanc opi.com
muniter teneri attestatur Saly.in Auth.nouissi-
e ma.nu.1.C.de inof.testam. quem refert c Alex.
cons.75.nu.17.lib.3. Eandem opin. dicit esse com
munem Alber.in d.Auth.nouissima circa princi.
Matthesil.sing.106. quem refert Ioan.Cirier. de
primogenit.in 3. quæstione libri secundi, nu.14.
Bertran.cons.19.col.1.lib.3 in 2.parte, & cons.
130.nu.2.eod.vol. Claud.in l.inter cætera, nu.4.
& seq.ff.de liber & posth. Cur.iun.in d.§.ex im
perfecto, nu.13. Natta in eodem §.ex imperfe-
cto, nu.12.& sequen. Apostill.ad Alex.cons.163.
sub nu.6.lib.5. Ioan.Dilec.de arte testa.tit.3.cau
te.prima, nu.8. Emil.Ferret.in l.filium quem ha-
bentem, nu.25. & sequen. C.fam.erciscun. Dicit
etiam Guliel.de Benedic.in 1.parte, repet.capit.
Raynutius, fol.194.nu.15. quod hanc opin velu-
ti communem tenet vtraque schola legistarum, &
canon. Idem dicit Probus in apostil.ad Ioan.Mo
nac.in cap.si pater, nu.17.de testa.in 6. Hāc etiam
esse communem opin. Legistarum, & Can.atte-
statur Ias.in d.Auth.nouissima, nu.16.& seq. licet
ipse teneat contrarium, & dicat, quod si casus
contingeret ita consuleret, & iudicaret. Tu vero
in consulendo, aut iudicando, non recedas à cō-
muni opinione, quia lex quæ disposuit testamen
tum inter liberos imperfectum valere, condita
fuit in fauorem filioru, vt superius dixi, ideo vbi
cunque conditio filiorum efficitur deterior, non
debet habere locum dispositio illius legis. Quòd
autem deterior sit eorum conditio, vbi non sint
vocati ti.institutionis, patet ex ijs, quæ dixi in d.
q.38.vers.neque credas. Faciunt quæ dixi supra.
vers. Sed quæro.

7 Vnum tamen † scias in hoc proposito, quòd
in testamento inter liberos semper subintelligi-
tur clausula codicillaris. ita dixit glo.notan.in l.
cohære.d.§.cum filiæ, in verbo, non valuit, ff.de
vulga. quæ est ab omnibus approbata, vt dicit
Boer. decis.240. post numerum 6.vers.& si non
valeat. Et hanc conclusionem dicit esse commu-
nem Ias.in d.§.cum filiæ, circa fin. quem refert
Bellon.cons.85.nu.4. Quod nota, quia est maximi
effectus, vt videbis infra in discursu materiæ

8 Vlterius quæro, † Nunquid valeat testamentū
inter liberos nutu conditum. Respond. quòd non.
Ita tenet Ange.in l.discretis.C.qui testamen.face
re poss. vbi refert hanc quæstio fuisse de facto in
Cardinali Perusino. & hanc opin. dicit esse magis
communem Natta in dicto §.ex imperfecto, nu.
194. Bauer.Instit.de testamen.in princ.nu.93. Et
sic vides quod non valet absolute argumentum
de testamento ad pias causas, ad testamentum in
ter liberos. Nam testamentum ad pias causas nu
tu conditum valet, vt dixi.sup.quæst.6.vers.5.in-
fertur. Secus autem in testamento condito inter
liberos, vt hic.

ADDITIONES.

a *Ex imperfecto* Istius.§.dispositio non habet locum
in testamento imperfecto ratione pręteritionis, vt per
30 Dec.in cons.105.col.fin. qui ibid.concord.citat.† Ve
rum habet locum, quando filij sunt omnes æqualiter
instituti, at secus si essent inæqualiter instituti, quia
tunc non procedit, Vt post Roman.cons.385.colum-
na 2.vers.2.princ.tradit Dec. eod. cons.105. numero
mihi 6. Adde & vide per Rimin.iun. cons.418. nu-
mero 13.14.15.

b *Sufficiunt duo testes.* Adde etiā idem inter nepotes.
ita contra Cur.iun.consuluit Nat.cons.423.num.13.
Hieron.Giachar.

c *Dixi infra.* Vide add.præallegata.quæst.17.

d *Testis in Testamento.* Adde idem de iure canonico,
vide per Ioan. Dilect. de arte testan.tit.2.in 2.caut.
sub nu.7. vbi etiam citat Alex.attestantem illam com
munem atque sequentem in cōs.177.sub nu.5.atque
in cons.80.sub nu.13.14.& 16.etiam ad pias causas, &
etiam tempore pestis; licet in testamento in quo libe
ri sint instituti posisit vt hic & ibid.

e *Alex.consil.75.* Adde quia est cons.76. vbi etiam vi
de in additio.

QVAETIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos imperfectum ratione volunta
tis an sustineatur.*
2 *Et quid si testator illud iam captum plene perficere non
potius, ver. Hinc infert ur.*
3 *Testamentum quando imperfectum dicatur.*

Habes ergo, ex præcedenti cōclusione, quod
testamētum inter liberos licet imperfectum
2 a valet. Quæro nunc, an † ista conclusio gene-
1 raliter procedat, ex quocunque defectu tale te-
stamentum imperfectum remanserit? Respond.
quòd non, sed solummodo quando est imperfe-
ctum ratione solemnitatis. Cæterum si sit imper-
fectum ratione voluntatis, non sustinetur. ita sen
tit glos.in l.si is, qui, in glo.vnica.ff.de testam.
quam gl.omnes sequuntur, vt dicit Riminald.in
d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto, col.1. Et il
lam dicit esse communiter approbatam Ruin.
cons.15.n.2.lib.2. Dicit etiam Pau.de Castr.in d.
§.ex imperfecto.nu.3. quòd ita tenent omnes. Et
ita communiter teneri attestatur Cor.in eo.§.ex
imperfecto, nu.3. Hanc etiam opi.dicit esse com
munem Alex.cons.76.nu.13.lib.3. Ias.cons.155.
col.2.lib.2. quem refert Ioan.Dilect.de arte testā
di tit.2.caute.vlt.nu.6. Rubeus cons.94. post nu.
3. Socin.iun.cons.147.n.30.& seq.lib.2. subdens
non esse ab ea consulendo, aut iudicando rece-
dendum. Et hanc dicit esse communem theori-
cam

eam Beffet.in tep.lib.1.nu.176.C.de facrofan.ecclef.Tu vide ea, quæ latius in hoc propofito, loquendo de teftamento ad pias caufas, dixi fupra quæftione 7.

2 Hinc infertur, quod fi teftator cœperit inter liberos teftari; & facta inftitutione, & alijs legatis, priufquam faceret vnum legatum, quod adhuc reftabat faciendum morte præuentus, illud facere non potuit, tale teftamentum non valet, neque fuftinetur etiam, quoad iam perfecte difpofita. & hanc dicit effe communẽ opinio. Cur. iun. in d.§.ex imperfecto, num.1. Natta in d.§.ex imperfecto.nu.139.& feq Soc.iun.in d.cõf.147. nu.22. Vide quæ dixi in d.q.7.verf. Aliquando, & quarto.

ADDITIO.

a *Imperfectum.* Hic adde quod teftamentum imperfectum dicitur, cum teftator effet alia dicturus, licet in eo adeffet inftitutio atq; fubftitutio communiter poft Card.Parif.cõf.146.arı.3.vol.4.atteftatur Ceph. in cõf.294.fub n.9.& iftud fiue, tacite fiue expreffe cõftet teftatore voluiffe addere, vel detrahere, dicit. Idẽ de teftamẽto haud lecto nec publicato, in quo teftes non fuit rogati; quod fimiliter videtur imperfectum ratione voluntatis communem per eundem Ceph. conf.prædicto nu.10. Et de iftis duabus communibus opinionibus, dixi in colle.meis commu.opi.in verb. teftamentum, nu.54.& 56.vide ibi fufius.

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Teftamentum imperfectum inter liberos an fuftineatur etiam in fauorem extraneorum.*

2 *Et quid fi fubftituat teftator vni ex filijs fuis pupillis aliquem extraneum. verf. Hinc infertur.*

3 *Et quid fi dederit tutorem extraneum, ver. Secundo infertur.*

4 *Et an talis tutor debeat à iudice cõfirmari ver. Scias tamen.*

5 *Intellectus §.ex imperfecto.*

1 Difpofitio dicti §. ex imperfecto, fuftinet teftamentum minus folenniter conditum à patre inter liberos, quatenus concernit intereffe ipforum liberorum. Sed fi in ipfo teftamento fit aliquid infertum, quod concernat fauorem, aut commodum alicuius extranei, illud non fuftinetur, fed habetur pro non appofito, & teftamentum ipfum quo ad reliqua concernentia filios, firmum remanet. Ita expreffe dicit text. in dicto §.ex imperfecto. & intellige extraneum in hoc propofito eum, qui non eft de liberis.

2 Hinc infertur † quòd fi teftator in teftamento inter liberos, fubftituat vni ex filijs fuis pupillariter alium ex filijs fuis, talis fubftitutio tanquam facta in fauorem filiorum, fuftinetur. Sed fi illi fubftituat aliquem extraneum, & qui non fit de liberis, non fuftinetur. Ita dixit Bart. in l.2.nu.18. ff.de vulgari & eft communis, opin. vt dicit Curt.Iunior in dicto §.ex imperfecto, nu.6.

3 Secundò infertur, † quòd licet poffit pater in teftamento inter liberos dare vnum ex filijs fuis alteri filio in tutorem, faltem quando erat ab inteftato legitimus tutor, prout cõmuniter Doctores diftinguere videntur tefte Cur.iun.in d.§.ex imperfecto, nu.26.in fi. (licet mihi femper magis placuerit quòd indiftincte id facere, poffit) non tamen poterit pater in tali teftamento dare filijs tutorem extraneum. Ita dicunt communiter Doctores, vt ait Saly.in d.§.ex imperfecto, col.1.verf.Opp.cum glo.& ita communiter tenetur, vt dicit Corn.in d.§.ex imperfecto, num.15. Hanc ẽt effe communem opin. atteftatur Cur.iun. in d.§.ex imperfecto, nu.26. Licet enim datio tutoris concernat fauorem filiorum, cum tamen redundet in præiudicium, & onus alterius, non videtur æquum, vt priuilegium conceffum filijs, fit alteri onerofum.

4 Scias tamen † in hoc propofito, quòd licet datio huiufmodi tutoris extranei in teftamento inter libero non fuftineatur, tanquã per fe valida, fuftinetur tñ adhuc effectũ, vt talis tutor datus à patre, debeat poftea per iudicem in tutorem cõfirmari & hanc dicit effet magis cõmunem opi. Alex.conf.140.nu.a lib.1. Quod nota, quia eft maximi effectus. nam tutor datus in teftamento minus folenni, tamen confirmatus à Iudice, præfertur tutori datiuo, ficut præfertur teftamentarius, vt declarat Alex.ibi, & dixi fupra lib.2.§.tutor. Neque, credas, quòd nihil interfit, an quis fit datus in tutorem, & quòd datio valeat, an autem quòd datio non valeat, fed omnino debeat à Iudice confirmari. quia imò multum intereft. nam quando valet datio, tenetur tutor ftatim tutelam gerere, aliàs tenetur de neglectis: fed fi non valet datio, non tenetur petere fe confirmari: & ideò interea donec fit confirmatus, non tenetur de neglectis, vt declarat Natta in dicto §.ex imperfecto, nu.123.& dixi in d.§.tutor.

ADDITIO.

a §. *Ex imperfecto.* Aduerte, quod rameifi procedat, extantibus filijs legitimis & naturalib.& legitimatis fimul, tamen id intelligitur modo plus non relinquatur legitimato, quam legitimo & naturali. Ita tradit Nat.in eod.§.q.18. quẽ refert atque coadiuuat Rol. in conf.95.col.1.& 2.vol.3. qui tamen in contrariam confuluit, & dicit contrarium verius: & contraria diluit, vide ibi per eum.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Teftamentum imperfectum inter liberos fuftineatur etiã fi non fit infcripturis confectum.*

2 *Schedula matris eius manu confcripta an habeat cum teftamento inter liberos.*

1 QVarto, † difpofitio, dicto §.ex imperfecto, generaliter procedat in quocunque teftamento, fcilicet tam nuncupatiuo, quam infcriptis confecto? Hæc difficultas orta ex difpofitione Autheut. quòd fine, pofitæ poft ipfam. §.licet.n.verba, §.ex imperfecto, fint generalia, & conueniunt cuicunq; teftamento; cum tamen, d. Auth,

Auth.subsequens, quæ videtur limitare dispositionem d.§.loquatur in testamento per scripturam cõfecto, multi tenuerunt quod pariter etiam ipse.§.ex imperfecto,nõ procederet nisi in testamento condito in scriptis. Sed tamen in practica tenenda est contraria opinio, quod scilicet dispositio, d.§.ex imperfecto, non limitetur per dispositionem d. Auth. quòd sine, quantum ad testamentum nuncupatiuum,sed solum quantum ad testamentum in scriptis.& hanc dicit esse ma-
a gis communem à Corn.consi.118.in fin.lib.3.vbi etiam subdit, quod ita seruatur in practica. Hãc etiam opi.quòd dispositio d.§.ex imperfecto,habeat locum in testamento nuncupatiuo, tenuit gl.in d.§.ex imperfecto,in glo.1.in fi.quæ ab omnibus approbatur,vt dicit Corne. ibi, in d.auth. quod sine,nu.1.Illam etiam dicit esse communẽ Alex.in d.auth.quod sine, nu.3.& consi.146.nu. 5.lib.2.& consi.176.post nu.9.lib.5.& consi.105. n.4. lib.7.Boer.decis.240.post n.1.Natta in d.§. ex imperfecto, nu.191.Riminal.in d.§.ex imperfecto,nu.1.in fi.Et ab hac sententia non recedas consulendo aut iudicando.

ADDITIO.

a *Esse communem.* Adde quod istud est per interpretationem seu extensionem, vt concludit Mati.in d. §.ex imperfecto, in princip.q.17.post alios per eum ibid.relatos; vt tetulit Osasc.in decisio.54. num.10.
2 Et an schedula,quę manu matris asseritur conscripta duodecim ab hinc annis, testamenti vim inter eius liberos obtineat, vide per Menoc. in consi.267.qui considerat sex casus, atq; examinat illam dubitationem plene. *Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum imperfectum an sustineatur etiam inter liberos naturales tantum.*
2 *Et quid in matre, ver. Et hæc quidem.*
3 *Et an inter filios legitimatos, ver.Sed quid in legitimatis.*
4 *Et an inter liberos a successione per statutum exclusos. ver.Item quæro.*
5 *Et an inter liberos non primis, sed vlterioris gradus, vers.Quæro etiam.*
6 *Et an si filius testatur inter parentes, versic. Vlterius quæro.*

1 Sed quia Imperator in d.§.ex imperfecto,disponit huiusmodi testamentum imperfectum valere inter solos liberos: quæro, nunquid dispositio in d.§.habeat locum solummodo inter liberos legitimos,& naturales;an autem procedat etiam si tale testamentum conditum sit inter liberos naturales tantum.Respon.quòd non habet locum inter liberos naturales tãtum, vel spurios & hæc est communis opinio, vt ait Dec.cõs. 110.nu.2.in fi & nu.3.quem refert Boer.in d.decis.240.nu.3.Riminal.in d.§.ex imperfecto.nu. 5.Picus in repe.§.Titia.nu.43.circa fi.ff.de leg. 2.Rubens cons.7.post nu.7.Vbicunque enim lex facit mentionem de liberis aut filijs, semper intelligendum est de legitimis & naturalibus,non autẽ de naturalibus aut spurijs, qui sunt à lege reprobati,

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in patre testãte inter liberos naturales.Sed quid in matre? Respond.quod in ipsa aliud est dicendum:nã respectu matris,& quoad ipsam,filij naturales reputantur legitimi: & ideò tenendum est,quòd in matre testante inter liberos naturales,vel spurios, locum habeat dispositio d.§.ex imperfecto,& ita concludunt communiter Doctores,vt dicit Natta in d.§.ex imperfecto,num. 74.& nu.78.hanc etiam opin.dicit esse communẽ Alex.in l.ex facto. §.si quis rogatus,il 1.post n.45.vers.vnde quia.ff.ad Trebel.& dicit Boer. in d.deci.240.nu.13.quòd omnes in ea cõueniũt nisi mater sit Illustris.Dicit etiam Guli.de Benedic.in prima parte c.Raynutius,fol.156.num.84. quòd omnes in hoc concordant, quòd quando mater non est illustris, & filij non sunt nati ex damnato coitu,proculdubio locum habet dispositio d.§.ex imperfecto.Quando enim mater est Illustris,filij spurij,aut naturales non reputantur legitimi.

3 Sed quid in legitimatis,nunquid habebit locum dispositio d.§.ex imperfecto? Respond. quòd sic & est communis opinio, vt attestatur Boer.decis.250.post numerum 14.Sunt enim tales filij redacti ad instar legitimorum,& naturalium.Et hoc maxime,si essent legitimati per subsequens matrimonium,qui in omnibus,& per omnia æquiparantur legitimis,vt dixi sup.li.2.§.legitimatus.

4 Item quæro,nunquid dispositio d §.ex imperfecto,locum habeat,quando pater testatur inter liberos,qui per statutum essent exclusi à successione intestati,puta,quia sint filiæ dotatæ,&c.Respond.quod sic: & hæc opinio communiter tenetur,vt ait Guliel.de Benedi.in 1.parte repet.cap. Raynutius,fol.155.nu.81. Hanc etiam dicit esse communem Boer.in d.decis.241.nu.9.Et ex hoc potes colligere, quod ratio d.§.ex imperfecto, non est,quia causa testati eo casu foueat causam intestati,sed merus fauor liberorum,vt sup.dixi,

5 Quæro etiam,nunquid dispositio d.§.ex imperfecto,habeat locum quando pater testatur inter filios non primi,sed vlterioris gradus,puta,instituendo nepotem,vel illi substituendo.Respond. quòd sic ita tenet Albe.de Rosate in d.§. ex imperfecto,versi.item quia hic dicit.& est communis opinio,vt dicit Boer.in d.decis.241.post nu. 3.Semper enim in verbis legis, appellatione filiorum,veniunt nepotes vt dixi supra lib.2.§.filius,maxime cũ agatur de re ipsis filij fauorabili.

6 Vlterius quæro,quid econuerso, si filiusfami. casibus in quibus potest concedere testamentũ; testetur inter parentes,nunquid eo casu habebit locum dispositio.d.§.ex imperfecto? Respond. quòd non ita tenet Spe.de instru.edito.§.cõpendiose, post nu.32. vers.si filius & quid ita cõiter concluditur,vt dicit Alex.in d.§.ex imperfecto, nu.7. hanc etiam opi.dicit esse cõmunẽ Boer.in d.decis.240.in fi.verbis.Nat.d.§.ex imperfecto, nu.227. & dicit Riminal.in d.§.ex imperfecto, nu.1.

[nu.1. quòd ita tenent cõmuniter Doctores. Quod enim contra communes regulas statutum est, nõ debet trahi in consequẽtiam & hæc opinio propter auctoritatem Doctorum, tenenda esset in practica, licet forte in puncto iuris contraria sit verior,

ADDITIO.

1 Per subsequens matrimonium. Adde communem etiam per Menoc. de recuper. poss. in 1. remed. num. 43. Hoc intellige prout tunc & post hac, non prout nunc & in præteritum inspecto natiuitatis tempore. Item limita in filio nato ex concubina retenta, ut secus in spurio, vide per Ceph. in consil. 82. nu. 20. 23. & fusius in collec. mea com. opi. num. 33. ver. legitimatus. vbi fusius declaraui. & in trib. nu. seq. vbi quid de concepto, pendente lite, & quid matrimonio in mortis articulo celebrato: & quid de secundis nuptiis, & nu. 37. an possit eligi in Episcopum.

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Ex testamento imperfecto inter liberos, succeditur tanquam ex testamento, non autem tanquam ab intestato.*

1 Restat nunc videre circa hanc materiam testamenti inter liberos conditi, nunquid ex huiusmodi testamento imperfecto inter liberos dicatur succedi tanquam ex testamento an autem tanquam ab intestato. Vtilitas autem est maxima, quia si valet testm̃, sustinebitur substitutio pupillaris, itẽ exhæredatio, itẽ datio tutoris, quæ oĩa fieri non possunt in codicillis. & ideò nõ pñt sustineri, vbi non valeret nisi ab intestato, & sic in vim codicilli. Respond. quod dicitur succedi ex testamento, non autem ab intestato. ita tenet glo. in l. filij, in verbo, ab intestato, C. famil. ercisc und. & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Corn. in d. §. ex imperfecto, nu. 12. in fin. Bertrand. consi. 141. nu. 5. lib. 3. in secunda parte. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in d. §. ex imperfecto nu. 13. Natta in d. §. ex imperfecto nu. 221. Satis enim dicitur ex testamentum, ex quo lex illud approbat pro testamento supplẽdo defectus solẽnitatũ, & vult ex eo succedi.

QVAESTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Cedula à patre scripta continens eius vltimam voluntatem, valet inter liberos in vim testamenti.*
2 *Et an requiratur quod in ea apposita sit dies ver. Sed nunquid.*
3 *Et an debeat esse in omnib. per extensum, scripta absque aliqua abbreuiatione. vers. Sed quia.*
4 *Et quid si tantũmodo sit ab ipso patre subscripta non autem eius manu in totum scripta, ver. Quæro ibid*
5 *Et quid si nõ sit eius manuscipta, vel subscripta sed tantum reperta in eius arca, vers Item quæro.*
6 *Et quid si nõ sit scripta neque subscripta a patre sed tantum ab ipsis filiis, ver. Sed pone.*
7 *Et quod si reperiatur cedula testamentis in libr. notarij ver. Præterea quæro.*
8 *Et Quid si filij non sint in ipsa cedula æqualiter instituti, ver. sed quaro.*
9 *Et an hac conclusio locum habeat etiam in cedula confecta in fauorem piæ causæ, vers Vlterius quæro Remissiue.*
10 *Testes quando præsumuntur rogati in testamento.*
11 *Subscribens censetur virtualiter scribere & nu. 4.*

1 Habemus etiam in hac materia testamenti inter liberos conditi, aliam constitutionẽ mirabilem, quæ est posita in auth. quod sine, C. de testa. per quam disponitur, quod si reperiatur cedula scripta manu testatoris, in qua contineatur eius dispositio inter liberos, talis cedula valet, & illi standum est, etiam quod in ea conficiẽda non interuenerint aliqui testes, neque vlli ipsi cedulæ se subscripserint. & ita se habet magis communis opi. vt attestatur Alex. consi. 105. in fi. lib. 7. quem refert Io. Dilec. de arte testandi rit. 2. in fi. Et aduerte circa intelligentiam terminorum: quia, Aut pater testando inter liberos fuit per nuncupationem, adhibuit testes: & tunc etiamsi non fuerit adhibitus numerus 7. testium, vel etiam deficiant aliquæ aliæ solennitates à iure requisitæ, sustinetur nihilominus testamentum ex dispositione d. § ex imperfecto, dummodo saltem duo testes, etiam fœminæ, de eo deponant etiam non rogatæ, vt dixi supra q. 8. vers. hinc infertur, & seq. Aut verò pater aliquos testes non adhibuit, sed tantum voluntatem suam in scriptis exaratam reliquit, vel in area, vel apud notarium, vel aliquem alium non suspectum: & hoc casu habet locum dispositio d. auth. quod sine scilicet vt talis cedula valeat, & illi standum sit, licet careat solẽnitatib. requisitis, dummodo appareat quòd sit scripta manu ipsiusmet testatoris.

2 Sed nunquid requiritur, quod in huiusmodi cedula apposita sit dies, qua confecta est? Respon. quod sic. Ita tenet Bal. in d. auth. quod sine. n. 4. & est cõis opi. vt dicit, Nat. in rep. d. auth. q. sine n. 30. & seq. Lex. n. requirit tempus in illa apponi, vt in d. auth. quod sine. Debet ergo apponi formaliter, & specifice vt si aliqua suspicio falsitatis subesset, facilè deprehendi possit. & hanc conclusionem nota pro limitatione eorum, quæ dixi infra lib. 7. §. scriptura, quod scilicet regulariter in priuata scriptura non requiritur dies, neque annus.

3 Sed quia tex. in d. auth. quod sine, dicit, non signis, sed literarum consequentia: quæro vtrum de necessitate requiratur, quod in huiusmodi cedula pater omnia extense scripserit absque vllis abbreuiaturis etiam vsitatis. Respond. quod sic Ita dixit Bar. in l. quoties. §. 1. nu. 4. ff. de hære instit. & est cõmunis sententia, vt ait Natta in rep. d. auth. quod sine nu. 38. Quæ ramen intelligenda est, vt procedat circa numerum vnciarum, vel summam aliquam pecuniæ signis arithmeticis exprimendam, in quibus de facili potest falsitas committi: sed in reliqua dispositione, credo quod sufficiat illam esse scriptam eo modo, quo cæteræ scripturæ communiter conscribi solent. Et hic fuit sensus Imperatoris, vt apparet in corpore, vnde authentica ipsa sumpta est.

Quæ-

4 Quæro, quid si dicta cedula non sit à patre, sed ab alio scripta, sit tamen ab ipso patre subscripta, nunquid hoc sufficiet? Resp. quòd sic. Nam subscribens, censetur virtualiter scribere omnia contenta in scriptura, quam sua subscriptione confirmat. ita tenet Pau. de Cast. consil. 93. post nu. 2. lib. 1. & est communis sententia, vt dicit Natta in d. auth. quod sine, num. 44. & seq. quam ego etiã sequor, modò in subscriptione fiat mentio, quod sit testamentum. Licet enim regulariter sola subscriptio generalis sufficiat, quidquid dixerit Bart. in l. di uus. §. idem senatus, nu. 2. ff. de falsis, contra quem est communis opi. vt dixi infra lib. 7. §. scriptura: tamen vbi lex pro forma requirit, quòd aliquis manu propria scribat, semper mihi placuit opin. Bar. quod scilicet requiratur specialis subscriptio: quia alias de facili supponendo vnam scripturam pro alia, posset falsitas fieri, quam præcipuè in hac testamentorũ materia lex habet valde suspectã. & ita teneas, nisi cedula ipsa aliquo argumento, quàm tali subscri-
5 ptione confirmata esset. Item quæro, pone, quòd reperiatur in arca patris cedula continens diuisionem bonorum inter filios, quæ tamen non sit scripta, neque subscripta manu ipsius testatoris: nunquid talis cedula inter ipsos liberos valebit, ita vt ab eis seruanda sit? Resp. quod non. Esset enim nimis aperta hoc modo via fraudibus. Et ita communiter concluditur, vt ait Ias. in d. auth. quod sine, post nu. 1. Guli. Benedict. in prima parte repe. c. Raynutius, fol. 156. post nu. 87.

6 Sed pone, quòd cedula ipsa non sit a patre scripta, nec subscripta, sed tamen sit subscripta ab ipsis filijs, nunquid valebit? Respon. quòd sic. & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Natta d. auth. quod sine. nu. 51. Intelligo ꝙ valet non vt testamentum, ex dispositione ipsius auth. quod sine, sed vt contractus, ex conuentione ipsorum filiorum: Quod nota, quia est magni effectus, vt dixi supra, quæst. proxima.

7 Pręterea quęro, si reperiatur in lib. notarij cedula testamenti, non tamen in ipsa cedula sit scriptum ꝙ fuerit tale testamentum lectum corã testibus: nunquid valebit inter liberos? Resp. Bart. in l. fideicommissa. §. quoties, nu. 1. ff. de leg. 3. loquendo per verbum fortè, tenuit, ꝙ sic. Contrarium tenuit Bal. in d. auth. quod sine, nu. 1. etiam in fortioribus terminis, quando scilicet in cedula reperiuntur descripta nomina testium. & opi. Bal. cõmuniter tenetur, vt dicit Natta in d. auth. quod sine, nu. 3. Cum enim lex requirat manum propriam ipsius patris, aliena sufficere non dēt.

8 Sed quæro nunquid dispositio dictæ authent. quod sine, habeat locum, etiam si filij in ipsa cedula non sint æqualiter instituti Respon. ꝙ sic. & ita dicunt magis communiter Doctores, vt dicit Socin. iun. cons. 189. nu. 87. lib. 2. & cons. 24. post num. 9. lib. 3.

9 Vlterius quęro, nunquid dispositio d. auth. ꝙ sine, extendatur etiam vt locum habeat in fauore piæ causæ, si reperiatur cedula scripta manu defuncti, absque testibus in qua de bonis suis disponat ad pias causas. Dixi supra vers. Aliquando enim.

ADDITIONES.

a *Non rogatæ*. Adde quod testes esse adhibitos & conuocatos satis est probare, damoo quod haud con-
10 ster † eos esse rogatos, communem Alex. in l. sciendum, nu. 41. ff. de verbo. oblig. qui tamen nu. 43. dicit magis commune esse, quod aut præsumantur rogati. Adde commune etiam atq; vide per Diaz. reg. 751. vbi retulit Ias. quadrupliciter limitantem, in d. ca. sciendum. Et regulam, quod testes in testamente debeant esse rogati cum trib. fall. vi. per Soc. in reg. 505. Et no. quod testis rogatus a testator ex quo eius fides fuit approbata, quod haud potest amplius approbari. Ita per Alex. in consi. 54. in fi. vol. 3.

b *Aut vero*. Adde & vi. per Rimin. Iun. in consi. 439. nu. 13. vbi fusius.

c *Subscribens censetur virtualiter scribere*. De ista communi, in mandante scribi vi. per Villalob. in reg. 138 atque per Crau. in consi. 73. Et an scriptura manu propria scripta dicatur, quando de mandato debitoris scripta repetiatur, vi. per Dec. in c. quoniam contra, de probatio. atq; per Iaco. de S. Geor. Auth. si quis in aliquo col. pe. de edē. Alex. ad Bar. in l. seruus. §. senatus, ff. de fal. per Mars. in sing. 47. & p Nat. cõs. 287. nu. 4. & Cæph. cons. 272. nu. 85. Itē ꝙ subscribens dicatur subscribere atque cõsensum præberehis quæ in scriptura continentur. Vide per Nat. in cons. 651. in 2. dub. atque per Afflic. dec. 361. in 2. dub. Ang. de Are Insti. de emp. atque vēditione nu. 2. Et quod subscribens haud possit talem scripturam impugnare nisi deceat se fuisse deceptum aut subductum ad ita subscridendum. vid. Cra. in d. cons. 73. post nu. 40. Et regulam quod subscribens approbare & se obligare cēseatur cum trib. falle. vi. per Soc. sub reg. 477. & aliã consimilem cum vna ampliatione atque sex fallen. per eundem reg. 439.

d *Piæ causæ*. Adde & per Dec. in cap. scripta. nu. 14. de fide inst. vbi quod noo. *Giachar I. V. C.*

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Plura esse militum priuilegia in condendis testamentis.*
2 *Et an requiratur testes esse rogatos. versic. Quæro nunquid remissiue.*
3 *Et an in testamento militis possit mulier pro teste interuenire. versic. Quæro etiam. Remissiue.*
4 *Et an huiusmodi priuilegia competant militibus etiam non existentibus in expeditione. vers. Sed quæro.*
5 *Et an competant alijs personis existentibus in castris, non tamen militantibus. ver. Item quæro.*
6 *Filiusf. pot testari d. bonis castrēsib. no de bonis patris.*

1 Dixi etiam supra quæst. 3. multum interesse inter testamentum militis, & testamentum pagani. Habent enim plura priuilegia testamenta militum: de quibus toto titulo. ff. & C. de mili. testa. quæ potes videre elegãter collecta ab egregio Iurisconsulto D. Petro Bello Consiliario Ducis Sabaudiæ, compatre, & vti fratre meo honorando, in suo tracta. de Re militari, nuper edito, fol. 71. & alijs quatuor seq.

2 Quæro nunquid in testamento militis testes debeant esse rogati. Dixi inf. q. 58. ver. item quæro.

3 Quæro etiam, an in testamento militis fęmina possit esse testis. Dixi infra q. 55. ver. sed quæro.

4 Sed quæro, nunquid hæc priuilegia militibus concessa competant illis, non modo quando sunt in expeditione, sed etiam postquam missi sunt a militia. Respon. Aliqui dicunt quòd duo sunt genera priuilegiorum, quæ militibus concessa sunt

circa testamenta conficienda: Primum concernit personam ipsius testatis: quia scilicet multi, qui aliàs de iure communi non habent testamenti factionem, si tamen sint milites, possunt testari. & ista priuilegia ipsi milites non amittunt, etiam si missi sint a militia. Secundum vero concernit modum testandi, quia scilicet in testamento militis sublatæ sunt solennitates iuris ciuilis: & huiusmodi priuilegia eis non competunt, nisi donec sunt in expeditione belli. Ita dicit gl. in §. sed hactenus. in gl. 1. Instit. de mili. testamen. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Aposti. ad Dec. in l. ius nostrum, sub num. 8. ff. de regu. iuris. Alij verò aliter dicunt, quòd scilicet miles, qui sit sui iuris, habet circa testamenti factionem duo priuilegia: Primum, quod potest testari minus solenniter: Secundum, quòd eius testamentum non subijcitur querelæ. & hæc ambo priuilegia miles ipse amittit statim quòd factus est veteranus. Sed filiusfamil. miles habet circa testamenti factionem tria priuilegia. Primum, quòd possit testari: Secundum, quòd eius testamentum non subijciatur querelæ; Tertium, quòd possit testari minus solenniter. Quando ergo filiusfamil. efficitur veteranus, retinet duo priora priuilegia, & tertium amittit. & hæc est communis opin. vt dicit Salyc. in l. fin. nu. 3 & 4. C. de inofficio. testam. Tu in hoc dic contra; nam hodie testamẽtum militis tam patris, quàm filij subiacet querelæ, vt dixi infra q. 42. vers. & hæc quidem, & q. 48. versic, & hæc omnia.

5 Item quæro; nunquid aliæ personæ non militantes, quæ tamen reperiuntur in castris, gaudeant priuilegijs militum circa testamentum conficiendum. Respond. distinguendum est, an sint in loco hostili, vel ne. Nam si non sunt in loco hostili, non possunt testari, nisi iure cõmuni; si verò sunt in loco hostili, possunt condere testamentum eo modo, & forma, quo possunt milites. Ita dicit gl. in l. scriniarios, in gl. fi. C. de testam. milit. quæ in hoc est cõmuniter approbata, vt dicit Paris. cons. 31. nu. 52. lib. 3.

ADDITIONES.

a *Testamentum milis*. Adde quod filiusfamil. † tamen si miles, quòd haud potest testari de bonis patris, etiam cum consensu patris; potest tamen testari de castrensibus. vide per Socinum in consil. infra allegato.

6

b *Quando sunt in expeditione*. Hic adde quod milites nostri temporis, qui vocant armis pro suo superiora, gaudent priuilegio militum commun, Soc. consil. 33. num. 4. vol. 3. quod etiam dixi in collect. mea com. opin. in verb. miles numero secundo, vbi etiam habes militum priuilegia, non habent taliter intelligi, quod lædant ius alterius.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Militem posse decedere pro parte testatum & pro parte intestatum: idque quomodo intelligendum sit.*

1 Habent etiam milites hoc priuilegium, quod licet regulariter quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sed causa testati trahat ad se causam intestati; tamen hoc in milite locum non habet; ipse enim potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Sed vt intelligas hanc materiam, quæ prima facie confusa videtur, distinguendi sunt nonnulli casus.

2 Aliquando enim milles nullo instituto hærede vniuersali instituit vnum in aliqua re certa, vel duabus, vel vnum in vna re, alium in alia: & hoc casu, aut miles prohibuit in suo testamento ius accrescendi: & ille institutus in re certa, non habet nisi illam certam rem. in reliquo autem succedunt venientes ab intesta. o. & in hoc differt miles à pagano, quia decedit pro parte testatur, & pro parte intestatus: paganus enim non potest prohibere ius accrescẽdi, vt dixi infra, quæst. 76. Aut verò miles non prohibuit ius accrescendi, & tunc ille institutus in re certa, per ius accrescendi succedit in tota hæreditate. ita dicit glo. in l. 1. in verbo, Milites, ibi, si autem vnum, C. de testa. milit. quæ vbique magis communiter approbatur, vt dicit Alex. in ea. l. 1. post numerum 9. vers. ex quibus vltimis. Et ita communiter tenetur, vt dicit Ang. Are. in § hæreditas, nu. 2. Inst. de hæred. inst. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Iaf. in dicta l. prima, numero duodecimo, Dec. in ea. l. prima, numero nono, & in l. 2. in fine, C. eo. tit. & sic isto casu testamentum militis nullum habet priuilegium, quia causa testati trahit ad se causam intestati, sicut in testamẽto pagani, in quo institutus in re certa nullo alio instituto hærede vniuersali, succedit per ius accrescẽdi in tota hæreditate, vt dixi sup. §. Institutio. Aliquando autem miles habens bona castrensia, & bona paganica, instituit vnum hęredem in patrimonio castrensi, in alijs autem bonis neminem instituit, vel econtra. & hoc casu bene verificatur regula, q pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus; quia ille institutus in bonis castrensibus, non habet per ius accrescendi reliqua bona paganica ipsius testatoris, in quibus nullus reperitur institutus, vel econtra, sed illa deferentur hæredibus ipsius militis ab intestato venientibus. ita dicit gl. in d. l. 1. in verbo Probetur, C. de testa. mil. & ita tenent omnes, vt dicit Salic. in ea. l. 1. num. 7. Hanc et d'cit esse cõem opi. Alex. in ea. l. 1. n. 19. & ratio est secundum glo. & Doct. ibi, quia eo ipso, quòd miles instituit aliquem in bonis tantum castrensibus, videtur prohibuisse, ne succedat in paganicis, & econtra.

3 Et hinc infertur, quod similes instituat vnum in castrensibus, & alium in paganicis, & vnus eorum, puta institutus in castrensibus repudiet, quòd ad partem repudiatã non admittetur alius institutus in paganicis, per ius accrescendi, sed venient hæredes ab intestato, & hæc est communis opin. vt dicit Dec. in d. l. 1. post num. 7. vers. in ea gl. Et sic miles pro parte decedit testatus, & pro parte intestatus.

4 Aliquãdo, & tertiò, miles instituit vnum simpliciter in vna vncia, & alium in castrensibus: & hoc

hoc casu institutus in illa vncia, habebit semunciam ex paganicis, & semiunciam ex castrensibus, ille verò alius habebit reliqua bona castrensia: In reliquis autem bonis paganicis, ex quo nullus reperitur hæres vniuersalis institutus, sic cedet ille institutus in vna vncia, per ius accrescendi, non autem ille institutus in castrensibus, qui, vt dixi, censetur tacitè exclusus a iure accrescendi. & ita tenent communiter Doctores, vt ait Salyc. in d.l.1. nu.6. Et circa istas conclusiones multa possent dici disputando: sed in iudicando non recedas a communibus. Hæc materia non multum versatur in palatijs: & ego nũquam vidi in facto aliquam ex istis quæstionibus. sed vt plurimum solent tractari coram auditoribus exercituum, eorum quibus plerunque huiusmodi controuersiæ decidvntur iure militari, omissis subtilitatibus iuris ciuilis.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ solemnitates in testamento cæci requirantur.*
2 *Et quid si cæcus velit inter liberos testari, nunquid duo testes sufficiant. vers. Sed quæro. & nu.4.*
3 *Cæcus quis dicatur & qualiter probetur.*

1 Dicebam etiam supra quæst.3. Aliud esse testamentum cæci, aliud videntis. nam in testamento cæci vltra numerum septem testium, qui de iure communi in testamentis requiritur, necesse est quòd interueniat notarius, vel in defectum notarij, alius, & sic octauus testis; & alia, de quib. in l.hac consultissima. C.qui testam.face. poss. & hoc propter maiorem timorem falsitatis, qui subest in testamento huiusmodi lumine carentis, quàm in testamento eius qui videt, & cognoscit, & ita de facili decipi non potest.

2 Sed quæro, Tu scis, quod quando pater vult testari inter liberos, sufficiunt duo testes absque alijs solemnitatibus iuris ciuilis, vt dixi supra quæst.8. Pone quòd pater cæcus velit testari inter liberos; nunquid erunt seruandæ solemnitates de quibus in dicta l.hac consultissima; an autem sufficient duo testes? Respond. quod si cæcus velit testari inter liberos, sufficiunt duo testes, nec requiritur aliqua alia forma vel solemnitas à iure ciuili introducta. ita tenet Bald. in dicta l.hac consultissima, numero primo, & sequent. & ita concludunt magis communiter Doctores, vt dicit Socin. consil.263. circa princ. lib.2. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in dicta l.hac consultissima, numero quarto, & consilio 26. versic. facit etiam multum, libro primo, Bertrand. consi.22 r. numero secundo, libro tertio, in secunda parte. Boer. decis. 240. numero 20. Natta consil.210. numero tertio, & sequent. & in repet. dicto §. ex imperfecto, numero 34. & seq. Cessat enim omnis falsitatis suspicio in filijs, qui omnino sunt patri ab intestato successuri, & de quibus lex maxime confidit. Præterea fauor filiorum, propter quem inducta fuit dispositio d. §. ex imperfecto, ita militat in filijs cæci, sicut in filijs videntis.

ADDITIONES.

a *In testamento cæci.* Et cæcus quis dicatur, † & qualiter probetur. vide per Arc. §. cæcus, Inst. quib. non est permis. facere test. atque per Paul. de Castr. cons. 359. in 1. dub. vol. 2. Item cæci testamentum qua forma concipiatur. vi. per Ruy. in cons. 68. libr. 2. Et an in eo operetur clausula codicillaris, vi. per Ias. con. 26. lib. 1. Et quod non sustineatur non seruata forma d.l. hac consultissima, etiam si addit clausula codicillaris, vide per Iaso. conf. 82. lib. 3. vbi idem etiam si apparet de pœna in casu. impugnato testamenti, & de permissione hæredis. (3)

b *Pater cæcus &c.* Et quòd testamentum cæci conditum inter liberos valeat sine solennitate. l. hac consultissima, & de test. magis communiter Doc. videntur sic ibi cõcludere, vt dicit Soc. in cons. 168. in prin. errore allegatum in tex. quem vide per eo. & adde per Roland. cons. 82.

c *Cessat.* Item quibus remedijs defendatur, vide per Rimin. Iun. in cons. 84. per to.

d *§. Ex imperfecto.* Et ista est communis opi. de qua vide, atque dic vt per Boe. dec. 240. nu. 20. vbi habes etiam in contrarium tenentis. Idem quando præcessit testamentum solemne clausulam habens derogatoriam per quam apparet magis dilexisse agnatos, quam filias institutas in secundo minus solemni. Et similiter potest causa mortis donare nõ seruata solemnitate d. l. hac consultissima, & codicillari.

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. an possit condere testamentum.*
2 *Et an de peculio aduentitio, versic. Vera igitur.*
3 *Et an filiafamilias possit de dote testari. versic. Secundo adde.*
4 *Et quid si in testamento apposita sit clausula codicillaris, vers. Sed quæro. Remissiue.*
5 *Et quid si pater sit captus ab hostibus. ver. Sed pone.*
6 *Et an possit filiusfam. testari de bonis castrensibus. ver. Scias tamen.*
7 *Et an de salario quod lucratus est tanquam aduocatus. Sed quid de salario.*
8 *Et an possit filiusfam. testari ad pias causas. versic. Item quæro. Remissiue.*
9 *Et an valeat statutum disponens, quod filiusfam. possit testari, ver. Quæro etiam. Remissiue.*
10 *Legatum factum ab vxore ob nimiam reuerentiam mariti præsentis est nullum.*
11 *Filiusfamilias notarius põt testari de eo, quod lucratur.*

Explicatis diuisionibus testamentorum: nunc videndum est quæ personæ habeant testamenti factionem tam actiue, quàm passiue, idest, qui testamentum facere possint, vel non, & qui ex testamento capere possint, vel non. nam in iure vtroque modo dicitur quis habere testamenti factionem. Et in primis quæro, an filiusfam. in patris potestate existens possit condere testamentum. Respond. quod non, etiam si pater id illi permittat. tex. est in l. qui in potestate, ff. de testam. & sic vides, quòd filiusfam. non est prohibitus testari propter interesse patris, sed quia lex non approbat eius personã, tanquam legitimam,

ad condendum testamentum,& ideo consensus patris non sufficit ad eius personam integrandam. Doctores multum laborant pro inuenienda ratione, quare filiusfam. non possit testari, etiam cum patris consensu. & tandem dicunt illud esse, quia testamentum non potest ex alieno arbitrio pendere; & hæc ratio approbatur communiter per Doctores vbique, vt dicit Aret. in d.l. qui in potestate, post nu.2. Illam etiam dicit esse communem rationem Ias. in l. fenium, n.9. C. qui testa.face.poss. quæ tamen multas paritur difficultates, vt per Aretin. in loco præallegatos, & alios Scribentes. Sed quia hæc modicæ sunt vtilitatis, non insisto.

1 Vera igitur est & indubitata conclusio, quod filiusfam. etiam cum patris cõsensu non potest cõdere testamentum. & hæc est communis regula, vt dicit Aret. in d.l. qui in potestate, col.3. ver.& ad rationem, cui adde in primis, quòd neque etiã testari potest de peculio aduentitio & illa est cõmunis opi, vt dicit Alex. in l ficut certi, circa fin. C. de test. mil. Quæ quidem locum habet, etiam si huiusmodi peculium aduentitium spectaret ad ipsum filiumfam. pleno iure, neque pater haberet in eo vsumfructum: adhuc n. filius de eo testari non poterit, etiam cum cõsensu patris. ita sentit. gl. in d.l. qui in potestate, in verbo, nihilo magis; & est communis opin. vt dicit Imola in l. si cum filius. §. Titio decẽ. col. fi. ff. de donatio. Soc. consi. 512. post nu.2. vers. Confirmatur, lib.1. quod est duplicatũ in consi.172. lib.2. prout illum refert Apostil. ad Boer. consi.34. sub nu.8. Licet Socin. in lib. meo hoc non dicat. Ita etiam communiter teneri attestatur Alex. in l. fenium, nu 8. in fi. C. qui test. fac. pos. Eandem opin. dicit esse communem Aret. in d.l. qui in potestate, col.3. vers. & priusquam veniam. Ias. in l. fin. nu.3. C. de inoff. testa. & in l. nemo, num.2. C. qui testa. fac. poss. vbi dicit quòd hæc est communis opi. gl. & Doctorum, nemine discrepante: Alex. in d.l. nemo, nu.2. quẽ refert Ruin. consi.24. nu.11. lib.5. Dec. in ea.l. nemo. per totam lecturam. Bouer. in §. sciendum, n. 2. Instit. de testam. mil. Rubeus consi.93. nu.3. Et ita seruat communis opi. vt ait Porc. Instit. quib. non est permissum fac. testam. nu.12. Et ratio est, quia, vt dixi, filius repellitur a testando, non propter interesse patris, sed quia non est legitima persona ad testandum.

3 Secundò adde, quòd etiam filia quæ sit potestate patris, non potest testari de dote sua aduentitia. & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Alex. in d.l. fenium, nu.3. Militat enim eadẽ ratio, quòd scilicet non est integra persona ad testandum, licet (respectu huiusmodi dotis) habeat integram personam ad comparendum in iudicio, vt dixi supra lib.2. §. filius.

4 Sed quæro, Tu scis quod filiusfam. potest donare causa mortis cum consensu patris; nunquid si aliquid relinquat in testamento, in quo sit apposita clausula codicillaris, illud relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? Dixi infra, lib. 4. §. Donatio, quæst.6. versicu. Sed quæro.

5 Sed pone, quòd pater sit captus ab hostib. & quòd patre existente apud hostes, filius faciat testamentum, & decedat: deinde pater reuertatur; quæro nunquid tale testamentum valeat? Respond. quòd nõ; sed indistinctè est nullũ. Nam propter reditum patris, fingitur semper filius in potestate patris fuisse. ita dicit gl in l. fi. §. ita tamen, in verbo, Rata, C. de sent. pass. & est communis opi. vt dicit Crottus, in repe. l. si is qui pro emptore, nu.18. & seq. ff. de vsucap.

6 Scias tamen, quòd de bonis castrensibus, vel
d quasi, potest filiusf. testari. l. fi. C. de inoff. testa. Sed de castrensi potest testari iure militari; si verò testetur de quasi castrensi, debet seruare ius commune, vt ibidem.

7 Sed quid de salario, quod filijfam. aduocati a clientulis suis percipiunt, nunquid poterunt, etiam si sint in potestate patris, de eo ad eorum libitum testari? Respon. Spec. in tit. de actore, tener, quòd non; sed contraria opinio est magis cõmunis, vt testatur Ias. in d.l. fi. nu.1. C. de inoff. testamen. hoc enim reputatur tanquam quasi castrense peculium, vt dixi sup. lib.2. §. filius.

8 Item quæro, nunquid filiusfam. possit testari ad pias causas. Dixi sup. q.5. ver. Sed nunquid.

9 Quæro etiam an valeat statutum disponens, quod
e filiusfamilias possit testari. Dixi supra lib.1.

ADDITIONES.

a *Quod non*. Adde etiam tex. in § 1 Inst. quibus nõ est permis. facere testamen. cum similibus, de quibus per Iaso. in l. omnes populi. nu.72. ff. de iust. & iur. Sed an dignitas sacerdotalis liberet à patria potestate quod sic, vi. Bald. in l. apud hostes. C. de suis & legiti.

b *Cum patris consensu non potest*. Adde & nouissimè. vi. per Rim. iun. in consi.459. col.1. qui limitat, secus stante statuto, & de testamento filiæ familias quæ patrem instituit sibi hæredem, atque de maritalibus blandirijs ad inducendum vxorem ad ei legandum, quæ legauit: quod illud testamentum sit validum, &

10 quòd legatum † factum per vxorem ob nimiam reuerentiam mariti stantis super eius caput sit nullum, & inualidum, vide de omnibus per Afflic. decis.69. & in additionibus Cæs. Vrsi. ad eundem ibi.

c *De dote aduentitia*. De profectitia dixi sup. sub q.5. vbi quod non.

d *Aduocati*. Idem dic de omnibus, qui in dignitate vel officijs publicis lucrantur, tametsi haud fiot doctores vel notarij, vt per Ang. de Are. io §. sciendum, numero quinto, Institut. de testamento milit. per casum quem dicit ootab. in l. si post principium. C. de inoffic. testamen. quod bene not. esse

11 dicit. Item de filio familias † notario, quòd possit testari de eo quòd ipse lucratur, cum censeatur, peculium quasi castrense vi. in decisio. Tholos. 10. & ibi per Aufferi.

e *An valeat*. Et quòd valeat vide Bal. in l. cunctos populos, nu.15. C. de sum. Trin. ff. de fide cath. Bar. in l. 1. §. lex falcidia, in fi. & ad leg. falc. Et an tale statutum extendatur ad bona extra territorium, quod non per Bart. & Bald. l. cunctos populos, colum.9. in fine. *Guotius I.V.C.*

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus an possit condere testamentum*.

2 Et

2. *Et quid si sit etiam condemnatus ad mortem naturalem. vers. Aliquando vero.*
3. *In publicatione bonorum non includuntur bona futura.*
4. *An publicatis bonis veniant legata conditionalia.*

1 QVæro, an † bannitus ab aliqua ciuitate retineat testamenti factionem. Resp. hæc quęstio habet duo capita: Primum, an possit condere testamentum: Secundum, an possit capere ex testamento. Circa primum, Bar. in l. eius qui §. 1. nu. 3. ff. de testam. & in vulgata sua quæst. prima, incip. Lucanæ ciuitatis, nu. 26. distinguendo concludit, quod aut bannitus vult testari secundum statuta ciuitatis, a qua exulat, & nõ potest: quia propter bannum amisit illorum beneficium: aut vult testari secundum ius commune, & potest: quia bannum illius ciuitatis non potuit illi auferre beneficia iuris communis. & hanc distinctionẽ Bar. dicit communiter teneri Nellus in tract. bannitorum in prima parte secundi temporis nu. 52. Sed ego alias dicebam, quòd hæc opin. Bart. ita generaliter & indistinctè intellecta, non videtur vera. Et omittendo auctoritates Doctorum loquentiũ in hac materia, quę sunt propè infinitæ, dic, quòd aliquando quis est simpliciter bannitus: & intelligo simpliciter bannitum eum, qui est condemnatus in solo exilio, cui non est apposita pęna mortis, etiam si perueniret in fortiam cõmunis, prout videmus quotidie propter aliquod delictũ multos condemnari in exilium vel perpetuum, vel temporale, vel etiam arbitrio Principis, vel senatus, vt dixi infra libro quinto, §. finali, quæstione septuagesimaprima, circa princip. & talis nullo modo efficitur intestabilis, ex quacunq; causa sit bannitus: ita probat text. in d. l. eius qui. §. 1. ibi, sed relegati: & intelligo quòd poterit testari, non modò secundum ius commune, sed etiã secundum statuta ciuitatis a qua est bãnitus, nisi in ea adsit statutum quod banniti non gaudeant beneficio statutorum, prout est in multis ciuitatib. Italiæ: & poterit disponere de bonis suis tã sitis intra territorium ciuitatis, a qua est bãnitus, quã extra. Et quod plus est; etiam si tempore banni, eius bona fuissent confiscata (vt plerunque fit) tamen si post confiscationem aliquid acquireret, posset de eo disponere, & testari, ex quo iuxta communes regulas, in confiscatione non veniunt bona futura, vt dixi in dicto §. fi. quæstio. 79. ver. Vlterius quæro.

2 Aliquando verò quis non modo est bannitus, sed etiam est condemnatus ad mortem naturalẽ, quæ illi in sententia comminatur, vbi in fortiam communis peruenerit. & hoc potest dupliciter contingere. Primò, quando sententia mortis præcedit bannum, puta quia detentus in carceribus fuerit condemnatus ad mortem, & post condemnationem aufugerit è manibus iudicum: & deinde iterum citatus, (vt fit) in cõtumaciam, iterum bannitus fuerit, & condemnatus cum comminatione, de qua supra: Secundo verò, quando sententia mortis & exilij simul profertur contra absentem, prout quotidie fieri videmus, stantibus ordinibus siue statutis, quòd cõtumax habeatur pro confesso: & de istis bannitis non est tractandum, tanquam de condemnatis ad mortem. & d ideo, dic quòd aut iste fuit ad mortem condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi erat imponenda pœna mortis, & fuit in processu & sentẽtia seruata dispositio iuris communis, quia scilicet fuit condemnatus præsens, & factis suis debitis defensionibus: & tunc talis per huiusmodi condemnationem iam effectus est intestabilis, tanquam seruus pęnæ: & ideò licet aufugiat è manibus iudicis, adhuc remanet seruus pęnæ, & cõsequenter non poterit testari, vt dixi infra q. 21. neque intra territorium illius ciuitatis, neque extra: quia talis sententia lata secundum ius commune illum afficit vbique locorum. Aut verò fuit condemnatus, ad mortẽ pro delicto, ex quo imponitur pęna mortis, per statutum illius ciuitatis, & non de iure communi, vel fuit condemnatus contra formam iuris communis, puta in contumaciam, stante statuto, de quo supra, quòd contumax habeatur pro confesso: & tunc est distinguendum, an iste bannitus peruenerit in fortiam cõis vel nõ. Nã priusquam peruenerit in fortiam communis, secundum magis communem sententiam, non est adhuc effectus seruus pęnæ, vt dixi supra lib. 1. §. bannitus, & ideo poterit testari. & in hoc omnes concordant, vt dicit Aret. in d. l. eius qui. §. 1. post nu. 3. versic. vnus est. Neque in hoc ego facio differentiam, an sit bannitus cum confiscatione bonorum vel non: quia ad hoc vt quis dicatur testabilis, vel intestabilis, non considerantur bona, sed status personæ. Ideo dato quòd eius bona essent confiscata, poterit adhuc testari: & hoc est magni effectus: quia poterit testari de bonis, si quæ habet extra territorium ciuitatis, à qua est bannitus: illa enim non comprehenduntur in confiscatione bonorum, vt dixi infra, lib. 5. §. fin. quæst. 78. versic. quæro nunquid. Item & de illis quæ acquireret post confiscationem. nam in publicatione bonorum non veniunt bona futura, * vt dixi. Item dato etiam, quod nulla bona haberet, non est sine vtilitate vt quis possit condere testamentum, vt dixi infra q. 22. vers. Relegatus.

3 Aut verò iste bannitus peruenit in fortiam communis: & tunc non potest testari, vt dixi infra, quæstio. 21. versic. aut verò. Et aduerte quòd in hoc articulo ego non facio vim an talis bannitus, siue ex tenore sententiæ, siue ex forma statutorum, possit impune offendi, vel non: Cum enim illa qualitas, quòd possit impune offendi, non respiciat statum personæ, non videtur habenda in consideratione, quoad hoc, an quis efficiatur intestabilis, vel non.

ADDITIONES.

a *Seruata dispositio &c.* Verum quo in casu bannum sit nullum ob formam non seruatam in citationibus ob iniustitiam, vide per Bertaz. crimi. consil. 233. Sed quid si in inquisitione non adsit qualitas secundum quam poterit fieri condemnatio. An possit deinde lata sententia fiscus dare capitula ad probandum qualitatem non expressam, vide per eundem Bertazo. in consi. crimin. 197. Et an fisco possit concedi in integrum restitutio. vide per eundem consilium 198. *Giachar I.V.C.*

b Bona futura. Contrarium videtur tenere Gram.cōſi. 7. vide tamen Dec.conſilio 235.438. & 446. Bart.in l.ſi qua.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alien.iur.in l.4.C.de aut.fiſc.lib.10.in l.1.ff.de bon.damn. Itē an publica tis bonis veniant legata conditionalia,Bart.in l.quod traditum,ff.de condit. & demonſtra. *Guiotius I.V.C.*

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus an poſſit capere ex teſtamento.*
2 *Et an ſaltem bona poſita extra territorium ciuitatis à qua eſt bannitus. verſic. Et hæc quidem.*
3 *Bannito excluſo per ſtatutum ab omni ſucceſſione quomodo ſuccurratur.*

1 Circa ſecundum,† an bannitus poſsit capere ex teſtamento, multa etiam traduntur per Scribentes,maximè in locis ordinarijs. Bart. in præallegata quæſtio.ſua prima incip Lucanæ ciuitatis,nu.29.diſtinguendo dicit, quòd aut bannitus non poteſt virtute ſtatuti illius ciuitatis im pune offendi: & tunc eſt capax omnium ſucceſſionum,quæ illi deferuntur, tam ex beneficio iuris municipalis illius ciuitatis, quàm ex diſpoſitione iuris communis: ſed ſi poteſt impune offendi, tunc non poterit ſuccedere in hæreditate ſibi delata ex beneficio ſtatutorum illius ciuitatis; erit tamen capax iurium, & ſucceſsionum quæ illi deferuntur de iure communi. & hanc opin. Bartol. dicit eſſe communem Alexan. in l.1. num.4. C. de hæredi. inſtituendis, quem refert Ruin.conſi.49.num.3.lib.4.idem etiam dicit Alexand.conſ.26,nume.2.in fin.lib.1.quem refert Vantius de nullit.in. rub.ex inhabilitate, nu.51. Nellus de bann.in prima parte, ſecundi temporis, quæſtio.5.Corn.conſi.29.in primis verbis, libro 2. & conſi.55.in litera L.eod. volum.Alex. conſi. 75.nu.2.lib.1.quem refert Blanc.de compromiſſ. in 2.quæſtio.nume.16. Claud.in l.Gallus,§.nunc videndum. poſt num.4. & in l.ex facto.§.ex facto. numero quarto,ff.ad Trebellian. Curt.ſen.conſil.59.num.19. Curt.iun. conſi.182. numero quarto, Iaſ. conſil. 166. colum.1. lib.2. & in l.1.num.5.& ſequen.C.de hæred.inſtit.Ripa.in d.§.ex facto, num.13. ff.ad Trebel. Et ſic vides magis communem opin.eſſe,quòd bannitus ſit capax ſucceſsionum quæ ei deferuntur ex diſpoſitione iuris communis.

2 Et hæc quidem concluſio de plano procedit, quantum ad bona ſita extra territorium (illa enim non poſſunt affici ex banno quod emanauit in alieno territorio) & ſic remanent in diſpoſitione iuris communis. Sed quid de bonis ſitis intra territorium ciuitatis a qua iſte reperitur bannitus? Reſpond. Rayner. in d.l.1. C.de hæred.inſtit. tenet quod nullo modo iſte bannitus poſsit in huiuſmodi bonis ſuccedere. licet enim ius commune illius ciuitatis non poſsit bannien do tollere ius commune, poteſt tamen illud offuſcare,& adumbrare,ita vt in ſuo territorio effectum non ſortiatur.Et hanc opin. dicit eſſe cōmunem Iaſ.in præalleg.conſil.166.colum.3. verſic. Quartò facit, lib.2. Sed quidquid dicat Iaſon,credo quod magis communis opi.ſit in contrarium,ſcilicet quod immo etiam ſi bannitus poſſit impune offendi, retineat beneficia iuris communis, etiam quo ad bona poſita intra territorium illius ciuitatis, prout hanc eſſe magis communem ſententiam atteſtatur Ripa in d.l.ex facto,§.ex facto, nu.15. Maranta in repe.l.is poteſt.nu.119.ff.de acquir.hæred. Et quòd bannitus retineat beneficia iuris communis etiam in ciuitate a qua exulat, non videtur dubitandum, ex quo multi ex doctoribus per me ſupra allegatis ita atteſtatur eſſe communem opinionem: & recenſet authoritates,quæ facile dinumerari poſſunt:& illam etiam credo veriorem eſſe: nā huiuſmodi banna,quæ contra abſentes proferūtur, ſunt valde exorbitantia à diſpoſitione iuris cōmunis: meritò reſtringenda, vt quantum minus fieri poteſt, operentur. Bene verum eſt quod ſi extaret ſtatutum excludens expreſsè bannitum ab omni iure & ſucceſſione,vel huiuſmodi,eo caſu procederet opin.Ray.quòd.ſ.amitteret etiam ſucceſsiones ſibi intra territorium illius ciuitatis delatas etiam ex beneficio iuris communis. Sed alio non apparente,conſulendo aut iudicando,non recedas ab opin.Bar.quæ communis eſt, & verior. In propoſito tamen huius q. vide quæ dixi infra lib.5.§.fi.q.71.verſ.dixi autem.

ADDITIO.

a *Si extra ſtatutum excludens*. De cautela † ad ſuc-
3 currendum bannito,vide per Duran.de arte teſtand. tit.1.caut.10.in fi.Cepol.cautel.38.in fi Cephal.cōſi. 334.n.29.& per Rim.iun.conſ.379.n.85.cum duob. ſequen. *Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad mortem an poſſit teſtari.*
2 *Et quid ſi ex manibus iudicum aufugerit, verſic. Sed quid.*
3 *Et quid ſi genus mortis ad quod fuit condemnatus, eſt a iure prohibitum.verſic.Sed pone.*
4 *Et quid ſi fuit in contumaciam condemnatus, verſ. Aut vero.*
5 *Et an talis condemnatus ad mortem poſſit teſtari ad pias cauſas, ver. Quæro nunquid.Remiſſiue.*

1 Quæro, † nunquid condemnatus ad mortem poſsit teſtari. Reſp.quod aut talis condemnatus eſt præſens,ita quòd poſt condemnationē ſtatim faciēda eſt executio: & hoc caſu,cùm per condemnationem effectus ſit ſeruus pœnæ, non poterit teſtari:& hæc communis eſt opin.vt dicit Bal.in l.1.fin.nu.15. C.ſi a non compet, iud.quē refert Apoſtil.ad Ang.de malefic.in verbo.Et ibi caput,ſub nu.20. Idem dicit Apoſtil. ſupra allegata,ſub nu.23.& hoc ſiue eſſet condemnatus ſecundum ius commune,ſiue ſecundum ſtatuta illius loci. nam vtroque caſu proculdubio eſt inteſtabilis quantum ad bona ſita in illo territorio.Quoad alia verò,ita demum efficitur inteſtabilis,ſi eſt condemnatus, ſeruata tā in proceſſu, quàm

quàm in sententiæ dispositione iuris communis. Quinimò, si prius condidisset testamentum, illud fieret irritum.l.si quis filio §.irritum, ff.de iniusto rupto: quod tamen intellige vt dixi in vers. aut verò. Bene verum est, quòd quidquid sit de iure, hodie ferè vbique contrarium obseruatur quia etiam illi, qui sunt decapitandi, plerunque in carcere faciunt testamenta, & instituunt hæredes, quando eorum bona non confiscantur. & ita quotidie de consuetudine obseruari attestatur Imolain cap.quia ingredientib.nu.30.in fin. de testamen.quem refert Natta, cons.177.nu.4. Sed certe ego credo quòd talia testamenta de iure parum vel nihil valeant. Quidquid tamen sit, non puto esse ab ipsa consuetudine recedendum.

2 Sed quid si reus post condemnationem, antequàm fiat executio, ex manibus iudicum aufugerit nunquid poterit testari? Respond.quod non: adhuc enim remanet seruus pœnæ, & consequenter intestabilis ita tenent communiter Doctores vt dicit Are.in l.si quis post accusationem, nu.3. ff.de testam.ita etiam communiter teneri attestatur Abbas in rubr.de testa.nu.4. Sed hoc intelligo, vt procedat in illo territorio, in quo fuerat condemnatus, & quò ad bona intra illum territorium existentia: nam in eo territorio, & quò ad illa, semper remanet intestabilis: sed quoad bona existentia extra illud territorium, talis sententia eum non efficeret intestabilem: & ideo ipse existens extra illud territorium, posset de eis testari: nisi tamen esset condemnatus pro delicto, pro quo de iure communi debuisset ad mortem condemnari, & in processu esset seruata dispositio iuris communis. nam eo casu vbique, & quò ad omnia semper remanet intestabilis, vt supra dixi.

3 Sed pone quòd Iudex condemnat reum ad pœnam mortis, sed genus mortis, quo Iudex eum voluit puniri, est à iure prohibitum, puta veneni, mallei, vel securis, vel præcipitij: nunquid ex tali condemnatione reus efficitur intestabilis? Resp. quod non; etiam si delictum pro quo est condemnatus, mereretur pœnam mortis. ita dixit Ang. in l.si quis mihi bona.§.si fisci.ff.de acq. hæred. Et ita concludunt Doctores, vt dicit Apost.ad Ang. de malef.in verb.& ibi caput, post nu.23.hanc etiam opi.dicit esse communem idem Apostol.in eo verbo, sub nu.29.Ex quo enim huiusmodi pœnæ sunt à iure interdictæ, non possunt efficere aliquem seruum pœnæ, & sic intestabilem. Quod nota in practica: quia est mirabilis decisio.

4 Aut verò talis condẽnatus erat absens, sed fuit condemnatus virtute statuti disponentis quòd contumax habeatur pro confesso, & quòd contra eum possit procedi ad sententiam & diffinitiuam; & tunc si iste condemnatus, & bannitus non veniat in fortiam communis non efficitur seruus pœnæ; & ideo poterit testari. Si autem veniat in fortiam communis, tunc efficitur seruus pœnæ, & consequenter non poterit testari. & hæc est magis communis opin. vt dicit Aret.in d.l.eius qui.§.1 post n.4.vers.sed dubiũ. Et si priusquam veniret in fortiam communis, fecisset testamentum, illud redderetur nullũ. Quæ tamen omnia, vt supra sæpius dixi intellige quò ad bona sita intra illud territorium: non autem quò ad alia nam sententia illa condemnationis banni, accipit virtutem & robur ex dispositione statutorum illius ciuitatis, & non à iure communi: merito non potest effectum suũ porrigere extra illud territorium & ita teneas.

5 Quæro, nunquid condemnatus ad mortẽ possit testamentũ condere ad pias causas. Dixi supra quæst.5.ver.quæro quid in damnato.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Deportatus an possit condere testamentum.*
2 *Et an possit capere ex testamento, vers. Si autem quæris.*
3 *Et quid in relegato, ver. Relegatus.*
4 *Relegatus ad tempus potest finito tempore redire.*

1 QVæro nunquid deportatus habeat testamenti factionem? Respon. hæc quæstio pariter habet duo capita, intelligendo de factione testamenti actiuè & passiuè, vt dixi supra quæstio.18. Si ergo quæris, nunquid deportatus possit condere testamentum, Respond. quòd non. & de hoc est text. in l. eius qui, §. primo, ff. de test. intelligendo ibi verbum, deportati, vt stet in casu nominatiuo, non autem in genitiuo, prout intelligit ibi glos. subaudiendo verbum bona: & male, iudicio meo. Et hæc opi. quòd deportatus nõ possit testari, communiter tenetur, vt dicit Imola in c.quia ingredientibus, post nu 38.de testa. Illam etiam dicit esse communem Maranta in repe.l.si potest, nu.117.ff.de aeq hær. Natta in repe.§.ex imperfecto, in l.hac consultissima C. de testam.nu.51. Amittit enim deportatus libertatẽ, & bona, & omnia quæ sunt iuris ciuilis, &c.

2 Si autem quæris, nunquid deportatus possit capere ex testamento: respon. pariter quod non est enim talis deportatus prorsus incapax omnis successionis, vt dixi supra hoc eo.li.§ t.& est cõmunis opin. ut dicit Alex.in l.1.nu.2.C.de hære. inst. Hæreditas autem ipsa non applicatur fisco; neque fiscus illam aufert à deportato, tãquam ab indigno, sed perinde succeditur defuncto per alios institutos, vel per venientes ab intestato, ac si deportatus institutus non fuisset. Et hanc dicit esse magis communem, & veram sententiam Alexan.cons.26.nu.1.lib.1.

3 Relegatus autem non perdit testamenti factionem vt probat tex.in d.l.eius qui, §.primo. Non enim amittit libertatem, neque ea quæ sunt iuris ciuilis: & ideo licet in sentẽtia relegationis fint etiam confiscata eius bona, prout sæpe fit, & de iure fieri potest, vt est tex. in l.relegati. & in l.relegatorum. §.ad tempus. ff. de interd. & releg. nihilominus (vt dixi) retinet testamenti factionẽ. Et si dicas, quid operatur testamẽti factio sine bonis? Resp. multum operatur circa bona, quæ in ipsa confiscatione non comprehenduntur, vt dixi supra quæst.19. vers. aliquando verò. Præterea testamentum & hæreditas vtique consideran

tur

tur etiam in eo, qui nihil in bonis relinquit; neque id prorsus est sine vtilitate, nam qui potest testari, poterit (licet ipse nihil habeat in bonis) substituere filio suo pupillariter, quod tamen facere non posset, si non haberet testamenti factionem l. 2. §. filius. ff. de vulgari. Item poterit dare tutorem filijs suis, quod pariter fieri non pôt, nisi in testamento, aut codicillis testamento cõfirmatis l. 3. ff. de test. tutela vt eleganter considerat Imol. in d. c. quia ingredientibus, nu. 7. &c.

ADDITIO.

a *Relegatus*. Obiter hic scias quod relegatus † ad tē 4 pus potest finito tempore redire absque alia superioris licentia, vide per Cephal. plene in conf. 235. nu. 12. *Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad perpetuos carceres an perdat testamenti factionem.*

1 QVaero, † nunquid condemnatus ad perpetuos carceres perdat testamẽti factionem. Respon. Abbas in rub. de testamen. post num. 4. vers. dubitatur etiam, dicit quòd si talis cõdemnatus ad perpetuum carcerem, est laicus, procul dubio efficitur intestabilis: & quòd hęc est communis sententia. Hanc etiam dicit esse communem Fran. in rub. de testa. vers. 12. prohibetur, quem refert Bertrand. conf. 194. post nu. 2. lib. 1. in secunda parte. Quae tamen opi. nunquam mihi placuit. Certum est enim quòd de iure ciuili non imponitur haec pęna carceris, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 70. vers. pęna autem. Cum ergo non possit quis effici intestabilis, nisi quando imponitur pęna à lege permissa, vt dixi supra. q. 21. vers. sed pone, sequitur quòd talis condemnatus ad perpetuos carceres, de iure ciuili nõ amittit testamenti factionem.

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an possit testari.*
2 *Hereticus testari non potest.*

1 QVaero, an excommunicatus possit testari? Respon glo. in c. decernimus, in verbo, & testificando, de sent. excom. in 6. tenet, quòd nõ. & dicit Alberi. in l. 1. n. 4. C. de haered. inst. quod ita tenent communiter Cano. & fortè tempore Alberici illa opi. saltem apud Cano. erat magis communis. Sed hodie cõtraria opi. scilicet quod imò excommunicatus possit testari, est magis cõmunis vt dicit Abb. in rubr. de testamentis, nu. 5. Barb. in c. quia ingredientib. columna fi. de testamen. quem refert Io. Dilect. de arte testandi, tit. 1. cautela 10. nu. 1. Areti. in l. si quaeramus, co. penult. vers. Tertiò adde, ff. de testamen. quem refert apostil. ad Ang. Aretin. in §. fi. sub nu. 10. Instit. quib. non est permis. facere testa. & Francus in reper. rubr. de testamen. nu. 32. Andr. Besse. in reper. l. 1. num. 65. C. de sacrosan. eccles. Bertram. conf. 217. num. 11. lib. 2. in prima parte, & conf. 41. numero primo, lib. 2. in 2. parte. Et dicit Corn. conf. 180. in litera R. lib. 4. q̃ est communis sententia ferè omnium, maximè in occultè excommunicato. Et haec opin. intrepide tenenda est vbi duo concurrant: Primum quòd nõ sit excommunicatus ex causa, quae aliàs redderet illum intestabilem: Secundum, quòd excommunicatio sit occulta. Si verò haec duo non concurrerent, res non esset sine difficultate, sed pro nũc nihil determino.

ADDITIONES.

a *Excommunicatus possit testari.* Et quod excommunicatus habet actiuè & passiue testamenti factionem communem dixi in collecta. mea com. opi. ver. excommunicatus. nu. 7.

b *Ang. de Are b* Aduerte quòd Ang. ibi excipit vnũ 2 vnum casum, videlicet † in haeretico, in quo hoc esse specialiter dicit, vt non possit testari: alij autem possunt, & illam communem attestantes retulit Apost. ibidem.

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Infamis an possit testari.*
2 *Infamis quis efficitur tripliciter.*

1 QVaero, an infamis possit testari. Respond. quod sic. ita tenet Bar. in l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. de testam. & ita communiter tenetur, vt dicit Abbas in rub. de testa. post nu. 8. ver. 35. prohibetur. Quod intellige, nisi expresse à lege prohibitus sit testari, prout est infamis condemnatus ob libellum famosum, vt probatur in d. §. si quis ob carmen.

ADDITIO.

a *Infamis*. Adde quod infamis, quis efficitur tripli- 2 citer, † vt per Ceph. conf. 217. nu. 14. videlicet, ipso iure, per sententiam, & ex genere pęnae, vt quia iussu 3 praetoris fustibus quis sit caesus. Item † quae personę infames dicantur, vid. in c. infames. 6 q. 1. Et obiter sic scias, quod infamis repellitur ab omni officio publico, & ab omni dignitate ecclesiastica etiam ab habita. Infamia vero facti repellit à dignitatib. habendis, non à quaesitis nisi dicatur in sententia. Idem nõ repellit à dignitatibus, & honoribus beneficialibus Haec & alia nota digna vi. per Fely. in c. praeterea, de testib. cogen. vbi etiam habes, quod impuiandum est ei, qui assumitur à officium publicum si non detegit inhabilitatem suam, & quod indignus qui patitur se eligi consentiendo electioni punitur.

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius manifestus non potest testari, nisi praestita cautione de restituendis vsuris.*

2 Et

2 *Et an præstanda sit cautio pignoratitia, vers. Sed quæro.*
3 *Et quid si talis cautio post testamentum conditum præstetur, ver. Sed pone.*
4 *Et quid si vsurarius desierit vsuras exercere, versic. Item quæro.*
5 *Et quid in Iudæo vsurario manifesto; versic. Quæro etiam.*
6 *Et an vsurarius manifestus possit donare causa mortis, versic. Quæro an vsurarius. Remissiuè.*
7 *Vsurarius manifestus prohibetur donare causa mortis.*
8 *Vsurarius manifestus quis dicatur.*

1 QVæro, † an vsurarius manifestus possit testari. Respond. quòd sic dummodo præstet cautionem de restituendis vsuris, iuxta formam cap. quanquam, de vsur. in 6. Quis autem dicatur vsurarius manifestus, dixi infra li. 5. §. vsura, ver. sed hic quæro.

2 Sed quæro, quia ille text. simpliciter requirit quòd præstetur idonea cautio, nunquid sufficiat nuda cautio, an autem requiratur pignoratitia, vel fideiussoria. Respon. quòd requiruntur pignora, vel fideiussores. ita tenet gl. in d. c. quanquam, in verbo Idoneæ: quam dicit esse communiter receptam Didacus lib. 3. resolut. cap. 3. numero 6.

3 Sed pone, quòd conditum sit testamentum nō præstita cautione iuxta formam d. c. quanquam sed post testamentum præstetur talis cautio; nunquid testamentum ipsum, præstita ex post facto cautione, reconualescet? Respond. quòd in hoc artic. magna est controuersia inter Scribentes; tamen magis communis opin. est, quòd recōualescat, vt attestatur Alex. in l. Gallus. §. ille casus, nu. 8. licet dicat quòd contraria opin. est de iure sustentabilior. Eandem opin. dicit esse communem Felin. in c. cùm dilectus, nu. 3. de accus. Dec. in l. quod in initio, nu. 12. ff. de reg. iur. Didac. in d. c. 3. post nu. 9. vers. 12. hoc. Et hæc opi. tāquam æquior tenenda esset in practica.

4 Item quæro † si vsurarius manifestus desinat exercere vsuras, nunquid in eo locum habebit dispositio d. c. quanquam, vt scilicet non possit testari nisi præstita cautione? Respond. quòd sic & hæc est magis communis opin. vt attestatur Soc. cons. 127. ante nu. 1. lib. 3. & etiam tutor animæ. propterea iudicando, aut consulendo non esset ab ea recedēdum. Certum est, enim, quòd etiam quod quis desinat fœnerari, nō tamen propterea definit esse vsurarius, vt dixi infra lib. 5. §. vsura. vers. Vltimo quæro. Sed istam conclusionem intellige vt procedat in vsurario, qui vsuras non restituit: nam si vsuras restituisset, & desiisset fœnerari, vtique posset condere testamentum: esset enim superflua cautio pro restituendis vsuris, si iam facta esset restitutio.

5 Quæro † etiam, nunquid dispositio d. c. quanquam, habet locum etiam in Iudæis? Respond. quòd non: sed eorum testamenta valent, etiam si publicè exerceant vsurariam prauitatem. & ita videmus cōmuniter obseruari, vt dicit Are. cons. 158. in vltimis verbis. Cum enim Iudæi sint extra gremium Ecclesiæ, non est de eis curandum, vt dixi supra lib. 2. §. Iudæis.

6 Quæro, an vsurarius manifestus possit donare causa mortis. Dixi infrà lib. 4. §. Donatio, q. 7.

ADDITIO.

a *Possit testari.* Adde hic, quòd sicut vsurarius mani-
7 festus prohibetur testari, prohibetur † etiam causa
mortis donare hanc magis communem, vi. per Alex.
in l. discretis ou. 2. C. qui testam. facere possunt. Et do
cautelis vi. per Durao. de art. test. tit. 1. cau. 7. Et dixi
in collec. mea com. opin. verb. vsurarius, num. 7. Item
8 quis dicatur † vsurarius manifestus habes ibid. nu. 4.
& 5. non transcribo vi. etiam de illa q. per eund. §. do
natio q. 7. *Giachar I. V. C.*

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Prelatus, aut clericus, an possit testari.*
2 *Et de bonis suis patrimonialibus, si nullos habeat propinquos, vers. Circa bona.*
3 *Et quid de bonis quæsitis possit adeptum beneficium seu prælaturam, versicul. Sed quid.*
4 *Et quid de bonis ecclesiæ. ver. Dixi secundo.*
5 *Et an Papa possit dare licentiam clerico testandi de bonis ecclesiæ. ver. Sed quæro.*
6 *Et quid de bonis quæsitis ex fructibus ecclesia vers. Tertio dixi.*
7 *Et an Papa possit cōcedere prælatis, vt de huiusmodi boni possint testari, ver. sed an poterit.*
8 *Et quid de fructibus exstantibus collectis in bonis ecclesiæ vers. Quare videndum.*
9 *Et an clericus decedens ab intestato tales fructus an hæredes suos transmittat ver. an autem. Remissiuè.*
10 *Et clericus possit de quotidianis distributionibus testari, vers. Quinto dixi.*
11 *Clericus an teneatur ad debita sui prædecessoris.*
12 *An quis sit clericus vel ne quis cognoscat.*
13 *Acquisita per clericum de quibus bonis acquisita censeantur.*
14 *Clericus potest testari de distributionibus quotidianis.*
15 *Papa an possit concedere licentiam testandi absque causa.*
16 *Clericus postulans licentiam testandi debet exprimere valorem fructuum.*
17 *Clericorum bona quomodo transeantur ad hæredē vel successorem.*
18 *Clericus an possit dotare filiam.*
19 *Clericus an possit dotare concubinæ.*
20 *Clericus non potest inopes consanguineos alere de reditibus ecclesiæ.*

1 QVæro, nunquid prælatus, aut clericus, possit
testari. Hæc est pulchra quæstio, & sepissimè contingit in Practica. Præmitte ergo in primis pro intelligentia eorum, quæ dicenda sunt, quod in hoc proposito possunt considerari quinque genera bonorum, scilicet. Bona propria, seu
b patrimonialia ipsius Clerici, *b* siue prælati: Item bona ecclesiæ, suæ beneficij; Item bona quæsita ex fructibus ecclesiæ; Item fructus collecti in bonis ecclesiæ. Itē quotidianæ distributiones quas Clericus percipit in ipsa ecclesia.

3 Circa bona patrimonialia, videtur absolutè dicendum, quòd quilibet Clericus, siue prælatus possit de eis ad sui libitum disponere, & testari (intellige quando sunt quæsita ante clericatum vt statim subijciam.) & hæc quidem conclusio

de

de plano procedit, quando prælatus habet filios vel propinquos. Sed quid si nullos habeat propinquos, nunquid poterit in bonis suis patrimonialibus extraneum hæredem instituere, & eum Ecclesiæ præferre? Dubiũ facit tex. in cap. Episcopus qui filios, 12. quæst. 2. ibi, alium quàm ecclesiam non relinquat hæredem. Sed dic quòd ille tex. est potius consilij, quàm præcepti, vt sentit glo. ibi; & ideo tenet, quòd poterit prælatus testando præferre extraneum ecclesiæ; & ista est communis opi. vt attestatur Barb. de præstantia Card. in 3. q. basilica 1. par. post nu. 40. vers. nunc venio; quæ etiam est æquior; vt scilicet vnusquisque liberam de bonis suis disponendi habeat facultatem.

3 Sed quid dicẽdum de bonis patrimonialibus, quæsitis postquam Clericus ad beneficium seu prælatutam fuit promotus: nunquid etiam de illis poterit testari? Respon. Aut constat quòd prę latus, vel Clericus, illa acquisiuit ex patrimonio ecclesiæ, vel eius contemplatione; & tunc nõ potest Clericus de eis testatis; talia enim bona sunt ecclesiæ quæsita, non autem ipsi Clerico, aut prę lato; Aut verò constat quod illa acquisiuit ex suis laboribus, vel industria: & tunc efficiuntur propria ipsius Clerici, & consequenter poterit de eis testari. & hæc est communis opin. vt dicit Corn. cons. 314. in litera A. lib. 3. Sed quid si nihil probetur? Respon. quòd in dubio alio nõ docto, præsumptio est quod sint quæsita intuitu Ecclesiæ ita tenet Io. And. in c. 3. de testa. quem sequuntur communiter Doctores, vt ait Soc. cons. 91. nu. 1. lib. 3. Dicit etiam Alber. in auth. licentiã post nu. 3. C. de epis. & cler. quòd ita tenent communiter Cano. Et hanc opi. dicit esse communẽ Corn. cons. 88. in litera R. lib. 2. & in d. cons. 314. in litera E. & cons. 288. in litera E. lib. 4. Bene verum est quòd si probetur quod Clericus habebat patrimonium, vel officium, vel exercitium, vel aliquid aliud, ex quo potuerit illa acquirere, præsumitur acquisiuisse secundum ꝙ magis est verisimile. & in hoc concordant communiter omnes, vt dicit Corn. in allegato cons. 88 in litera R. li. 2. Et ideò hoc casu bonum esset habere iudicem fauorabilem.

4 Dixi secundo; quod habet Clericus, seu prælatus bona ecclesiæ, seu beneficij; intellige tanquam simplex administrator; etenim est eorum dominus, aut possessor, vt dixi supra lib. 2. §. Prælatus. & de istis bonis non est aliquo modo tractandum, quia bona Ecclesiæ sunt Dei, & sunt reseruata, vt de eorum fructib. subueniatur egentibus. c. videntes, 12 q. 1. meritò non potest Prælatus, aut Clericus de eis disponere, aut testari. & hoc est indubitatum.

5 Sed quæro, nunquid Papa possit dare licentiã Clerico, testandi de bonis Ecclesiæ. Resp. quòd sic. & est communis opin. vt dicit Dec. cons 512. post nu. 3. nam (vt vulgaris est regula) Papa in beneficialibus omnia potest. Debent tamen ex honestate summi Pontifices diligenter aduertere ne id faciant sine causa. Quamuis enim omnia liceant, non tamen omnia expediunt.

6 Tertiò dixi. quod potest habere Clericus bona quæsita ex fructibus Ecclesiæ; & de huiusmodi bonis pariter Clericus seu Prælatus testari nõ potest. nam talia bona sunt Ecclesiæ, & pertinent ad successores in beneficio, non autem ad hæredes ipsius Clerici, siue Prælati. Et caueant prælati, qui in fraudem Ecclesiarum suarum per tertias personas prædia acquiri faciunt ex pecunijs per eos cumulatis ex fructibus beneficiorũ suorũ, vt ea in propinquos suos postea perueniant; quia dũ alios fallere putant, se ipsos potius deijciunt in æternum vitæ interitum. Deum enim fallunt, cui nihil est occultum.

Sed an poterit summus Pontifex concedere prælatis, vt de talibus bonis possint testari? Respon. quòd sic. & in specie, quòd Papa possit concedere Cardinali vt testetur de bonis quæsitis ex fructibus suorum beneficiorũ, tenuit Hostien. in summa de pęni. & remiss. §. cui confitendum, versic. cui Cardinales. & ita communiter tenetur vt ait Dec. consil. 157 post num. 1. versic. vlterius etiam.

Quartò videndum est, quid de ipsis fructibus extantibus, collectis in bonis Ecclesiæ, nunquid possit Clericus, vel Prælatus de eis testari. Hæc est ardua quæstio, & quæ indiget Pontificia decisione, vt dicit Barb. in c. fi. de peculio cleric. In hoc autem articulo habemus gl. ordinariam ad quam semper recurrimus, in c. præsenti. §. porrò, in verbo Reseruari, de offi. ord. in 6. quæ refert quandam distinctionem Host. in dicto c. fi. de pecul. cleric. distinguentis in hunc modum; Aut clericus habet administrationem; & talis clericus, quandiu viuit & sanus est, æquiparatur vsufructuario, & ideò potest de ipsis fructibus donare, moderatè tamen; Cum autem incipit infirmari, tunc incipit etiam æquiparari vsurario; & sic nihil habet ex fructibus beneficij præter proprium vsum & facultatem de eis dandi eleemosynam pauperibus, non autem potest de eis testari. Aut verò clericus non habet administrationem, sed est personaliter & simpliciter beneficiatus; & talis semper comparatur vsufructuario, & facit fructos suos, & de eis potest tam in vita, quam in morte disponere, & testari. & subdit glos. quòd hanc distinctionem approbat quasi vbique generalis consuetudo. Ita etiam de consuetudine communiter obseruari attestatur Butrius in ca. peruenit, de fideius. quem refert. Cor. in d. cons. 314. in litera B. lib. 3. Idem dicit Butr. in cap. 1. de causa poss. & propriet. quem refert Imo. in c. fin. post num. 11. de peculio cler. Calde. in d. ca. fi. Imola in ca. relatum, il 2. nu. 2. in fi. de testa. & in c. requisisti, nu. 45. in fin. eo. tit. & in c. quia nos, nu. 5. eo. tit. vbi dicit quòd ita communiter seruatur, & tenetur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in d. c. peruenit, post nu. 31. de fideif. Bellon. cons. 3. nu. 2. & dicit Boer. cons. 48. nu. 1. quòd illam glos. sequuntur communiter Scribentes. contrariam tamen opi, quod scilicet Clericus non possit de fructibus beneficij sui testari, tenuit simpliciter glos. in d. cap. fin. in verbo Obitus, de pecul. cleric. & Archid. in c. statutum. §. assessorem. de rescip. in 6. & hanc opin. dicit communiter teneri Car. in cap. fin. quem refert

fert Bolog.in addit.ad conſ.Io.de Anan.87.poſt nu.4.Dicit etiam Nic.de Vbald.de ſucceſ.ab inteſt.in vltima particula poſt nu.19.verſ.non obſtant motiua,quod in quibuſcunque redditibus beneficiorũ,clerici in morte æquiparantur vſuario potius quã vſufructuario, & quod hæc videtur magis communis ſententia Doctorum Et dicit Iaſ.conſ.75.col.2.verſ.nec obſt.fundamentũ, li.3.quòd hæc opi.eſt magis cõis ꝙ imò clericus beneficiatus,ſiue habeat adminiſtrationem,ſiue non,indiſtinctè prohibetur de fructib.beneficij, et perceptis & reconditis,teſtari: & hoc,ſiue ei ſuccedat ipſa eccleſia,ſiue ſucceſſor ĩ beneficio. Sed quidquid dicat Iaſ.tenẽda eſt opinio.Hoſt. & glo.in dicto §.porrò,quam ſemper & vbique vidi ſeruari,ſaltem in fructibus collectis , & reconditis.Quæ magis etiam de plano procederet vbi extaret conſuetudo quod fructus ſpectarent hæredi clerici,nõ autem ſucceſſori in beneficio: nam eo caſo proculdubio poſſet clericus de eis teſtari;& ita tenent communiter Doctores, vt dicit Bellon.in d.conſ.5.nu.10.

9 An autem clericus,ſi inteſtatus decedat, huiuſmodi fructus ad hæredes ſuos tranſmittat,dixi ſupra hoc eodem lib.§.1.

10 Quintò dixi,quòd clerici habent etiam quotidianas diſtributtiones. Quæro an de illis poſſint teſtari.Reſpon.quòd in hoc etiam variæ ſont opiniones inter Doctores.nam aliqui tenent, ꝙ tam in huiuſmodi quotidianis diſtributionibus, quàm in alijs red ditibus beneficiorum , clerici potius cenſendi ſunt adminiſtratores,& in morte vſuarij,quàm domini vel vſufructuarij:& dicit Nicol.de Vbal.in d.vlt.particula,poſt hæc videtur communis ſententia Doctorum.Contrariã autem opinionem, ſcilicet quod tales diſtributiones quotidianæ efficiantur propriæ.clericorum,tenuit Guliel. de Monte Laud.& hanc eſſe magis communem affirmat Pariſ.conſ.33.num.8. & ſeq.lib.4 vbi plures authoritates recenſet,& hæc proculdubio in viæ iudicij obtineret,prout etiam fateri videtur Nic.de Vbal.in loco præallegato. Licet enim negari non poſſit quin quodammodo dicantur acquiſitæ intuitu Eccleſiæ,tamen principaliter dantur intuitu perſonæ, propter diurnam operam,& laborem;meritò clerici eas faciunt proprias , & de eis poſſunt ad libitũ diſponere.& ita obſeruatur in practica,maxime in iam ex actis . Et aduerte vt ſemper conſulendo,aut iudicando adhæreas communi obſeruantiæ. quia in prædictis quęſtionib.præcipue eſt attendenda conſuetudo prouinciæ, vt affirmant Doct.in locis præallegatis.

ADDITIONES.

a Clericus.Quæro hic an clericus teneatur ad ſui
11 † prædeceſſoris debita. Item & an ad fructus male perceptos.vid.per Boer.deci.200.nu.47.49.vbi quod ſic in debitis realib.non contractis poſt tranſitum, aliàs ſecus.Item tenetur clericus ad ſumptus medicinales ſui prædeceſſoris,vt habetur per Iaſ.in conſ.122. in 2.vol.quem ibi vide.Sed quis dicatur clericus,vid. per Bologno.in l.2.num. 21.ff.de ori.iur.& clericos,priuilegia vid. per Card.in cle.2.de vit.& honeſta.cleri.& Bertae.verb.clericor.priuilegia.

b *Ipſius clerici.* Hic aduerte,quod cognitio,an † quis
12 ſit clericus vel ne,non ſpectat ad iudicem ſecularem ſed bene ad iudicem eccleſiaſticũ,per Rol.in conſ.4. nu.20.vbi concordantes conuocat , quibus adde vt per Campeg.reg.427.nu.2.Idem de veſtibus per Ro. ibid.nu.27.& 33.Item clericum quem non eſſe,quomodo prohibetur.per Boer.deciſ.171.

c *Quod in dubio.* Item per clericũ acquiſita,de † quib.
13 bonis acquiſita cenſeantur,vel è proprijs,vel ex illis eccleſiæ,vt clare atque dilucide explicatum per Meno.eius ſolemni tract.de arb.iud.caſ.193.vbi diſtinguendo ponit quatuor caſus . Sed quid ſi emittem pro alio.An cenſeatur de bonis eccleſiæ ? vi.per Cor. conſ.188.vol.4.Barb.conſ....col.6.vol.2. Quid ſi adſint fructus beneficiorum,allodialium,& eccleſiaſticor.quomodo fiet diuiſio,& quæ accipietur præſumptio,vid.Bal.conſ.113.vol.2.Et quid ſi habeat beneficium,& officium.Boerius deciſ.20.

d *Fructibus.* Sed nunquid clericus plurium eccleſiar. lucretur fructus omnium ſi reſideat in vna vide per Boerius deciſ.17.vbi diſputat de fructibus groſſis.

e *Nunquid Papa.* Poteſt tamẽ Clericus teſtari † abſ-
14 que licentia Papæ de diſtributionibus quotidianis, per Dec.in conſil.280.in princ.Item,quod Papa poſſit dare clerico licentiam teſtandi.vide etiam, per Dec. in conſ.158.nu.4.vbi debet intelligi ſecundum ius cõmune.& ſine præiudicio alterius, ſed nunquid data licentia intelligatur de primo teſtamento ita, vt vagari haud poſſit, quod intelligatur de prima, ita vt non poſſit vagari,vi.per Dec.in conſi.122.allegato text.in contrarium vi.per Sarmen.eius trac.de reditib.eccleſiaſticis. Item quod intelligatur ſecundum ius commune,vltra Dec.d.conſ.157. tradit Rol. in conſil.35.
15 nu.19.vol.2.Et † an licentiam teſtandi de bonis eccleſiæ poſſit dare Papa abſque cauſa, communis opi. eſt quod ſic,vt refert Dec. ibid.513. quæ data præſumitur propter antiquitatem temporis , vt per Crauat.in conſil. 36. At data licentia teſtandi non intelligitur codicillandi:vt per Soc.iun.conſil.89.nu.31. Et cleri-
16 cus quando † poſtulat licentiam teſtandi de fructib. quod debeat facere mentionem de illorum valore,& quantitate atque de alijs, aliàs non valeret , vide per Bart.conſi.33.

f *Ex fructibus.* Immo per clericus teſtari poſſit de fructibus beneficij.vide per Alex.in conſ.101.& 116.per
17 Bello.3.Anna.87.Iaſ.75.in 3.& 85.vol.4.Et † vbi non teſtetur,an tranſeant ad eius ſucceſſorem.vide Bald. conſil.313.vol.2.& omnino,per Bello.eod.conſ.3 Et quod ad hæredem ſtante conſuetudine. vi. ad Anna. d.conſil.87.nu.fi.per Bolog.in addit.ſed quid de penſionibus nondum obtentis per Bellon.ibi. Et quid de bonis clerico obuentis ex ſucceſſione parentum vel donatione conſanguineorum,vi.per Ann.d.conſi.87. vbi etiam nu.2.quid in bonis acquiſitis intuitu ſeruitij perſonalis.Item quod clerici teſtari poſſint de bõnis proprijs vel acquiſitis intuitu perſonæ,de acquiſitis vero intuitu eccleſiæ quod non habetur, atque notatur in c.dum eſſes.& c.cum in officijs.de teſta.

g *Clerici.* An clericus † poſſit dotare filiam:vi.per Lu
18 doc.in c.per veſtras.§.23.de dona.inter vir. & vxor.
19 vero quod haud † poſſit donare concubinæ etiã cum iuramento vi.per Crau.eius conſ.229.nu.3.& per totum per Nat.conſ.550.fallit propter benemerita, per Tiraq.in l.ſi vnquam.C.de reuoc. don.car.mihi 246. ſed de meritis haud ſtandum eſt confeſſioni donatoris,quoniam aliter debent probari, vt tradit Cranet.
20 vbi ſup. Item † quod clericus poſſit paruos conſanguineos alere atque ſororem inopem dotare de redditibus eccleſię,vide per Nat.conſ.211.nu.21.

QVAE-

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Monachus vel religiosus an possit condere teamentum*
2 *Et nunquid ante religionis ingressum, ver. In primo.*
3 *Et quid si sit minor prodigus, vel furiosus, versi. Sed nunquid.*
4 *Et an tale testamentum subsecato ingressu annulletur, ver. Sed retenta.*
5 *Et quid si tempore testamenti cogitauit de religionis ingressu, ver. Aut vero.*
6 *Et an possit condere testamentum post ingressum religionis sed ante professionem, vers. Dixi secundum.*
7 *Et an post factam professionem, vers. Tertium tempus.*
8 *Et an inter liberos. ver. Scias tamen.*
9 *Et an possit testamentum antea conditum reuocare, versi. Quoad secundum.*
10 *Creditores intrantis religionẽ quem debeant conuenire.*

1 QVæto, nunquid monachus vel religiosus habeant testameoti factionem. Respond. videndum est in primis, an possint testamentum condere: secundò an ipsi possint capere ex testamento aliorum. Quoad primũ, distinguenda sunt tria tempora. Primum, est ante ingressum: Secundum est, post ingressum, sed ante factam professionem: Tertium est post factam professionem.

2 In primo tempore, certum est quod quicunque, modo alias sit habilis ad testandum poterit testamentum condere antequam ingrediatur religionem: & illud testamentum valebit. Potest enim quilibet ante ingressum religionis de bonis suis disponere, pront voluerit. est tex. expressus in § illud, in auth. de Monach. Quinimò, si aliqnis testetur ante religouis ingressum, contemplatione tamen ipsius ingressus, poterit testari etiam non seruata solennitate iuris communis ita tenet Bart. in auth. si qua mulier, post nu. 7. vers. ex hoc dico, C. de sacrosanct. eccles. & hãc esse dicit communem opio. Dec. cons. 31. post nu. 3. Si enim hoc permittitur militibus armatæ militiæ, multo magis permittendum est huic qui de proximo accingendus est cęlesti militiæ, & licet hæc opi. in puncto iuris patiatur aliquã difficultatem: tamen credo quòd in practica obtineret propter authoritatem Bart. & sequacium.

3 Sed nũquid minor, prodigus, vel furiosus poterunt ingrediendo religionem, testari, vel aliàs disponere de bonis suis, etiã sine authoritate curatoris, si quem habent? Respon. quòd sic, dummodo appareat quòd tempore dispositionis & ingressus non esset furiosus. ita tenent Ioan. And. in c. in præsentia, de probatio. & ita etiam communiter teneri attestatur Abb. in eo. c. in præsentia. nu. 54. Nam in spiritualibus non attenditur auctoritas patris vel curatoris. Est magna decisio, & repugnare videtur ijs quæ diximus supra q. 2. ver. 2. infertur, & seq. nihilominus magna est etiam authoritas istorum patrum, qui illam tenent.

4 Sed retenta conclusione, quod testamentũ cõditum ante religionis ingressum valeat, Quæro nunquid tale testamentum per subsequentem religionis ingressum annulletur. solemus enim dicere, quod monasterium habetur loco filij, vt dixi infra li. 7. §. ecclesia: ideo sicut natiuitate posthumi rumpitur testamentum, ita etiam videtur dicendum in religionis ingressu. Resp si loquimur de religione incapace bonorum immobiliũ, non est dubitandum quòd non modò testamentum non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum, sed imò ab ipso ingressu vires assumit, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter mortuus fuisset. & in hoc proposito vide quæ dixi supra §. substitutio. Si verò loquimur de monasterio capaci bonorum & successionum, tunc est distinguendum: Nam Aut testator fecit testamentũ non cogitans de ingressu monasterij: & hoc casu per ingressum rumpitur testamentum. & ita tenet Bart. in dicta auth. si qua mulier, post nu. 7. & est communis opinio, vt attestatus Imola in cap. 1. nu. 11. de test. quem refert Io. Dilect. de arte testandi tit. 3. caut. 9. nu. 1. Aret. in l. 1. nu. 9. in fin. ff. de test. Quam tamen conclusionem intellige, vt procedat dummodo testator in ipso monasterij ingressu non solum seipsum, sed etiam bona sua expresse monasterio dedicauerit. aliàs verò licet ingrediens monasterium censeatur etiam bona sua tacite dedicare monasterio, nõ crederem quòd per hanc tacitam voluntatem dicatur renocata prior expressa volnntas. Item illam intelligo vt procedat quantum ad institutionem, sed quoad reliqua, crederem testamentum ipsum sustineri, iuxta dispositionem auth. ex causa. C. de liber. præter.

5 Aut verò fecit testamentum cogitans de ipso ingressu; & tunc si aliquid relictum est monasterio, pariter non videtur dubitandum quin testamentum ipsum valeat, maxime si fuit relictum titulo institutionis, secundum omnes, vt dicit Imola in l. 1. nu. 11. in fi. ff. de testamen. ita etiam communiter teneri attestatur Abbas in d. cap. in præsentia, nu. 49. in fi. Si verò nihil reliquit monasterio, variæ sunt opin. inter Doctores. nam aliqui tenẽt quòd testamentum irritetur prætetitione monasterij, prout etiam rũpitur agnatione posthumi. & hanc opin. dicit esse communem Imo. in dicta l. 1. nu. 11. in fin. quem refert Ias. in d. auth. si qua mulier, n. 17. in fi. & illam dixit cõmuniter seruari Alber. in ea autem opinionem, scilicet quòd imò per ingressum religionis nõ rumpatur testameotum, etiam si in ipso testamento nihil relictum sit monasterio, tenuit Bart. in auth. si quia mulier, num. 8. cuius opin. dicit esse communiter approbatam Ripa in l. si vnquam, quęst. 35. n. 94. C. de reuocan. dona. referẽs idem attestari Decio d. cons. 32. quem ego (ni fallor) fidelius retuli supra ver. in primo tempore. & ab hac opi. ego non recederem in practica, attenta dispositione d. §. illud, generaliter loquentis, & quæ mihi iustior & æquior videtur, & magis fauet testamento, & iudicio meo, hodie, est etiam magis communis: saluo tamen semper iudicio Sanctæ Ecclesiæ, cui in omnibus me subijcio.

6 Dixi, secundum tempus considerari posse post ingressum, ante tamen factam professionem. & aduerte, quia ego hic accipio ingressum pro simplicici ingressu, & assumptione habitus: &

sic

sic, quando solum est nouitius, non autem prout proprie intelligitur ingressus, quando scilicet est facta professio; & tenendum est, quod talis nouitius potest testari, licet si decedat intestatus eius bona acquirantur monasterio, non autem venientibus ab intestato, vt dixi supra eodem lib. §. 1.

7 Tertium † tempus est post professionem factam, & circa hoc tempus duo sunt videnda. Primum, an religiosus professus possit condere testamentum. Secundum, an possit testamentum iam conditum reuocare. Circa primum, est text. expressus in Auth. ingressi. C. de sacrosan. eccles. quod ingressi monasteria, se suaque dedicant Deo, nec ergo de his testantur, vt pote nec domini rerum, quæ Authent. est canonizata in capitulo quia ingredientibus, decimanona quæstione terna, & intellige, quod si est ingressus monasterium capax bonorum immobilium non potest testari, quia tempore professionis omnia eius bona ipso iure translata sunt in ipsum monasterium, vt habetur in dicta Authent. & dixi lo. præalleg. Si vero est ingressus monasterium incapax, pariter non potest testari, sed alia ratione, quia scilicet tempore professionis amisit dominium omnium rerum suarum, quod fuit acquisitum eius hæredibus ab intestato venientibus, vt ibi dixi. Vel dic & forte melius, quòd ingressus religionem non potest testari, non ea ratione, quia non habeat bona, hoc enim non consideratur, quantum ad hoc, vt quis debeat censeri testabilis, vel non, vt dixi supra quæstione decimanona, versic. aliquando vero. Sed quia mutat statum, & amittit libertatem quo ad seculum, licet vera libertas sit seruire Deo.

8 Scias tamen, quod poterit huiusmodi professus in monasterio capaci bonorum immobilium testari inter liberos, iuxta dispositionem Authent. si qua mulier, C. de sacrosf. eccles.

9 Quoad secundum vero, an professus possit testamentum antea conditum reuocare, idem est dicendum, vt scilicet in quibus professus potest testari, in illis etiam possit testamentum prius conditum reuocare, iuxta dispositionem dictæ Authentic. si qua mulier, & sic inter liberos tantum, non autem inter extraneos.

ADDITIO.

a Post professionem.] *Hic cadit pulcherrima quæst. An scilicet creditores intrantis religionem debeant conuenire debitorem vel monasterium? ui. per Spec. in tit. de stat. mona. nu. 53. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Monachus uel religiosus an possit capere ex testamento.*

2 *Duo esse genera mendicantium, uersiculo Debet tamen.*

3 *Fratres minores incapaces esse relictorum ex testamento, uersic. Hoc præmisso.*

4 *Et quid in alijs mendicantibus, versic. Quo vero.*

1 REstat nunc explicandum secundum caput quæstionis, † an scilicet monachi, vel religiosi possint capere ex testamento? & in hoc distinguen-

Iulij Clari Sentent. Pract. Ciuil.

dum est inter mendicantes, & alios religiosos, quorum monasterijs permissum est possidere bona immobilia. Et quo ad mendicantes fac regulam, quod ipsi non possunt ex testamento capere bona immobilia, & in hoc omnes conueniunt.

2 Debes tamen scire, quod duo sunt genera mendicantium: Alij. n. sunt mendicantes ex regula. Alij ex suis constitutionibus. Mendicantes ex regula sunt fratres Minores primi Ordinis, illis enim Beatus Franciscus expresse in eorum constitutione, & regula prohibuit, ne quid proprij prorsus haberent, ne vequid immobile possiderent in communi. Alij vero sunt mendicantes non ex regula sed ex suis constitutionibus, & quod fratres, seu religiosi non solum ex regula, sed etiam ex suis constitutionibus iudicentur mendicantes, tenuit Calder. consil. 17. sub titu. de Regularibus, & est communis opinio, vt dicit Dec. in capitulo ad nostram, numero 11. de appellat. Et de istis potest poni exemplũ in fratrib. Prædicatoribus. Illi enim licet ex eorum regula non sint Mendicantes, nam militant sub regula B. Augustini, quæ permittit possidere immobilia in communi, dicuntur tamen Mendicantes, quia ex eorum constitutionib. id eis est prohibitum, ita tenet Bal. in d. c. ad nostram, & est communis opi. vt attestatur Bertran. consil. 206. nu. 3. lib. 3. in 2. parte. Et quod Prædicatores non dicantur incapaces bonorum immobilium ex eorum regula, sed ex suis constitutionib. dicit communiter teneri Bertran. consil. 152. nu. 2. lib. 1. in 2. par. qui etiam consil. 122. nume. 1. lib. 3. in 2. parte attestatur esse magis communem opin.

3 Hoc præmisso dic, quod fratres Minores nullo modo possunt capere ex testamento, neque ex relictis, si quæ eis fieri contingat, aliquid eis acquiritur, neque in proprio neque in communi, vt tex. expressus in c. exijt. de verb. sig. Fratres autem Prædicatores & alij Mendicantes exceptis Minoribus possunt capere ex testamento etiam bona immobilia non tamen vt ea retineant, neque in proprio, neque in communi sed vt vendant & eorum precium in suas necessitates

a conuertant, *a* ita dicit gl. not. quæ semper ad hoc propositum solet allegari in cap. 1. in verbo, Domum. de relig. domib. in 6. Et dicit Calde. consil. 46. sub tit. de test. quod hanc conclusionem tenent omnes scribentes. Hanc etiam esse communem opi. attestatur Alex. consil. 78. nu. 1. li. 2. Dec. 559. post nu. 3. & 4. & in c. in præsentia, nu. 69. de prob. & licet aliqui ex præallegatis Doct. loquantur de bonis eius qui ingreditur religionem, de quo ego dixi supra hoc eodem libro. §. 1. Idem etiam, & forte plus dicendum est in bonis legatis, prout loquitur glo. in d. c. 1. & multi ex doctoribus supra allegatis. Non enim dicuntur accipere immobilia, ex quo statim illa vendere intendunt, & precium in suas necessitates conuertere. Caue tamen, ne decipiaris, quia licet antiquitus per constitutionẽ capituli generalissimi fratrum Prædicatorum cautum fuerit ne proprium quid immobile possiderẽt, tamen postea per contrariam constitutionem alterius capituli generalissimi illa prima constitutio fuit reuocata, & sic hodie sunt capaces bonorum immobilium in communi, prout sunt alij non mendicantes, & de hoc etiam extat amplum priuilegium eis concessum a Sixto Papa eius nominis Quarto, & ita indifferenter obseruatur.

4 Quo vero ad alios religiosos non mendicantes, quibus permissum est possidere bona immobilia in communi dicendum est, quòd proculdubio possunt capere ex testamento, non tamen vt sibi acquirant, sed monasterio, & in hoc nemo discrepat.

ADDITIO.

a Conuertant.] *De ista communi ego etiam dixi in collect. mea com. opin. in verbo. Fratres sub num. 3. vbi etiam habes quod in tali alienatione non requiritur solemnitas requisita in alienatione bonorum ecclesiæ, quæ fit ex necessitate status eorum. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Monacho hærede instituto, an deferatur hæreditas monasterio.*

1 QVæro pone, quod monachus hæreditas defertur monacho, & deinde mediante eius persona defertur monasterio? Vtilitas autem huius quæstionis potest esse maxima, nam ex resolutione huius articuli pendet decisio multarum quæstionum, puta si monachus ante aditam hæreditatem decedit, an illam transmittat ad monasterium. Item an monacho instituto repudiante monasterium præferatur substituto. Item an monasterium, vel etiam solus Abbas
a possit adire, *a* de quibus omnibus suis locis tractauimus.

Scias ergo, quod in hoc articulo magna fuit controuersia inter canon. & Legistas, nam communiter canon. tenet, quod ipso iure, & absque aliquo facto ipsius monachi, hæreditas immediate deferatur monasterio, vt dicit Corn. consil. 272. in litera C. lib. 3. subdens, quod hæc opin. debet præualere in foro canonico. Hanc etiam dicit esse communem opin. Cano. Soc. cons. 183. circa princip. lib. 2. & cons. 245. num. 3. eo. vol. Cur. iun. cons. 48. nu. 8. Ripa in l. 1. nu. 150. ff. de vulg. Parif. in d. c. in præsentia, nu. 203. de probation. Ex alia parte communiter Legistæ tenent, quod immo prius hæreditas deferatur monacho, & deinde ex persona monachi acquiratur monasterio, vt dicit Bertran. cons. 73. num. 3. libro tertio, in secunda parte. Et hanc esse communem opi. Legistarum attestatur Socin. in d. consil. 183. circa princ. & consil. 52. nu. 19. lib. 4. Rip. in d. l. 1. nu. 150. Guliel. de Bened. in 2. parte repet. cap. Rayn. fol. 13. nu. 71. Purpurat. in l. fin. nu. 191. C. de pactis. Hæc est ardua quæstio, & satis periculosa propter infinita argumenta, quæ hinc inde adducuntur per Doctores, propterea in tanto opinionum conflictu, credo, quod iudex non erraret sequendo in foro Cæsaris opinionem Legistarum, & in foro canonico canonistarum.

ADDITIO.

a Possit adire.] *Item quid si monachus non vult adire hæreditatem, Abbas an possit? vtrunque commune dixi in collec. mea commun. opin. in verbo, Monachus, num. 6. & 7. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis an possit capere ex testamento.*
2 *An spurius, vers. Sed quid dicendum.*
3 *An relictum factum spurio applicetur fisco, vers. Sed quid si pater.*
4 *Quid si relictum sit ab extraneo, versiculo. Regulariter.*
5 *Quid si relictum sit a patre extraneo hæredi, qui deinde spurium instituat, an præsumatur factum in fraudem, ver. sed pone.*
6 *Quid in spurio legitimato, ver. Scias tamen.*
7 *Quid si instituatur spurius sub conditione si legitimabitur, ver. Sed quæro.*
8 *Filius naturalis an excludat substitutum.*
9 *Nati ex coniugio prohibito an censeantur legitimi, si coniuges impedimentum ignorauerunt.*
10 *Spurium an pater teneatur alimentare.*

a QVæro, nunquid † filius naturalis *a* vel spurius habeat testamenti factionem, intellige de passiua, an scilicet possit capere ex testamento, nam de actiua nulli dubium est, quod potest condere testamentum, & pro resolutione, omittendo quid esset constitutum de iure Digestorum, habemus text. expressum Authent. licet, C. de nat. liber. in qua videre potes, in quibus casibus, & in quota parte possunt parentes filios naturales sibi hæredes instituere, cuius quidem Authen. dispositio est in vsu, & seruatur, neque est correcta per dispositionem, c. per venerabilem, qui filii sint legi. & sic obseruanda est etiam de iure canonico, vt latius dixi supra lib. 2. §. filius.

2 Sed quid † dicendum est de filio spurio, & sic nato ex damnato coitu? *b* Respon. quod huic filio non
b potest pater in testamento aliquid relinquere, vt est tex. in d. Auth. licet in fin. Nisi forte occasione alimentorum. Tenetur enim pater huiusmodi filios alere,
c etiam de iure ciuili, *c*, vt dixi in d. §. filius.

3 Sed quid † si pater filium spurium illum in testamento hæredem instituat, vel aliquid ei relinquat? Respondeo, quod talis institutio, & relictum nihil valet, & pro non scripto habetur; illud autem, quod relictum erat spurio non applicatur fisco, neque fiscus illud aufert ab ipso spurio tanquam ab indigno. sed defertur venientibus ab intestato, vel hæredibus institutis, si qui extant, ita dicit Bartol. in l. finali, numero octauo, ff. de his quibus, vt indign. & in l. hæreditas, numero primo, C. de his quibus, vt indign. & est communis opinio. & conclusio Doctorum vbique vt attestatur Alexand. consilio septuagesimoquarto, numero sexto, libro tertio, & in l. si is, qui post nu. 3. ff. de vulga. Quam tamen intellige, vt procedat, quãdo eis palam relictum est, secus autem si hæres, uel aliquis alius parti testanti fidem accommodauit, nam eo casu fiscus ab eo auferret, tanquam ab indigno, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 79. vers. Quando hæres. Ratio autem differentiæ est, quia quando relinquit filio spurio, relictũ habetur penitus pro non scripto, ex quo ipse spurius est prorsus incapax, quod si fiscus non habet a quo auferat, sed quando relinquitur alteri, qui fidem accomodauit illud dandi filio spurio, ille quidem est capax, sed quia fidem in fraudem accommodauit, fiscus ab eo illud aufert, tanquam ab indigno.

4 Regulariter † quidem tam spurius, quam ipsius spurii pater habent testamenti factionem, præterquam inter ipsos; nam pater spurii potest cuicunque in testamento relinquere, præterquam ipsi filio spurio, & ecõuerso, filius spurius potest a quocunque excepto patre, sibi in testamẽto relicta capere. Poterit igitur ab extraneis spurio relinqui, vel etiã inter viros dari quocũq; tit. vt dicit gl. in Auth. quibus mo. natu. effic.

sui, §. vltimo si quidem, in verbo, Participium, quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Io. Caro.in l.prima,in text.alleg.num. 57.in fin.C.de secund.nupt.

5 Sed pone † quod pater habens filium spurium,instituat aliquem extraneum hæredem,qui deinde moriens ipsum spurium hæredem in bonis sibi ab eius patre relictis instituat,nunquid præsumentur hæc facta in fraudem ita ut fiscus ipsa bona ab eis auferre possit? Respondeo quod non.ita dicit Barto.in d.l.si is qui nu. 3.quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Alexand.in ead.l.si is qui num.6.Quod intellige.vt procedat nisi aliquæ aliæ coniecturæ fraudis concurrerent,puta quia ille institutus dum viueret permisisset istum filium spurium huiusmodi bona possidere,vel similes.

6 Scias tamen, † quod hæc omnia intelligenda sunt vt procedant in filio spurio non legitimo,nam si esset
d legitimatus,*d* vtique posset etiam a patre hæres instituti,& ei quocunque titulo relinqui.Quinto,si esset a patre in testamento præteritus,illud rumperet ad instar legitimi, vt dixi infra q.84.Et hoc quidem de plano procedit, quando est legitimatus tempore quo a patre hæres instituitur, Sed quid si legitimetur post conditum testamentum,nunquid institutio reconualescet? Resp.Aut fuit legitimatus viuo patre testatore & tunc legitimatio retrotrahitur ad tempus testamenti,& consequenter institutio conualidatur, Aut vero fuit legitimatus post mortem patris,& tunc legitimatio non retrotrahitur.& sic institutio non reconualescit,ita communiter tenetur, vt dicit Alex.in l.Gallus, §.instituens,post numerum secundum, versiculo Si autem filius. Et hanc dicit esse communem opinionem, Gozad.consilio vigesimoprimo, post numerum trigesimumquintum, versicul. At quintum. Bene verum est, quod si pater ipse iussisset filium legitimari,crederem idem dicendum,quod si ipso patre viuente legitimatus fuisset; ad quod faciunt ea: quæ dixi supra lib.6.§.filius.

7 Sed quæro, † nunquid possit pater filium spurium
e instituere sub conditione,si legitimabitur *e* Respond. quod sic,& talis institutio valebit,ita tenent communiter Doctores; vt dicit Cagnol.in l.quandiu post nu. 3.ff.de reg.iur.Hanc etiam dicit esse communem opin.Bauer.Instit.de hære.instit.§.hæres,nu.6.& seq. Iaf.in d.l.Gallus,§.instituens,nu.1.& consil.117.colum.penul.lib.2.quem refert Io.Dilect.de arte testan. lib.1.caut.vlt.nu.5.vers.Et sic tatio.Cur.iun.cons.84 num.3.& ita quotidie seruatur.

Præterea quæro, an valeat statutum disponens, quod pater possit instituere filium spurium, dixi supra lib.1.

ADDITIONES.

a Filius naturalis] *Obiter quæro, An filius naturalis excludat substitutum? quod sic, commune dixi in collecta mea communium opin.in verbo Filius, numero 58.& 59. vbi & si non succedat,tamen conditionem fideicommissi facit deficere, & ibi etiam posui regulam cum octo fallen.remissiue.*

b Ex damnato coitu.] *Hic cadit pulcherrima dubita-*
9 *tio,nunquid nati ex coniugio prohibito censeantur legitimi,si ambo coniuges ignorauerãt impedimentum matrimonij, quod sic receptum esse attestatur Roland. consilio 93.numero decimooctauo, libro tertio, vbi etiam tales excludunt substitutum vocatum per verba simplicia. Et quod plus est, tales filij nati ex matrimonio putatiuo succedunt etiam in feudo, verum, vt efficiantur legitimi, & patri succedere possint, requiritur, vt matrimonium haud sit clandestinum,sed celebratum in faciem ecclesiæ, præmissis publicis denunciationibus in ecclesia, & seruata forma c. cum inhibitio.de cland. despon. commune, per Rolandum, vbi supra numero 16. Et est hodie innouatum per S. C. Tridentinum. Sessio 24. sub decreto, de reforma.matrim.c.1.*

c De iure ciuili.] *Immo de iure ciuili haud sunt alen-*
10 *di a patre,§.vltra.in Authen.quib.mod.na. effic. sui. nec nominandi pro filijs, quia reputantur infames infamia facti. Verum de iure canonico naturali pietate inspecta tenetur pater spurium alimentare,& illa æquitas attenditur etiam in foro seculari. vide per Rimi nal.iun.consil.380.a numero octauo,vsque ad numer. 20 & per totum.*

d Nam si esset legitimatus.] *Quid si institutio esset facta de filio minus legitime legitimato, an valeat? quod non,dixi in collect. mea commun. opin. in verbo legitimatio,nu.1.vide ibid.*

e Si legitimabitur.] *Idem de institutione facta sub conditione,cum capax fuerit, quæ similiter redditur valida. commune dixi in dicta collecta mea communium opin.vbi sup.num.2. Idem quòd institutio conditionalis haud transmittatur ad hæredes moriente instituto ante impletam conditionem commune etiam dixi, sub num. 1. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Pater an possit instituere nepotem legitimum,& naturalem natum ex filio spurio.*
2 *Quid si illum instituat contemplatione filij,versicul. Scias tamen.*
3 *Quid si habeat sobolem legitimam. ver.Item scias.*

1 Dictum est, quòd pater non potest filium spurium hæredem instituere. Quæro,† nunquid
a possit nepotem *a* legitimum, & naturalem natu ex ipso filio spurio sibi hæredem instituere? Respond. quòd sic, & est communis conclusio, vt dicit Corn. consilio primo, columna decimanona, in litera F. libro tertio,Berous,quæstio.127. circa princip. Cessat enim in eo macula natalium,& licet radix sit infecta, debet potius attendi causa immediata, quam mediata.

2 Scias tamen † in primis, quod hæc conclusio non ita absolute procedit, vt scilicet liceat auo indistincte huiusmodi nepotem ex filio spurio instituere, sed distinguendi sunt tres casus secundum Bartol. in dicta l. Gallus, §. quod sis. Aut enim certum est, quòd auus instituit istum nepotem contemplatione filij sui spurij,vt scilicet filius ipse sentiat aliquod cõmodum ex tali institutione,puta vsusfructus,vel huiusmodi, & talis institutio corruit, & in hoc nemo dubitat. Aut vero certum est, quod illum instituit non contemplatione filij spurij,puta, quia ipse filius iam sit præmortuus,vel quia auus expresse cauerit in testõ, vt nihil ex ipsa institutione filio spurio acquiratur,& neque etiam quoad vsumfructũ;& eo casu valet institutio.Aut sumus in dubio,quia scilicet non

apparet, an contemplatione filii fuerit institutus, vel non; & tūc pariter valet institutio. & ista est communis conclusio, vt attestatur Ias. in d. §. quod si is numero 21. & seq. In dubio enim semper fauendum est testamento, & sumenda est etiam præsumptio propter quam delictum excludatur.

3 Item scias, † quod hæc conclusio, quod auus possit nepotem legitimum ex filio spurio hæredem instituere, de plano procedit, quando ipse auus aliam sobolem legitimam non habet, & ita esse communem opi. attestatur Alexan. in d. §. quod si is, numero septimo Cor. cons. 25. col. 2. lib. 1. Dec. cons. 462. numero 17. & seq. Sed quid si extet aui soboles legitima? Respon. quod extante sobole legitima non potest auus plus relinquere tali nepoti legitimo nato ex filio spurio, quam potuisset relinquere ipsi filio spurio eius patri, ita tenuit glo. fin. in l. fin. C. de natur. liber. argument. illius legis, quæ in nepotibus ex filiis naturalibus ita distinguit. & hanc opin. dicit esse communem Alexan. consilio 74. post numerū octauū. C. de his quibus vt indig. Bertran. consilio 227. numero primo libro tertio in secunda parte Apostil. ad Alexan. in d. consilio 74. sub numero primo. Licet super hoc arti. Doctores varia scripserint, hæc tamen opi. tanquam verior, & æquior tenenda esset in practica. Sēper enim fauere debemus legitimæ soboli, potius quam illegitimæ, vt homines ab illicito concubitu, quantum fieri potest, retrahantur.

A D D I T I O.

a Nepotem] *Item quod institutio facta de nepotibus ex filio spurio casu quo filius legitimatus hæres primo loco institutus, sit incapax, valeat, commune dixi in d. coll. mea commu. opin. in verbo institutio numero sexto. Giachar. I. V. C.*

Q V A E S T I O X X X I I I.

S V M M A R I V M.

1 *Prodigus, an possit testari.*

2 *Vasallus, an possit de feudo testari, vers. Item quæro, Remissiue.*

5 *Prodigus quando possit contrahere & alienare.*

1 QVæro, nunquid † prodigus possit testari? Re-
a sp. quod antequam sit illi interdicta a per iudicem administratio bonorum, poterit testari, & eius testamentum valebit, Ita dicit glo. 1. in l. is cui lege. in princ. in 2. exemplo, ff. de testam. & illa glo. communiter approbatur, vt dicit Aret. in d. l. is cui. col. 2. ver. In glo. posita.

2 Item quæro, † nunquid vasallus possit de feudo testari, dixi infra lib. 4. feudum, quæst. 40.

A D D I T I O.

a Illi interdicta per iudicem administratio.] *Similiter*
3 *scias quod prodigus notorie, atque manifeste prodigus potest contrahere, & alienare antequam sibi interdicatur a iudice, commune dixi in collect. mea commu. opi. in verbo prodigus nu. 1. Et nu. 2. quod prodigo interdicta sibi prius administratione datur curator, non vt prodigo, sed vti minori. Item commune ibi. Item quod prodigus obligetur, ex suo delicto, commune, ibid. nu. 3. Giachar. I. V. C.*

Q V A E S T I O X X X I I I I.

S V M M A R I V M.

1 *Inhabiles ad testandum an possint testari ad pias causas.*

2 *Intestabiles actiue, scilicet, qui non possunt condere testamentum, an etiam sint intestabiles passiue, vt scilicet non possint capere ex testamento, versic. Item quæro.*

Et quid si princeps concedat alicui facultatem testandi, an ille poterit testari non seruatis solemnitatibus a iure requisitis, vers. In proposito.

1 QVæro, † nunquid illæ personæ quæ alias sunt inhabiles ad testandum possint testari ad pias causas? Dixi supra, q. 5.

2 Item quæro, † nunquid personæ, quæ sunt intestabiles actiuè, scilicet, quæ non possunt facere testamē-tum, sint etiam intestabiles passiuè, ita vt neque possint capere ex testamento? Resp. In hoc est distinguēdum, nam aut quis est prohibitus testari propter ali-
a quod crimen commissum, vt est hæreticus a & talis non potest capere ex testamento. Aut est prohibitus testari propter aliquem defectum, qui nō cadit in crimen, vt est pupillus mutus, & huiusmodi, & non prohibetur capere ex testamento, ita tenet gl. in l. is cui. §. 1. in glo. fin. ff. de testam. quam approbant Doctor. communiter omnes, vt dicit Aret. in eo. §. 1. colu. fin. vers. in gl. vlt.

In proposito huius materiæ quæro, si princeps cō-cedat alicui facultatem testandi, nunquid iste poterit testari non seruata solemnitate a iure requisita? Resp. Aut ille cui princeps concedit facultatem testandi, est alias de iure cōi inhabilis ad testandum, & tūc talis facultas intelligitur seruata solemnitate iuris cōmunis. Aut vero talis facultas est concessa alicui, qui sit inhabilis ad testandū, & hoc casu, vt concessio aliquid operetur, intelligitur absq; solemnitatib. iuris cōmun. ita distinguit gl. in l. si quādo, in gl. 1. C. de inoffic. testa. & dicit Alb. in d. l. si quādo, in fi. principij, quæ opinio, & distinctio communiter tenetur, & seruatur hæc Dicit etiā Dec. in l. eunuchis, post n. 15. C. qui testam. facere possunt, quod eam glo. communiter doctores sequuntur.

A D D I T I O.

a Vt est hæreticus.] *Et quod hæreticus haud possit testari speciale est, vt dixi supra, q. 24. in apostil. signata littera b. Giachar. I. V. C.*

Q V AE S T I O X X X V.

S V M M A R I V M.

1 *Institutio hæredis in testamento necessario requiritur.*

An sufficiat tacita, vers. In primis igitur.

An valeat testamentum secundum consilium Galli Aquily, vers. Hinc infertur.

2 *Institutio triplex.*

Vidi-

1 VIdimus, quibus personis permissum sit facere testamentū, & quæ personæ ex testamēto capere possint: Nunc est videndū, quæ in testamento ipso requirantur. Et in hoc scire debes, ꝙ ex ijs, quæ de iure in testamentis requiruntur, aliqua sunt, quæ respiciunt formam substantialē ipsius testamenti, vt est institutio hæredis, aliqua respiciunt formam probatoriam, vt sunt rogitus testium ac notarij, publicatio testamenti, & huiusmodi, de quibus omnib. sigillatim videamus.

2 In primis igitur institutio hæredis est caput testamenti. §. hæredis autem, Instit. de legatis; neq; sine ipsa dici potest esse testamentum: & consequenter illa deficiente, testamentum ipsum corruit, vt de his omnib. sunt iura vulgatissima. Scias autem, ꝙ duplex est institutio hæredis, Expressa scilicet, & tacita. Expressa est, quando testator nominatim dicit, Titium hæredem instituo. Tacita verò, puta, si testator dicat, Si ille qui ab intestato mihi successurus est, nolit esse hæres, substituo Caium. Nam hoc casu videtur tacite testator instituisse eum qui erat illi ab intestato successurus. Quæro nunc an ista tacita institutio sufficiat ad validitatē testamenti. Resp. Aut ille, qui est tacite institutus, erat persona, quæ de necessitate iuris non debebat institui, vel exhæredari, sed erat extraneus, vt collaterales consanguinei: & tunc sufficit huiusmodi tacita institutio ad validitatē testamenti, & substitutionis. & in hoc consentiūt omnes Doct. vt dicit Guliel. de Bened. in 2. part. repe. c. Raynutius, In verb. Adijciens vt Alteracha, fol. 4. nu. 23. Aut verò iste erat filius, vel alius qui de necessitate debebat institui, vel exhæredari: & hoc casu sufficit ꝙ sit eo modo tacite institutus, sed requiritur ꝙ sit nominatim & expresse institutus. & hæc est cōis opi. vt attestatur Guli. de Benedic. in loco præallegato, nu. 23. & seq. Ratio autem differentiæ est, quia licet vtroque casu videatur testator tacite Instituisse eum quē posuit in conditione, tamen in secundo casu hæc tacita institutio non sufficit, ex quo pro forma traditum est a lege, ꝙ filius nominatim instituatur, vel exhæredetur, quæ non potest per æquipollens adimpleri.

3 Hinc infertur, quod non valet testamentum conditum secundum consilium Galli Aquilij, s. per illa verba, Si filius meus me viuo moriatur, nepotē instituo: quia necessaria erat institutio filij expssa. & hæc est communis opin. quidquid dixerit Bar. in d. l. Gallus, in prin. nu. 5. & illam cōem esse attestatur Alex. cons. 108. post n. 4. ver. prædictis etiam, lib. 1. quod est in ea parte duplicatum in cons. 109. nu. 7. lib. 2. Idem Alex. cons. 185. post nu. 17. vers. nec obst. quod no. lib. 2. & cons. 199. post nu. 12. eo. vol. quē refert Apost. ad Bart. in l. Gallus. in prin. sub nu. 5. Idem affirmant Scribentes in d. l. Gallus, in princ. & in specie Alex. post num. 6. vers. ex prædictis: & Claud. post num. 10. & Ias. nu. 44.

ADDITIO.

a *Institutio.* Aduerte hic triplicem esse institutionem
4 propriam, † impropriam, & impropriissimam, de his vide per Ang. de Aret. §. 1. Instit. de hæredibus insti-
5 tuen. & adde quòd si sint liberi, † sunt necessario a parentibus instituendi vel exhæredandi, vt valeat testamentum, habetur in l. inter cætera, ff. de liber. & posthum. vel saltem eius institutionis titulo, quod est honorabilius, aliquid relinquendum, & de his vide per Durand. de art. test. tit. 4. c. 1. vbi nu. 8. econtrario auisat filium facientem testamentum in casibus a iure permissis, vt parentes in aliquo instituant hæredes, quia illis præteritis testamentum viribus careret, & ita est communis.

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Institutio hæredis debet esse certa.*
2 *Et quid si non sit specialiter expressa persona hæredis, sed veniat certificanda per aliam cedulam, vel scripturam, versic. Sed quid si testator.*

1 AD hoc autem, vt institutio valeat, plura requirūtur: Primo s. quod sit certa: Item quod ore proprio nomen hæredis exprimatur: Item ꝙ sit iusta: & intelligo iustā, quia si testator habet filium, tenetur illum instituere, &c. Dixi ergo in primis, quòd debet institutio esse certa: quia nisi persona eius, qui hæres instituitur, sit certa, testamentum ipsum corruit. l. quoties, §. hæres, ff. de hære. insti. cum simil. Quod tamen intellige secundum doctrinam Bart. in l. quidam relegatus, nu. 3. de reb. dub. quam dicit esse communem Paris. cons. 3. nu. 12. & 15. lib. 3.

2 Sed quid si testator certum hæredem in testamēto suo nominatim non expresserit, illum tamen designauerit per relationem ad aliam cedulam, vel scripturam, in qua sit ipsius hæredis nomen expressum, ita tamen, quod illius persona veniat solum post testatoris mortem certificanda? Certè talis institutio sustinebitur: & ad hoc allegatur Bar in l. si ita scripseto, ff. de cond. & demon. Sed aduertendum est, quia Bar. ibi loquitur in legatis & relictis particulatib. & in illis doctrina Bar. est communiter approbata, vt dixi supra. §. legatum. & attestatur etiam Ias. in l. certum, post nu. 1. ff. si cert. per. Qui subdit contrarium esse tenendum in hæredis institutione. & ad hoc ponderat Bat. in l. fi. in fi. C. de fideic. & dicit quod opi. Bart. ibi est communis. Sed quidquid dicat Ias. Doctores magis communiter idem sentiunt etiā in institutione hæredis vniuersalis, vt dixi sup. q. 4. vers. sed pone. & hanc opin. quod valeat huiusmodi institutio implicitè facta per relationem ad aliam cedulam, dicit esse communem Paris. cons. 19. nu. 13. lib. 3. vbi etiam dicit ita communiter seruari Natta in repe. auth. quod fine. nu. 26. C. de test. Iudicio meo negari nō potest quin hæc opinio in puncto iuris non modicam patiatur difficultatem; nihilominus propter auctoritatē Doctorum illam tenentium, & stante etiam communi obseruantia, non esset ab ea in practica recedendum. Illam tamē intellige vt procedat modò liquide constet illam cedulam, vel scripturā, quæ exhibetur, esse illam, ad quam testator se retulit: aliàs dispositio esset penitus nulla. ita dicit Bart. in d. l. si ita scripsero: & ita omnes vno ore concludunt, vt dicit Paris. in allegato cons. 19. nu. 26. Vide quæ dixi in d. q. 3. vers. sed pone.

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 Et testator debet hæredem ore proprio nominare.
2 Et quid si notarius nominet ipse hæredem, & interroget testatorem, qui respondeat quod sic. versic. Sed quid notarius.
3 Et quid si id fiat ab alio quam a notario ver. Et licet Bal.
4 Et quid si notarius testatorem non specialiter de hærede ipso sed de toto testamento interroget ver. Hanc etiam.
5 Et quid si testator articulate loqui non possit, versiculo Scias ergo.
6 Et quid si talis interrogatio fiat a persona suspecta, ver. Item scias.
7 Quid si huiusmodi testamentum scriptum sit in iussu testatoris versic. Tertio scias.
8 Et quid si testator prius aliud testamentum validum confecisset, ver. Quarto scias.

1 Dicebam etiam institutione hæredis requiri quòd testator ipsum hæredem suo ore proprio nominet: & de hoc est text. in l. hæredes palam, in princ. ff. de testamen.

2 Sed quid si notarius: aut aliquis alius ex astantibus tempore testamenti, exprimat nomen hæredis, & ipse testator verbis profiteatur se agnoscere: nunquid valebit institutio? Resp. Alber. Papien. tenuit, quod non: sed quòd omninò requiratur q testator ore proprio nominet ipsum hæredem. Contrariam verò sententiam, s. q imò talis institutio valeat, tenet glo. vulgata, quæ ad hoc quotidie allegatur in l. iubemus, in verb. quemadmodum, C. de testa. Et ideo si quis interroget testatorem hoc modo: Vis instituere hæredem Titium? & ipse respondeat illius interrogationi, q sic, sustinebitur testamentum perinde ac si testator ore proprio hæredem ipsum nominasset. & illam gl. dicit esse communiter approbatam Affli. decis. 143. nu. 3. & ita cõmuniter teneri affirmat Soc. cons. 20 post nu. 5. lib. 4 Hanc etiam opi. esse communem attestantur Scribentes. in d. l. iubemus, & in specie Fulg. qui dicit q ita communiter renetur, relatus per Corne. cons. 261. in litera P. lib. 4 & Alex. nu. 9. & Ias. n. 10. qui etiam refert Ang. ibi dicentem, q hæc communis opi. approbatur in iudicijs, & in scholis, licet Arg. in lib. meo hoc non dicat. Alex. cons. 12 post nu. 6. lib. 1. & cons. 33. nu. 1. & seq. lib 3. & cons. 47. num. 7. lib. 2. Imo. in c. cum tibi. nu. 3. de testa. quẽ refert Corn. cons. 73. in litera H. lib. 1. Corn. cons. 257. circa fi. lib 1. Bal. Nouel. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. quem refert Apostil. ad Alex. in d. l. iubemus, sub nu. 9. Ias. cons. 324. in fi. lib. 1. Dec. cons. 489. post nu. 3. ver. & in casu Ruin. cons. 12. nu. 9. & nu. 12. lib. 2. Bertr. cons. 212. post num. 17. lib. 1. in 2. parte. Bauer. Instit. de testa. in princ. n. 64. & seq. Soc. iun. cons. 144. nu. 13. lib. 2. & cons. 178. nu. 16. eo. vol. & cons. 183. nu. 26. eo. volum. Boer. decis 35. nu. 6. Crauetta cons. 117 num. 1. D. Bellon. præceptor meus in Institutionibus, & deinde Mediolani Senator cons. 62. nu. 8. Io. Dilect. de arte testandi, tit. 4. caut. 2. nu. 1. & ita obseruari attestatur Bart. in d. l. hæredes palam, in fine principij.

3 Et licet Bal. in d. l. iubemus, nu. 6. in fin. voluerit restringere hanc opin. gl. & communem, vt solùm modo procedat quando ille, qui interrogat, est ipse notarius, qui de testamento debet esse rogatus; & aliqui etiam ex præallegatis Doctoribus referant gl. ipsam loqui in tabellione: alij verò dicant, quòd glo. primò generaliter loquitur, deinde subdit, Maxime si sit tabellio; tamen in libro meo illa glo. nullam mentionem facit de tabellione, & iudicio meo magis communis intẽtio Doctorum est quòd illa decis. glo. indistinctè procedat, siue interrogatus sit notarius, siue quicũque alius. & ita plures ex Doct. supra allegatis indistinctè affirmant illam esse communem: & multi etiam idem attestantur, consulentes in casibus, in quibus testator non fuerat interrogatus a tabellione, sed ab alio extraneo, & in specie Ruin. consi. 2. nu. 8. lib. 2. Et quòd circunscriptis ijs qui loquuntur in notario interrogante, sic etiam longe magis communis opin. tenentium generaliter, tam in alio interrogante, quàm in notario, attestatur Corn. cons. 77. in litera D. lib. 4.

4 Hanc etiam conclusionem nonnulli extẽdunt vt procedat non modo si notarius specialiter de ipso hærede tantum testatorem interrogauerit, sed etiam si totum testamentum in scripturam redactum testatori legat, & deinde testatorem generaliter interrogauerit, an ita testari velit. Et ita loquitur Aret. in Institu. de testamen. in prin. post nu. 15. vers. nota istam; vbi dicit quòd ita tenent communiter Docto. quem refert Gratus cons. 30. num. 20 lib 2.

5 Sed certe licet fortè propter authoritatem tot Doctorũ difficile esset in practica obtinere contra opin. illius gl. mihi (vt verũ fatear) illa nunquam placuit: quia negari non potest, quin eam tenendo sit aperta via fraudibus, & aliquando dicebam maximè è republica futurum, si Cæsarea constitutione caueretur ne huiusmodi testamentis, quæ ab infirmis ad alterius interrogationem conficiuntur, aliqua fides adhiberetur, nisi testator saltem, per tres dies in bono sensu post tale testamentum conditum superuixisset; nam sæpenumero ab infirmis ferè statim morituris solent talia testamenta extorqueri, vt ego aliquando in facto contigisse intellexi, & ideo de facili, si casus contingeret, recederem ab illa opin. tam iudicando quàm consulendo.

6 Scias ergo in primis, quòd ista conclusio gl. quæ habet quòd testamentũ, & institutio valet, quando testator alio interrogante, an velit talem instituere, respondet quòd sic, restringenda est, vt procedat modò testator ipse nõ sit adeo oppressus morte, quòd articulatè loqui non possit, sed habeat adhuc bonum sensum, & bonam memoriam; aliàs secus, & ita loquuntur omnes Doctores sup. allegati, vt per te videre poteris, & in hoc nemo dubitat.

6 Item scias, quòd dicta conclusio non procedit, vbi talis interrogatio à persona suspecta fieret ei qui est in vltimo mortis articulo cõstitutus, nam eo casu, attenta qualitate interrogantis, & statu interrogati, resultat vehemens suspicio quòd testator potius ad suggestionem, & importunita-

tem

tem illius ita responderit, quòd quòd talis esset eius voluntas,& ita hoc casu sequenda esset opi. Alber.Papi. quam his duobus concurrentibus di cit esse magis communem Soc.Iun. in d.cõs.183. nu.27.& seq.lib.2. vbi etiam refert Guliel. Punta.idem attestantẽ.in l.1.§.si quis ita,col.6. vers. limitatur tamen,ff.de verb.obl.

7 Tertiò scias,quòd illa gl.& communis opin.re stringenda est , vt procedat, quando testator prius exposuerat voluntatem suam notario,qui eam redegit in scriptis postea redit ad testatorẽ, & illa lecta,eum interrogat,an velit ita testari:nã eo casu si respõderit quod sic, vtique valet quod gestum est & hanc dicit esse communem declara tionem & limitationem Bello.cons.74.nu.14.Sed si quis in iussu testatoris testamentum aliquod or dinauerit,& postea coram ipso,& etiã coram testibus lecto tali testamento interroget testatorẽ, an ita velit, & testator respondeat quòd sic:tale testamẽtum nihil penitus valebit.& ita cõmuniter tenetur : vt dicit Bertra.cons.194.nu.3.lib.3. in secunda parte.Socin.iun.in d.cons.183.nu.32. Et licet Alex.in d.l.iubemus,& Dec.in d.cõs.489. & alij etiã superius alleg.in vers.sed quid si nota rij,asserãt hãc opi.quæ dicitur fuisse Alber.Pap. esse cõmuniter reprobatã, illud tamen nõ est verum, nisi quatenus ipse Alber.volebat simpliciter,& absolute, quòd testator infirmitare grauatus non posset ad alterius interrogationem testari. hoc enim repugnabat opin.glo.in d.l.iubemus,quæ proculdubio est magis communiter ap probata,vt superius dixi : sed quatenus volebat opus esse quòd ante interrogationem appareret testatorem ita voluisse testari, certè opi.Alber. est magis communis,magis æqua,& magis tuta. Et ideo his duob. concurrentibus, scilicet quòd testator sit valde infirmitate grauatus, & quod non constet testatorem habuisse prius animum ita testandi,non esset ab ea recedendum,& ita secundum istam opi.in facti contingentia iudicauit Senatus in causa Illostr.D.Marliani.

8 Quartò scias quòd si testator iam aliud testamentum validum,& solenne confecisset, deinde faciat secundũ ad alterius interrogationem: per hoc posterius illud primum non reuocatur.ita tenuit Pau.de Cast.consi.155.in fin.lib.1.& hæc limitatio est magis communiter recepta,vt attesta tur Socin.iun.in allegato cons.183.nu.34..Et licet istæ limitationes videantur ferè destruere ipsam conclusionem gloss.& communnem,ego tamen eas consulendo , & iudicando sequerer intrepide,& alijs sequendas consulerem , vt quantum fieri potest malitijs hominum,& fraudibus occuratur.

ADIDITIONES.

a *Ore proprio nominet*. Item quod institutio hæredis nominandi per Titium sit inanis , communem vide per Gardin.Parisi.in cons.38.nu.51.vol.3.Et idem si ego instituo , vel substituo aliquem hæredem, si vxor mea pariat masculum, & vxor mea decedat in partu , & ex ipsius ventre extrahatur masculus viuus , haud dicitur adimpleat conditio illa, quinimò defecta . Ac per consequens institutio vel substitutio locum habebit nullo, text.est in l.anniculus.il 2.ff.de verbor.signifi.quem ad hoc not.esse dixit Iacobi.de S.Geor.in l.reprehendenda, in fin.C.de institu. & substit.& hæc dixi etiam in colle.mea commu. opin. in verbo , institutio sub nu.10.

b *Quod testamentum* . Item quòd testamentum conditum ab eo, qui intelligibiliter negando respõdet, non & affirmando respondet sic, valeat , ex quo articulate & intelligibiliter dicitur loqui , communem , vide per Soc.d.consi 20.lib 6. & per Ceph.cons.546.vbi etiam habes, quando quis dicatur loqui articulate . Et dixi etiam in collec. mea commu.opin.in verb. testamentum,nu.23.

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hodie legitima filio relinqui debet titulo institutionis , & quia in filia.*
2 *Et quid de iure digestorum , & Codicis , versic. Et hæc quidem .*
3 *Et quid de iure canonico, vers Hæc etiam.*
4 *Et quid in testamento inter liberos. ver. Sed in testamento. Remissiue.*
5 *Et quid in testamento condito ad pias causas , ver. Item quid Remissiue .*
6 *Et quid in testamento condito ab eo qui vult ingredi religionem. vers Item quæro.*
7 *Et quid in legitima quæ relinquitur filiæ fœminæ, versic. Sed quid in filia.*
8 *Et quid in legitima ascendentium. versic. Sed quæro.*
9 *Et quid si quantitas legitima sit alterata ex dispositione statuti. versi Sed pone .*
10 *Et quid si pater , dicat , relinquo filio meo centum , an censeantur relicta titulo institutionis , versiculo Quid quæro .*
11 *Et quid si dicat , relinquo centum pro legitima , vel falcidia, ver. Sed quid si dicat .*
12 *Et quid si testator dicat relinquo filiæ meæ centum pro dote, ver. Quid autem .*
13 *Et quid si pater adijciat quod nihil vltra petere possit , versic. Præterea quæro .*
14 *Et quid si testator iusserit testamentum extendi ad dicta mei sapientis, nunquid poterunt addi illa verba, titulo, vel iure institutionis, ver. Vlterius quæro .*
16 *Notarius quando ab errore commisso excusetur .*

1 Dixi etiam, quòd instituti debet esse iusta: nõ enim sufficit in testamento aliquem esse institutum , ad hoc vt testamentum ipsum valeat , sed requiritur quòd si quis de iure est instituendus, instituatur : alias testamentum est nullum. Et posui exemplum in filio, qui de iuris necessitate debet institui, vel exhæredari & ideo si sit præteritus,testamentum est nullum: vt dixi infra q.42. in princ.& est cõmunis conclusio, vt dicit Curt. Iun. in Auth. ex causa,nu.52.C.de lib. præter. Et aduerte, quia de iure nouissimo,ad hoc,vt filius nõ dicatur præteritus,nõ sufficit quòd de eo in testamẽto sit facta mentio,etiam si pater ei aliquid relinquat, quod sit plus quã legitima illi debita: sed requiritur quod sit ei relictum titulo honorabili institutionis.tex.est in §.aliud quoque capitulum, in Auth.vt cum de appel.cognos. Et licet gl. in l.scimus.§.cum autem,in verbo Celebrari, C.de inoffic.testa.tenuerit quod sufficiat si filius sit honoratus per viam fideicommissi,tamen contrarium tenent communiter reprobatam, attestatur.

ftatur. Alex. in l.inter cætera,in prin.nu.2.in fin. de lib. & posthu. Et sic facienda est conclusio, quòd omninò ad hoc vt testamentum valeat, requiritur quòd filio relinquatur legitima titulo institutionis alias testamentum esset nullum, & sic filius succederet patri ab intestato.& ita tenent omnes indifferenter,vt dicit Ias.in Auth.nouissima,nu.13.C.de inoffic.testa.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex.in d.l.inter cætera in prin.post.nu.2.vers.sed sustinendo.Picus in rep.l.in quartam, post nu.50.vers.quarta est conclusio,ff.ad Treb.Bar.consil.19.col.1.lib.3. in secunda parte,& consil.65.nu.1.eo.vol.& consil. 133.post nu.1.eo.vol.

Neque credas quod hæc dispositio iuris in fauorem filiorum sit prorsus inutili. nam si filius fuerit in re certa,etiam minima institutus,proculdubio si cohæres vniuersalis repudiauerit tota hæreditas accrescet ipsi filio instituto in re certa. Quod tamen secus esset,si non titulo institutionis, sed titulo legati, aut fideicommissi, vel alio particulari titulo aliquid ei relictum fuisset,vt dixi supra §.institutio. Itẽ est vtilis,quia institutus capit propria auctoritate,non autem legatarius. Item quia hæres scriptus potest intentare remedium l.fi. C.de edic.diul.Adr. toll. & petere se mitti in possessionem, non autem legatarius,&c.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit de iure nouissimo,per tex.in d.§.aliud quoque & ita loquũtur DD.per me supra allegati.Sed quid de iure Digestorum;Respon.quod etiam de iure digestorum legitima erat filio relinquenda, titulo institutionis.& hæc est communis opi.vt dicit Gul.de Benedic.in 1.parte repet.c.Raynutius.in verb. in eodem testamento relinquens fol.184. num.15. Iac.de Nigris in repeti. rub.ff.de leg.1. post nu.17.vers.vltra alios.De iure autem Codicis est expeditum quod sufficiebat filium honorari quocũque relicti titulo.tex.expressus in l.omnimodo, C.de inoff.testam.& in hoc nemo dubitar.Sed quidquid sit, postquam habemus certam dispositione iuris nouissimi, frustratorium est in huiusmodi quęstionibus tempus conterere.

3 Hæc etiam conclusio de plano procedit secundum ius ciuile; est enim de hoc text.expressus in d.§.aliud quoque.& ita communiter teneri attestatur Imo. in d.c.Raynutius post nu.51.vers.sed quidquid: & in hoc modica est controuersia inter Doctores.Sed quid dicendum de iure Canonico:nunquid etiam illo iure necesse est vt legitimam filio relinquatur titulo institutioni? Resp. in hoc variæ fuerunt opin.inter Doct.nam Host. in d.cap.Rainutius, tenuit quòd de iure canonico sufficeret legitimam relinqui quocunque titulo.& hanc opin.dicit esse communem Alex.in d. l. inter cætera.in prin.nu.6 quem refert Politus in rep.l.filium quẽ habentem,nu.145.in fi.C.fami.ercisc.& Ruin.consil.11.nu.2.lib.2.Contrariam autem opin.scilicet quòd etiam de iure canonico requiratur quod legitima filio relinquatur titulo institutionis,tenuerunt gl.in d.c Raynut.in verbo Relinquens,& in c.si pater, in verbo Instituir,de testa.in sexto:quas dicit esse communiter approbatas idem Alex. sibi ipsi contrarius consil. 70.nu.6.lib 2.Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Imo.in d.cap.Raynutius,post num.51. vers.sed dubium.& illam dicit esse communẽ Iaso.in d.auth nouissima, nu.31.& rub.ff.sol matr. post nu.32. Boer.decis.267.nu.1. Berous in d c. Raynutius,nu.38.& seq.Io.Dilec.de arte testandi,tit.3.cau.prima,post nu.1.Probus in apostil.ad Io. Mon.in cap.si pater, nu.25.de testa.in sexto. Ex quo enim hoc de iure ciuili est decisum non est inducenda discrepatio inter ius canonicum, & ciuile, vbi expresse id cautum in iure non reperitur.Et licet fortè contraria opin. magis conueniat æquitati iuris canonici, tamen propter auctoritatem Doctorum tenentium hanc secundam opinionem non esset ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

4 Sed quid in testamento inter liberos, nũquid erit etiam necessarium,vt filij sint honorati titulo institionis,Dixi supra,q 8.vers.sed pone.

5 Item, quid in testamento condito ad pias causas, dixi supra, quæstione sexta, vers.Sextò infertur.

6 Item quæro, quid in eo, qui testatur volens ingredi religionem,nunquid etiam in eius testamento requiritur titulus institutionis ad hoc vt testamentum ipsum valeat? Respond.Aut quæris an requiratur quòd aliquid relinquat titulo institutionis monasterio, in quod ingredi vult;& vide quæ dixi supra,quæstio 28.vers.aut verò: Aut quæris, an requiratur quod aliquid relinquat filijs titulo institutionis,& dico quòd non,sed sufficit quòd relinquat quocunque titulo,& filij nihilominus habebunt suam legitimam. ita tenent Bart.in auth.si qua mulier,num.7.& seq. C.de sacrosan.Eccles.& est cõmunis opi. vt dicit Claud. in d.l.inter cætera.nu.12. & seq. Nam testamentum eius qui vult ingredi religionem,non subiacet dispositioni iuris communis, vt dixi in allegata quæst.28.vers.In primo, & versic. sed nunquid.

Sed quid in filia fœmina, nunquid etiam in illa locum habebit conclusio, vt scilicet de necessitate etiam illi sit relinquenda legitima titulo institutionis? Respond.quòd sic: de hoc non est dubium postquam à lege sublata est in successionibus differentia sexus,l.maximum vitium,C.de lib.præter.Ideo eius prætermissione pariter vitiatur testamentum, sicut prætermissione filij masculi, vt dixi infra q.42.vers.Item quæro.

8 Sed quæro, tu scis quòd iure hodierno, ita est aucta legitima ascendentiũ,vt legitima descendẽtium,vt dixi supra hoc eod.lib.§.legitima. Nunquid etiam huiusmodi legitima ascendentium erit pariter relinquenda titulo institutionis,sicut legitima descendentium? Respond.Bart.in dicta auth.nouissima,num.4.C.de inoffic. testam.tenuit quòd non. Sed contrarium tenent omnes Doctores,scilicet quòd imò sit etiam ascendentibus relinquenda legitima titulo institutionis, & hanc opin. contra Bart. esse communem attestatur Ant.de Butr. consil.15. num.2. Alex.in l.1.post num.4.de bonor.possess. secundum tabulas; Dec. in d.l.1.num.8.C. de bonorum possess. secundum tabul.Ias.in d.auth.nouissima,num.37.vbi dicit, quòd

quod in hac opin. Barto. est solus, & miratur, quòd ex tam frequenti caterua legistarum, & Cano. Bart. nullum amicum inuenerit, qui tenuerit cũ eod. Gul. de Bened. in prima parte reper. cap. Raynut. fol. 206. num. 249. & seq. Bertrand. consil. 34. nume. 6. & 7. lib. 1. in 2. parte, & consil. 43. post num. 1. lib. 2. in secunda parte, Soc. Iun. cons. 64. num. 1. lib. 1. Ioan. Dilectus de arte testandi, tit. 3. caut. 1. num. 1. pro quo facit tex. in d. §. aliud quoque, dum vult ea quæ in filijs constituta sunt etiam in parentibus locum habere, & in practica nefas esset consulendo aut iudicando ab hac opinio. recedere.

9 Sed pone, quod in ciuitate adsit statutum loquens de legitima, & aliter circa ipsam disponens, quam sit à iure communi dispositum, nunquid etiam huiusmodi legitima, ita alterata, erat tilulo institutionis relinquenda? Resp. Bal. in l. maximum virium, post num. 25. C. de lib. præte. tenuit, quod non. Sed illud dictum Baldi communiter reprehenditur, vt dicit Clau. in d. l. inter cætera, nume. 18. Poli. in reper. l. filium quem habentem, nu. 154. C. fam. erc. Non enim ita de facili est inducenda correctio iuris communis, præter id quod statuentibus expressum est.

Sed nunquid tota, & integra legitima est de necessitate filio relinquenda titulo institutionis? Respon. quod non, sed sufficit, quòd in aliqua re, quæcunque illa sit, relinquatur titulo institutionis, satis enim est, quod in aliqua re, vel minima, filius sit honoratus titulo institutionis, & in hoc nemo dubitat.

10 Quid vero si pater in testamento dicat, relinquo filio meo centum, nunquid censebitur relictum iure institutionis, ita vt testamentum sustineatur? Resp. quod non, & ita magis communiter tenetur, vt dicit Alex. in l. humanitatis, post num. 2. vers. Et pro ista. C. de imp. Nam verbum, Relinquo adiectum certæ rei nunquam trahitur ad institutionem, vt dixi infra lib. 7.

11 Sed quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel pro Falcidia, non tamen dicat titulo institutionis, nunquid hoc sufficiet? Respond. in hoc articulo fuit aliquando controuersia inter Doctores nam Bart. in Auth. vnde si parens, num. 2. C. de inoffic. testam. tenet, quòd sufficiat, & hanc opin. dicit esse communem Alexand. in d. l. humanitas, num. 4. quem refert Boer. decis. 267. col. 1. Hanc etiam opin. quod scilicet sufficiat pro titulo institutionis, si testator dicat, relinquo centum filio meo pro legitima, vel pro parte sua dicit esse magis communem Alexan. consil. 50. circa fi. lib. 7. Contrariam autem opinionem, scilicet quòd imò non sufficiat tenuit Salic. in d. auct. vnde si parens, num. 4. & hanc opin. dicit esse communem Io. Dilect. de arte testand. lib. 3. caut. 1. nu. 1. in fin. Sed certe credo, quod Io. Dilect. in hoc verum non dicit, quia immo opin. Bart. est verior, & magis cõmunis, & etiam æquior, sufficit enim mentem testatoris apparere, licet verba quandoque non ita aperta esse videantur. Non enim omnis testator, (vt dicunt Doctores) scit dicere hæredem instituo, vel titulo institutionis relinquo, & ab hac opin. tanquam æquiore, & quæ magis fauet testamentis, censerem non esse in practica recedendum.

12 Quid autem, si testator dicat, relinquo filiæ meæ pro dote, nunquid tale relictum substinebitur in vim institutionis? Respondeo, quòd sic, ex quo enim dos est ius vniuersale, vt dixi inf. lib. 4. §. dos. Sequitur quod verbum, Relinquo, illi adiectum, debet importare institutionem, per ea quæ dixi infra lib. 7. Et hanc opi. tenuit Ant. de Butr. in d. c. Raynutius, quam dicit videri veriorem, & communiorem, Ruin. cons. 14. nu. 7. lib. 3. Et ita obseruari attestatur Gul. de Bened. in 1. par. repet. d. c. Raynutius, fol. 229. nu. 275. prout illum refert Apost. ad Alex. cons. 17. post num. 20. lib. 3. Sed re vera Gul. ibi (quod viderim) hoc non dicit quinimo videtur sentire contrarium, dum ait, quod hæc limitatio procedit de æquitate canonica, & quod forte non seruaretur in terris imperij. Bene dicit, quòd secũdum hanc opinionem semper consulerunt Doctores Tholosani & sæpe iudicauit suprema parlamenti curia Tholosana Ego vero non negauerim, quin ista opinio, de iure stricto aliquam patiatur difficultatem, prout etiam multi Doctores contrariam in specie tenuerunt sed fauore testamenti, vbi res ad hunc solum punctum reduceretur, vtiq; inclinarem in hanc sententiam maximè si esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta.

13 Præterea † quarto, pone, pater reliquit in testamento filio suo centum, deinde adiecit clausulam, quòd nihil vltra petere posset, nũquid eo casu censebitur relictum titulo institutionis? Respond. Bald. in l. si adulta, nu. 2. C. de hæred. actio. tenet quòd sic. Sed in hoc reprehenditur cõmuniter per Doctores, vt dicit Clau. in d. l. inter cætera, num. 22. Nam ex huiusmodi verbis, quæ apposita sunt, vt restringant dispositionem, non debet ipsa dispositio ampliari, vt scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui a testatore expressus non fuit.

14 Vlterius quarto, † quid si testator in testamento dixerit, quòd volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis, b nunquid poterit sapiens, cuius dictamine extendendum est testamentum, apponere relicto facto filiis, illa verba, Iure aut titulo institutionis? Respond. Bar. in l. illa institutio, num. 2. & 3. ff. de hære. instu. tenuit, quòd non; & dicit Clau. in d. l. inter cætera, num. 26. in fi. quod eum sequuntur communiter Doctores. Contrariam tamen sententiam, scilicet quòd imò possit, quòd debeat sapiens addere illa verba, Iure institutionis, tenuit Bal. in d. l. illa institutio, post nume. 1. vers. in ead. glo. statuti, & hanc op. dicit esse communem Soc. in cons. 144. nu. 14. lib. 1. Et ita fit de facto, vt attestatur Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de instrum. editio. §. postremo, sub nu. 13. quem refert Imo. in d. c. Raynutius, post nu. 55. Soc. iu. cons. 124. nu. 48. lib. 1. & hæc opi. tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata, tenenda est in practica, vt quantum possibile est, defunctorum voluntatibus sustinendis faueamus; & hæc omnia nota, quia quotidie in facto contingunt.

ADDITIONES.

a Titulo institutionis.] *Obiter pone, Filia in contractu matrimonij promisit renunciare omnibus bonis paternis & maternis consummato matrimonio, quæ tamen non renunciauit. Et tandem pater in testamento certam summam eidem reliquit iure institutionis. An d. filia mortuis patre, & matre, possit agere ad supplementum legitimæ, quòd sic. vi. per Boer decis. 3. qui etiam num. 16. tenet conuentionem factã inter patrem filiæ, & eiusdem filiæ maritum de ipsa postquam eandem ad domum mariti duxerit renunciare faciendo hæreditati paternæ nullam esse, postquam prius haud renunciauerat neq; ipsi marito quicquam obesse. Item an filia instituta vltra legitimã suam & dotem matris, & prohibita plus petere dictante sic statuto, intelligatur exclusa a dote materna in quantitate, non in specie debita, vt per Bal. in l. liberti libertæq; col. pe. C. de ope. li. & quid si dubitatur, dummodo non sit prohibita plus petere.*

b Dictamine sapientis.] *Obiter hic scias quod error † com-*
15 *missus a notario propter consilium sapientis, cui notarius submissus erat in consistentibus in iure, non imputatur notario etiam si falsum commiserit. vi. per Fel. in c. ex literis, col. 5. vers. 6. declaratio de fide instr. sapient. autem*

an

an & quando possit addere, supplere, & declarare, vi. per Ceph. consil. 28. vbi plenè. Gratiar. I. V. C.

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Filius in potestate an possit institui sub conditione potestatiua.*
2 *An sub conditione casuali, vel mixta, vers. Aliqua vero.*
3 *Quid in nepote qui tenet primum gradum, versi. Et hæc conclusio.*
4 *An hæc locum habeant iure hodierno, vers. Sed quæro.*

1 SVccessiue quæro, † nunquid filius in potestate possit institui sub cōditione? Resp. in hoc proposito post
a sunt considerari tres species conditionum, *a* Aliqua enim est conditio potestatiua, aliqua casualis, & aliqua mixta. Potestatiua est, quæ pendet a mero arbitrio ipsius instituti, puta, instituo te si feceris testamentum; & sub huiusmodi conditione potest filius institui, & testamentum non vitiatur, neque etiam respectu legitimæ, & ita est communis opinio, vt dicit Alex. in l. cum posthu. in fi. ff. de libe. & posthu. Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere censetur, quasi pure institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacite paternam hæreditatem repudiare, & licet Bar. consilio 198. numero 1. tenuerit, quod hæc conditio reiicitur, tu tamen tene contrarium, scilicet quod talis conditio potestatiua non reiiciatur ab institutione filij, nisi esset contra bonos mores, & ita esse communem op. affirmat Io. Dilec. de arte testandi. tit. 3. cau. 4. nu. 2.

2 Aliqua vero † est conditio casualis, quæ scilicet pendet a casu, siue fortuna, puta, si nauis ex Asia venerit. Item aliqua mixta, quæ partim pendet ab arbitrio ipsius instituti, partim ab alieno, puta; si filius meus duxerit Seiam in vxorem, &c. & sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta non potest filius institui nisi in defectū
b conditionis exhæredetur, *b* alias testamentum est nullum, tex. est in l. si pater, C. de institu. & substit. & ratio
c est, quia deficiente conditione *c* filius non remanet institutus, neque exhæredatus, & sic tanquam ipso præterito testamentum redditur nullum, & hanc dicit esse communem rationem Iaso. in d. l. si pater numero 8. & seq.

3 Et hæc conclusio † locum habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus, scilicet, quē in gradu nemo procedat, nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta hæres institui, nisi in eius defectum exhæredetur, alias testamentum erit nullū, prout supradictum est de filio in potestate, ita tenet gl. 1. in d. l. si pater, & est communis conclusio, vt attestantur scribentes in dict. l. si pater, & in specie Ias. post nu. 16. ver. in quarta, & Dec. num. 14. Dec. consi. 246. col. 1. in fi. Est enim, & ipse de necessitate instituendus, quando tenet primum locum.

4 Sed quæro, † nunquid hæc conclusio, quæ habet quod filio instituto sub conditione casuali, vel mixta, testamentum est nullum, habeat locum etiam iure hodierno. Dubium autem facit, quia hodie de legitima filii reiicitur omnis conditio, vt dixi supra. § legitima, merito filius debet censeri, tanquam in legitima pure instit utus, & sic sustineri testamentum? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt doctorum opin. nam antiqui omnes vsque ad Bart. tenuerunt, quod etiam hodie tale testamentum non valeat: & hanc opi. dicit esse communem Soci. consil. 97. post numero 3. lib. 3. & consil. 98. numero 1. eo. vol. vbi enumerat auctoritates; & opin. Bar. qui contrarium tenuit (vt statim subiiciam) cōmuniter improbari affirmat Io. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caute. prima, nu. 2. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod immo hodie tale testamentum sustineatur, tenuit Barto. in d. l. si pater, numero 2. & in l. suus quoque in principio post numero 3. versiculo. Recintro ad glo. ff. de hæred. instituen. & hanc op. dicit esse communem Ias. in d. l. si pater, numero 19. & sequ. Bertrand. consil. 171. numero 2. lib. 1. in 2. parte. & cōs. 166. numero 5. lib. 6. & consil. 245. numero 2. eod. volum. Gratus consilio 112. numero 3. lib. 2. Apost. ad Ba. in d. l. pater, sub nu. 2. & dicit Paul. de Cast. in d. l. suus quoque in princ. nu. 1. & in fin. quod opin. Bart. communiter tenetur dicit etiam ibi Pau. de Cast. sed non in libro meo, quod ita seruat totus mundus, prout illum refert Alexan. in d. l. si pater, nu. 9. & Cor. cons. 301. in litera F. lib. 4. Hanc etiam opin. Barto. magis communiter obseruari attestatur Corne. consi. 114. in prin. li. 4. Tu ergo quidquid dicunt alij, tene opin. Bart. tanquam magis communem, & veriorem, per text. in l. scimus. § cū autem, C. de inoffi. test. quam Barto. ad hoc propositum eleganter inducit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenentes contrarium. Cum etiam hæc op. sit æquior, & foueat testamenta, & adsint tot Illustres Doctores affirmantes illam in practica communiter obseruari, non puto esse ab ea in consulendo, aut iudicando recedendum.

ADDITIONES.

a Tres species conditionum.] *Hic cadit pulcherrima dubitatio. An institutio hæredis per patrem testatorem facta hoc modo, videlicet, Casu quo A. stare nollet cum B. & C. fratribus suis, seu alij eius fratres nollent stare, & habitare cum prædicto A. dicatur facta in pœnam priuationis, vel resoluat in cōditionali dispositione; quod non dicatur facta in pœnam priuationis, sed sit conditionalis dispositio, commune vide per Soc. consi. 21. colum. 1. vol. 3. quod dixi etiam in collecta mea comm. opi. verbo instit. num. 3.*

b Exhæredetur.] *Es istam regulā quod filius haud possit institui a patre sub conditione casuali nisi sub contraria exhæredetur cum suis ampliation. atque limitation. vide per Due. reg. mihi 368 in vol. diuer. Et in institutione conditionali scias hic, quod non transmittitur ad hæredes morientis instituto ante impletā conditionem gl. est cōmuniter, approbata in l vnica C. de his qui ante apert. tabu. vt attestatur Crau. in cons. 58 sub nu. 15 quod etiam dixi in coll. mea com. opi. in verbo institu. o. nu. 7.*

c Filius non remanet institutus.] *Item quod filius haud censeatur institutus per conditionalia verba ab ipso testatore prolata, ut si sic dixerit, si filius meus me viuente moreretur, nepotem instituo, cōmune dixi in collec. mea com mun. opin. in verbo filius, sub nu. 35. vi. ibidem.*

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Filium posse ex causa a patre exhæredari.*
2 *Quid si illum exhæredet nulla inserta causa, vers. Aliquando enim.*
3 *Quid si sit inserta, sed illegitima, versiculo Aliquando vero.*

Quid

4 *Quid si sit legitima, & probatur ab hærede, vers. Quandoque pater.*
5 *Quid si non probetur. vers. Aut talis causa.*
6 *An quæ dicuntur de exhæredatione, locum habeant in testamento militis ver. Sed quæro.*
7 *An in filio emancipato, vers. Item quæro.*
8 *An in legitimato, vers. Vlterius quæro.* Remissiue.
9 *An in filia per statutum exclusa, versic. Quæro etiam* Remissiue.
10 Exhæredationis *causæ non sunt adiuuandæ.*
11 Exhæredatio *debet esse pura.*

Dictum est in patris testamento necessariam esse
filij institutionem, ad hoc vt testamentum ip-
1 sum valeat. Scire tamen † debes, quod potest etiam
a ex causa *a* filius a patre exhæredari, *b* & ideo dummo-
b do filius in testamento reperiatur, vel institutus, vel ex
hæredatus sustinetur testamentum. Vt autem perfectè
intelligas hanc materiam exhæredationis liberorum,
quam doctores diuersimode explicant, & scias, quan-
do testamẽtum propter exhæredationem reddatur nul
lum, vel inofficiosum, & consequenter in casibus hodie
sit locus quærelæ, considerandi sunt nonnulli casus.
2 Aliquando † enim (& iste est primus casus) pater
exhæredat filium nulla inserta causa, & hoc casu testa-
mentum est ipso iure nullum, & sic non est opus quere
la ad illud rescindendum, & hæc est communis opi. vt
dicit Imo. in l. 1. nu. 6. & 7. ff. de testa. & in l. filio præte
rito, post nu. 30. ff. de iniusto rupto. Curt. in authen. ex
causa, nu. 42. C. de lib. præt. & dicit Ias. in d. auth. ex cau
sa, post num. 18. quod in hoc nemo contradicit. Ex quo
enim per dispositionem. §. aliud quoque capitulum, in
Auth. Vt cum de appellatio, cognos. cautũ est, vt in ex
hæredatione nominatim causa inseratur, merito non in
serta causa, & sic non seruata forma a lege tradita actus
remanet ipso iure nullus; & in hoc non est controuer-
sia apud Doctores.
3 Aliquando † vero in exhæredatione est inserta cau-
sa, & tunc aut causa inserta non est ex causis legitimis,
ex quibus pater potest filium exhæredare, puta, quia di
cat, exhæredo filium meum, quia noluit dare operam
literis, vel huiusmodi, & tenendum est, quod etiã hoc
casu testamentum sit ipso iure nullum, & consequen-
ter, quod non sit opus querela. Paria enim sunt quid
non fieri, vel minus legitimè fieri, neque potest dici ser
uatam esse formam a lege traditam, ex quo talis forma
laborat vitio visibili repugnante ipsi legi, & ita commu
niter tenetur, vt ait Imo. in l. 1. nu. 6. ff. de test. & in d. l. si
filio præterito, nu. 30.
4 Quandoque † pater in exhæredatione, causam legiti
mam ponit, & tunc est etiam distinguendum. Aut. n. talis
causa est vera. quia scilicet hæres institutus probat illã
esse veram (& hic est tertius casus) & tunc valet ex-
hæredatio, & frustra tractamus, an hoc casu sit locus
querelæ, quia cum testamentum valeat, & exhæredatio
ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela si
per filium proponeretur.
5 Aut talis † causa inserta non probatur ab hærede
(& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exhæ
redatio, ex quo non laborat defectu formæ a lege tra-
ditæ, sed potest deinde per quærelam testamentum ip-
sum, tanquam inofficiosum, rescindi, & hæc conclusio
est clara, & per omnes approbata, vt dicit Curt. iun. in
d. Auth. ex causa, post nu. 42. ver. Alias duas. Et ita com
muniter teneri attestatur. Imol. in d. l. 1. nu. 6. ff. de test.
Corn. consi. 158. in litera T, la prima, lib. 3. & cons. 225.
in litera E, libro 3. Hanc etiam dicit esse communem
Alex. in d. Auth. ex causa numero 2. Ias. in d. Authẽ. ex
causa, post nu. 18. Et sic nota, quod ad hoc, vt exhære-
datio valeat, duo necessario requirũtur. Primum, quod
causa legitima nominatim inseratur in testamento. Se-
cundum, quod ipsa causa ab hærede probetur, & hanc
dicit esse communem conclusionem Curt. iun. in Au-
th. non licet, nu. 17. C. de li. præte. & hic habes casum,
in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamẽ
d non debet probari, *d* de quo tamen articulo, vide quæ
dixi infra lib. 7. §. probat. Sufficit enim filio si dicat te-
stamentum paternum, in quo ipse est exhæredatus, esse
inofficiosum, & causam ipsam exhæredationis nõ fuis-
se veram, nam si hæres non probauerit illam esse verã
exhæredatio non valebit, & consequenter testamentũ
ipsum corruet tanquam a demente, & insano conditũ.
Hoc tamen quod dixi secundum communem opi. ex-
hæredationem non valere, nisi causa probetur, intelli-
ge, vt procedat quantum ad hoc, vt exhæredatio susti-
neatur, si testamentum per querelam impugnetur, nam
ad hoc, vt mero iure valeat, sufficit, quod causa ipsa le-
gitima nominatim inserta sit, licet non probetur, ita di-
cit gl. in l. 1. in gl. 1. in fi. ff. de test. & est communis sen-
tentia, vt dicit Aret. in ead. l. 1. col. 3. vers. in ead. glo. ibi
& col. 4. vers. Sed consequenter.
Neque putes modicam vtilitatem in hoc versari, an
scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum, an au-
tem sit impugnandum per querelam, quia hæc differen
tia maximi est effectus. Si enim testamentum est nullũ,
filius habet spatium 30. anno. ad dicendum ipsum nul-
lum. Communis est enim conclusio, quod ius dicendi
nullum minore temporis spatio non præscribitur, vt di
xi infra lib. 7. §. Præscriptio. Si vero testamentum valet
sed est per querelam rescindendum, certum est, quod
querela non durat nisi quinquennio, vt est in iure no-
tissimum.
6 Sed quæro, † nunquid hæc conclusio, quæ habet,
quod iniuste exhæredatus, possit testamentum pater-
num rumpere per querelam inofficiosi, habeat locum
etiam in testamento militis? Resp. quod quidquid esset
de iure antiquo, hodie proculdubio etiam contra testa
mentum militis, habet locum querela, ita tenet glo. in l.
fi. in verbo, Testamenta, C. de inoffic. testa. & est com-
munis opi. vt dicit Alex. in l. centurio, nu. 50. ff. de vul.
& ideo si pater miles testans de bonis castrensibus præ
tereat vel sine causa exhæredet filium in potestate, ho-
die eius testamẽtum subiacet querelæ, & hanc dicit es-
se communem opi. Imo. in d. l. filio præterito, nu. 32. in
fi. ff. de iniusto rupto. Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 5. Ba
uer. in §. illis autem, nu. 17. Insti. de test. milit.
7 Item quæro, quid in filio emancipato, an & ipse, si
sine causa, vel cum causa, quæ deinde non probetur fue
rit exhæredatus, poterit dicere testamentum nullum,
vel illud per querelam inofficiosi rescindere? Respon.
quod sic, nam hodie quo ad exhæredationem inter fi-
lios emancipatos, & filios in potestate, nulla est diffe-
rentia, & hæc est communis opinio, vt attestatur Curt.
iun. in d. auth. ex causa, nu. 42.
8 Vlterius † quæro, quid in legitimato, dixi infra quæ-
stio. 84.
9 Quæro etiam, † quid in filia per statutum exclusa,
dixi infra quæst. 42. vers. Item quæro.

ADDITIONES.

a Ex causa.] *Et quod testamentum, in quo filius est exhæ
redatus cum causæ legitimæ expressione valeat, commu-
ne dixi in collecta mea commun. opiu. verbo testamen-
tum nume. 8. Item ex causa exhæredari. Hic scias exhære-*
10 *dationis † causas nunquam esse adiuuandas l. cum qui-
dam.*

dam.in fin.ff.de lib.& posthum.& habetur etiam,per gl. in §. pœnales in verbo, in ius vocasset. Instit.de actionibus.

b Exhæredari.] *Aduerte quod exhæredatio debet esse pura, alias si sit sub conditione haud valet hanc communem cum suis ampliationibus atque limitationibus remissiue, vide per Duen.regu.mihi 278. vt etiam dixi in collecta mea commu.opin.in vers. exhæredatio, nu.1.vbi etiam posui quomodo accipiatur illud dictum S. August. dicentis, qui volunt filium exhæredare atque ecclesiam instituere, alium quærant consultorem quam Augustinum.*

c Exhæredatione.] *Quid si in vno testamento institutus sit Titius, & in alio exhæredatus? quod non valet talis exhæredatio decidit Ang. Aret. in §.1. Inst.quib.mod. test.infir. nu. 4. Et quid si conferatur exhæredatio vel priuatio hæreditatis post ius quæsitum,puta testator instituit Titium hæredem suum,qui si testatoris vxorem molestauerit in tali delicto, priuatur eius hæreditate, vide & dic, vt per Ang.de Aret. vbi supra num.5. Et quid si in eodem testamento testator instituit filium suum.& in eo. testamento sub conditione exhæredauit,quod valeat testamentũ,& sub contraria conditione censeatur institutus, dicit Ang. Aret.eod §.1.numero 3. Item an exhæredari possit filius nubens inuito patre, vel alimentis priuari,vide per Rimi.Iun.in consi.133.*

d Non debet probari.] *Olim quidem tenebatur filius exhæredatus agens de inofficioso probare testamentum inofficiosum & sic an sine causa fuisset exhæredatus,hodie vero secus,cum magna sit præsumptio pro filio aduersus patris exhæredãtis testamentum, quæ in hæredẽ transfert onus probandi causam exhæredationis fuisse iustam, vt tradit Dilec. lib. 1. pract. quæstio. c. 6. & dixi in collecta mea comm.op.in verb.exhæredatus.* Giacbar.I.V.C.

QVAESTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint causæ in iure expressæ, propter quas filius possit a patre exhæredari.*
2 *An propter alias similes,vel maiores expressis,vers.Sed quæro.*
3 *An propter iniuriam verbalem patri illatam, vers. Sed an propter.*
4 *An ex eo,quod filia sine patris consensu alicui nupserit, vers.Sed quid si filia.*
5 *An eo casu teneatur pater illam dotare,versic. An autem Remissiuè.*
6 *An ex eo, quod filius vasalli dominum offenderit, vers. Item quæro.*
7 *An si pater sit prodigus,poterit mater filiũ exhæredare, ne patri quæratur vsusfructus, vers.Quæro etiam.*
8 *Quid si filius post commissam ingratitudinis causam factus sit furiosus,nunquid poterit adhuc a patre exhæredari,vers.Præterea quæro.*
9 *An secundum ius nouissimum possit filius posthumus a patre exhæredari,versic.Vlterius quæro.*
10 *Filius ob quas causas potest parentes exhæredare.*
11 *Filia clam contrahens matrimonium an possit exhæredari.*
12 *Ingratitudo quando reuocetur.*

SVperiori quæstione diximus nõ posse filium a patre nisi ex causa legitima exhæredari.Nunc videndum

1 est † quæ sint illæ causæ,propter quas filius potest à patre exhæredari, & de hoc habemus tex.in §. causas in auth. Vt cum de appell.cognosc. vbi enumerantur 14.
a causæ *a* ingratitudinis,propter quas potest pater filium exhæredare.

2 Sed quæro,† nunquid filius possit tantum propter illas 14.causas,vel aliquam earum exhæredari? Respon.
b quod potest etiam exhæredari ex alijs causis, *b* quæ sint similes,vel maiores illis 14.expressis,puta,quia fuerit proditor patriæ, vel huiusmodi, ita dicit Guliel.de Cun. in Auth. non licet.C.de libe.præt. & est communis conclusio, vt dicit Alexand.in d. Authen.non licet, numero 4. Guliel.de Bened. in prima parte reper.capit. Raynutius,folio 211.numero 19.Iason. in dicta Auth. non licet,nu.6.quem refert Cur.Iun.ibi, post nume.25. versic.circa istud,& Grat.in consilio 115.nume.19.lib. 2.Cur.Iun.consilio 182.nu.10. & Ripa. in rub. de iud. nume.20.& licet disputando multa dici possent tamen in practica non esset ab hac opinione recedendum.

3 Sed an propter iniuriam verbalem tantum sibi illatam poterit pater filium exhæredare? Respond. quod sic, si sit grauis iniuria, puta, quia illum appellauerit proditorem, vel huiusmodi, ita tenet Io. And. in c. fin. colum. penul. in princ. de donat. & est communis conclusio, vt attestatur Cur.Iu.consilio 548.numero 1. Grauis enim iniuria verborum æquiparatur verberib. præcipue illata patri, cui iure diuino, & humano summus honor,summaque reuerentia debetur.

4 Sed quid si filia sine patris consensu alicui nupserit, nunquid poterit pater ob eam causam illam exhæredare? Respond.quod non, nisi etiam turpiter; & obscene viuat,& ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abbas in capit.primo numer.5. de despons. impube. quem refert Ias. in l. secunda: §. quòd si in patris, post numerum 28.versiculo. Quid tenendum, ff.solu. matrim. Et hanc opinionem dicit esse communem Bertrand. cons. 261.nu.9.& 10.lib.1.in 2.parte.

5 An autem teneatur pater dotare *c* huiusmodi filiam,
c quæ sine ipsius consensu alteri nupsit,præsertim quando nupsit viro indigno,dixi infra lib.4.§.dos.

6 Item quæro, pone quod filius vasalli offendat dominum,nunquid poterit ex ea causa vasallus ipsum filium suum exhæredare? Respond.quod non, ita dicit Bal.in c.Imperialem,& insuper,post numerum 1. versic. Item nunquid, de prohib. feud. alien. per Frid. quem cæteri Doct.sequuntur, vt dicit Iac.de feud. in verbo, Dictique vasalli, el primo,nume.8. Hæc.n. causa non reperitur posita inter enumeratas ab Imperatore in dicto §. causas.Sed hæc ratio Bald.mihi non satisfacit,quia etiã ex causa non expressa, modo sit maior, aut similis expressis,potest filius exhæredari, vt dixi supra, vers. Sed quæro. Opi. tamen Bal. tanquam verior tenenda est, quia hæc causa re uera non est,neque similis,neque maior expressis.

7 Quæro,etiã quid si pater sit dilapidator,& prodigus nunquid poterit mater ex ea causa filium exhæredare, ne scilicet hæreditas quæratur patri, saltem quo ad vsumfructum, & ab eo dilapidetur? Respond. quod sic, dummodo instituat aliquem alium, qui postquam filius sit effectus sui iuris, ei hæreditatem vna cum fructibus restituat; ita dicit Gul.de Cun.in d.authent.non licet, cuius opi. communiter tenetur, vt ait Gul.de Benedict.in 1.parte reper.cap. Raynutius fol.211.numero 18. Talis enim exhæredatio censetur facta bona mente, & ad beneficium ipsius filij, merito sustinetur.

d Sed pone, filius commisit *d* aliquam ingratitudinis causam, propter quam iure ac merito poterat a patre exhæredari, deinde correptus est furore, nunquid

talis

talis filius postquam factus est furiosus, poterit a patre exhæredari ex illa causa ingratitudinis per cum ante furorem commissa? Respon. quod sic, ita tenet Bart. in l.
* ex facto, nu. 19. ff. de vulgar. & est communis opin. vt dicit Iason in dicta l. ex facto, post numerum 29. Quæ tamen opin. mihi semper visa fuit dura, videmus enim, quod furiosus non potest puniri pro delictis ante furorem commissis, vt dixi infra libro 5. §. fin. quæstio. 60. vers. Item quæro, & licet aliqui dicant, quod potest puniri pœna pecuniaria, licet non pœna corporali, ego tamen contrarium credo esse verius, vt ibi dixi, & ad l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furio. & similes quæ allegantur pro communi opinio. quod posset forte responderi, quod ad sui beneficium, vel nepotum ex eo genitorum, vtique potest furiosus exhæredari, vt simul dixi supra versiculo. Quæro etiam, non autem in eius odium, & ita aliquando dicebam aperte colligi ex l. penult. §. & maxime. ff. de cura. tut. & si casus contingeret de facili inclinarem in hanc sententiam quæ mitior est, & æquior.
8 Præterea quæro, † Pone, filius post commissam causam ingratitudinis, propter quam poterat à patre iuste exhæredari, egit viuo ipso patre pœnitentiam ante testamentum ab eo conditũ, nunquid poterit ex illa causa
e postea à patre exhæredari? *e* Resp. quod non, ita dixit Alex. in l. 1. post numerum 35. ff. solu. matr. & est singularis & noua decisio, & communiter approbata, vt ait Con. in verbo, Filiustam, qui à patre, & licet in puncto iuris non transiret, sine difficultate, esset tamen tenenda in practica, quia mitior est, & fauet successioni filiorum, cui iudicio meo in dubio semper est fauendum.
9 Vlterius quæro, † nunquid secundum ius nouissi-
f mum, posthumus *f* possit à patre exhæredari? Resp. quod non ita tenet glo. in l. maximum vitium in gl. pen. C. de lib. præter. & est communis opin. vt dicit Zuccar. in repet. l. posthumo, nu. 29. C. de contrarab. Cum enim posthumus non potuerit aliquam ingratitudinis causam committere, necessario fatendum est, illum à patre exhæredari non posse.

ADDITIONES.

a Vbi enumerantur xiiij. causæ.] *etiam de istis causis habetur, & per gl. in c. Quinta vallis, de iureiur, quæ quidem causæ omnes procedunt inuito filio, vt per Ias. qui alios concor. citat in l. non licet, col. fin. ff. de liber. præter.*
10 *Et econuerso septem † causas ingratitudinis ob quas potest filius parentes exhæredare similitere vide per Iaso. in additio. ad Porc in §. 1. in fi. Institut. de exhæred. liber. Verum aduerte, quod reuocatur ingratitudo præcedens per subsequentem notabilem gratitudinem, ita vt amplius exhæredationi haud est locus, per Ias. in l. ex hoc iure nu. 70 ff. de iustit. & iure doct.*
b Ex alijs causis.] *Adde quod potest exhæredari filius etiam, qui patrem infirmum non bene curat, vel ad perfectionem, vt quia aut medicum, quem habere potuit haud conduxit, vel si conduxit haud conduxit bonum, cum bonum, & peritum medicum habere potuerit: idem si ei alimenta denegat petita cum alere eum potens teneatur, de istis causis vide per Ange. de Aret. in §. alio quoque, sub num. 4. Instit. quib. mod. testa. infir. qui nu. 5. tractat an & quando filius ingratus valeat capere hæreditatem patris, qui illum instituit hæredem.*
c Dotare.] *Quòd sic. Ange. de Aret. in §. 1. Instit. de nupt. num. 5.*
d Commisit.] *Nunquid filia clam contrahens † matri-*
11 *monium possit à patre exhæredari? quod sic, vide per Duen regu. mihi 373. & hoc adde de autho. sup. co. in vers. sed quia si filia.*

e Exhæredari.] *Et quod reuocetur præcedens ingratitudo per subsequentem notabilem gratitudinem dixi supra.*
f Posthumus.] *Sed quid si exhæredatio simpliciter facta sit de posthumis, an comprehendat posthumos ex futuro matrimonio? vide & dic vt per Ang. de Aret. in §. posthumi. Instit. de exhæreda. lib. nu. 3. Castrens. cons. 28. Giacbar. I V. C.*

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 HAbes ergo ex præmissis quæstionibus conclusio-
a nem quod † testamentũ in quo filius *a* est præteri-
b tus, *b* est ipso iure nullum, & de hoc est tex. expressus in l. inter cætera, ff. de liber. & posthu. & intelli-
c ge *c* præteritum eum, qui in testamento non est institutus, neque nominatim exhæredatus; etiam quòd de eo in testamẽto esset alio modo facta mentio dicit Bart. in Auth. ex causa, nu. 10. C. de liber. præter. & est com-
* munis opi. vt ait Cur. Iun. in d. Auth. ex causa, post nu. 36. vers. Circa primam, dixi supra q. 38. in princ. Cum enim lex requirat pro forma, quod filius nominatim sit institutus, vel exhæredatus, vt dixi supra quæstio. 38. merito quando est præteritus, ex defectu formæ testamentum ipsum corruit, & hæc est communis ratio, vt dicit Porc. Instit. de exhæred. libero r. in princ. num. 3. in fine.
2 Et hæc † quidem conclusio sine controuersia proce-
d dit in filio in potestate, *d* nam eius præteritio proculdubio reddit testamentum omni iure nullum, d. l. inter
* cætera, & est communis opinio, vt attestatur Ias. in l. 3. §. fin. post nu. 12. versic. 2. limitat. ff. de lib. & posth. & in
2 hoc nemo dubitat. Sed quid † in emancipato? Respondeo quòd in hoc proposito maxima est differentia inter filium in potestate, & emancipatum, nam si filius emancipatus sit præteritus sine insertione causæ, testamentũ etiam de iure ciuili est ipso iure nullum, si vero sit præteritus cum insertione causæ, valet testamentum mero iure sed potest per bonorum possessionem contra tabulas impugnari, ita dicit glo. quæ in hoc proposito reputatur singularis, in §. exhæredatos, in verbo, Noluit in Auth. de hæred. & Falcid. quam dicit esse communiter approbatam Ias. in d. auth. ex causa, post. nu. 8. vers. An autem quando. C. de liber. præter. Crot. in reper. l. Gallus. §. & quid si tantum, nu. 102. Dec. in l. sicut certi, nu. 17. C. de test. mil. Rim. in d. l. sicut certi. nu. 4. & dicit Alex. in d. l. sicut certi. n. 14. quòd ita communiter concluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex. consil. 161. numero 1. libr. 2. Si vero filius in potestate patris constitutus sit in testamento præteritus, siue præteritio facta sit cum insertione causæ, siue sine, semper testamentum est ipso iure nullum, vt dicit

glo.in d.§.exhære.datos,superius allegato,& est cõmunis conclusio, vt ait Curt.Iun.in dicta Auth. ex causa, num.37.& in d. Authent. non licet, num.14.C.de lib. præter.

3 Bene verum † est, quod hoc vltimum nõ procedit in
f milite, *f* in illo enim est speciale, vt possit filium cum causa præterire, & talis præteritio pro exhæredatione habetur, si vero prætereat sine causa etiã testamentum militis annullatur,& hæc est cõmunis opi. vt dicit Ias. in l. si cum vel in vtero, quam legit cum l.præcedenti, post nu.8.vers.Quid tenẽdum.C.de testam.milit.Dec. in d.l.si cum vel in vtero,nu.5.Ripa,in l.Cẽturio,post nu.42.ff.de vulg. Vtilitas autem, quæ resultat ex hac quæstione an scilicet competat ius dicendi nullum, vel bonorum possessio contratabulas, posset esse maxima, quia ius dicendi nullum durat 30.ann. vt dixi inf.lib.7. §. præscriptio. Contratabulas autem durat solum per annum vt est in iure notissimum.Neque prædictis obstat, quod iure hodierno sublata sit differentia emancipationis,& patriæ potestatis,quia licet sublata sit ab intestato,non tamen est sublata ex testamento, vt dixi supra lib.2.§.filius.

4 Sed quid † in filijs naturalibus,nunquid si sint præte-
riti, vel iniuste exhæredati, poterunt dicere testamen-
g tum nullum, vel contratabulare? *g* Resp.quòd nõ, quia
filij naturales non admittuntur contra voluntatem pa-
tris, ita dicit glo.in l.1.in verbo, Naturales, ff.de bon.
poss.contratabu.quæ est cõmuniter approbata, vt atte-
statur Natt. in repet. dicto §. ex imperfecto, num.72.
in fine.

5 Sed quæro,† quid in filio legitimato, *h* nunquid etiã
h illius præteritione testamẽtum reddatur ipso iure nul-
lum? Resp.quòd sic, vt dixi inf.q.84.

6 Item quæro, † quid in filia fœmina? Resp.quod etiam
ipsius præteritione testamẽtũ annullatur, ita est com-
munis opin. vt dicit Corn.cons.62.col.2.in litera G.lib.
2.Ias.cons.113.nu.1.lib.1.est enim iure hodierno subla
ta sexus differentia,l.maximũ vitium,C.de lib. præter.
cum similibus.Quæ quidem cõclusio de plano proce-
dit,secundum meros terminos iuris cõmunis.Sed quid
si adsit statutum excludẽs filias fœminas a successione
extantibus masculis prout est cõmuniter per totam Ita-
liam, nunquid stante huiusmodi statuto, filia præterita
à patre poterit testamẽtum paternum impugnare.Hæc
i est ardua quæstio, *i* & quotidie contingens in pracli-
ca in qua Doctores multum varie loquuntur. Tu vero
omissis disputationibus, scias, quod in hoc proposito
considerari possunt duo casus. Primus casus est, quan-
do masculi, vel agnati, propter quos ipsa fœmina a sta-
tuto excluditur, sunt instituti hæredes in testamẽto pa-
terno,& hoc casu tenendum est quod talis filia à statu-
to exclusa nõ potest, si sit præterita à patre in testamen-
to,illud impugnare, neq; per ius dicendi nullum, neq;
per bonorũ possessionem contratabulas;& hæc est ma-
gis cõmunis opin. vt dicit Paul.de Cast.cons.96. circa
princ.li.2.Alex.in l.filiæ dotem,nu.6.C.de col. & in l.
Gallus,§.& quid si tantum, post numerum decimum-
sextum, versiculo primo, casu, & consil.147. num.
9.lib.2. quem refert Dec.consil.261. columna finali,
in principio, & Vantius, de nullit.in tit.fin. num.20.
Aretin.consil.149. post nu.20. vers.venio ad vndeci-
mum, quẽ refert Dec. consil.196.num.primo, in fin.
Ias.in authent. nouissima, num.57. C.de inoffi. testa.
& in dicta l.Gallus, §. Et quid si tantum, numero 58.
Cœpolla. cons. ciuili. 52. num.3. Afflict. decis.158.
nu.6.Dec.in d.l.filiæ dotem,nu.4.& cons.105.nu.1.&
cons.505. nu.1. Porc.Instit.de exhæred.lib.§.fi.nu.9.
Clau.in d.§.& quid si tantum,post nu.21.Brun.de statu.exclu.fœm.in 10.articulo,quæst.4.Crot.in repet.d. §.& quid si tantum nu.109.& licet Ang.in d.l.filiæ dotem,tenuerit, quod potest filia expectare, quod adita sit hæreditas,deinde venire per contratabulas, tamen illa deci.Ang.communiter reprobatur, vt attestantur Doctores supra allegati, & pro hac communi opin. duo fundamenta fortissime stringunt,quæ tamẽ in effectu reincidunt fere in idem.Primo clarum est quod cui non debetur legitima, non potest impugnare testamentum, ita communiter tenetur, vt dicit Corne.cons.40. in litera I, lib.3. Sed filia exclusa à statuto, non potest petere legitimam,neque eius supplementum, secundum opi.magis communem quam ego etiam tenui sup.l.1.ergo, &c. Secundo facit, quia iura veniendi contra testamentum, communiter regulantur à iurib. succedendi ab intestato, ita communiter tenetur, vt ait Cor.cons.1.colum.penul.versi. Et maximè.li.2.& cons.199.in litera D,lib.3.& est communis conclusio vt dicit Corn.consilio 57.in litera D.li.2. Qui ergo est exclusus à successione ab intestato,est etiam exclusus à successione contra testamentum, ita tenent communiter omnes legendo,& consulendo, vt dicit Corn.cons. 116.in prin.lib.2.& ita communiter teneri attestatur Imo.in dicto §.& quid si tantum, quem refert Corne. consil.291.in litera E.lib.4.Corn.consi 107.in litera E, libr.2.& consil.116.colum.1.in litera E,eod.vol.& est communis opi.vt dicit Gratus cons.21.nu.6.& seq.lib. 1.& in specie de contratabulis,quod exclusus à successione intestati, non possit contratabulare, quando est institutus ille,qui ex causa exclusionis, dicit communiter concludi.Corne.consilio 40.in litera G,lib.3.& hoc siue institutus adierit,siue non,& ita esse communem opinion. attestatur Corn.in d.consilio 107.in litera F. lib.2.& consil.290.in litera A,lib.3.Merito igitur hæc filia, quæ ab intestato non potest venire ad successionem pariter etiam censeri debet exclusa à successione contra testamentum, & hic casus minus habet difficultatis.Secundus est casus, quãdo in testamento sunt instituti hæredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos fœminæ a statuto excluduntur, & hoc casu doctores multum variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quæ est causa familiæ, & agnationis conseruandæ, vt dixi in loco præall.& fauor ipsorum masculorum, vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti,& ideo multi tenuerunt, quod dispositio statuti excludentis fœminas extantibus masculis, recipiat hanc interpretationẽ, vt procedat,dummodo illi masculi sint hæredes,tempore quo agitur de exclusione ipsarum fœminarum,de quo tamen ibi latius dixi. Et hæc opinio prima facie videtur habere in se maiorem æquitatem,& illam dicit esse communem Berous in c.Rayn.post nu.227.referens Alex.& Soc.dicentes, quod illam tanquam veriorem, & magis æquam secuti fuerunt Doctores communiter. Contraria tamen opinio, quod scilicet etiam hoc casu filia nõ possit impugnare testamentum paternum, aliquando mihi magis placuit, & nonnulli ex Doct. supra allegatis in primo casu indistincte affirmant magis cõem opin. Doctorũ esse, quod non possit impugnare testamentum, neq; distinguunt an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem fœminarum considerauit tantum existentiam masculorum, & sic illa sola sufficere debet ad eas excludendas. Non tamen potest negari, quin passus sit arduus, & periculosus.

ADDITIONES.

a Filius.] *Quid de nepote? Dic quod testamentum † præ-*
7 *teritione nepotum est nullum, non obstante clausula codicillari, vt dixi in collect.mea communiũ opinionum. verbo.*

verbo testamentum nu. 12.

b Est præteritus.] *Hic scias quod sicut est triplex institu-*
8 *tio †, ita est triplex, præteritio atque triplex exhæreda-*
tio. Vide de his per Ange. de Aret. in §. fi. Inst. de exhær.
liber. Et de testamento nullo ratione præteritionis, vide
Rim. Iun. 95. 98.

c Intellige præteritum, &c.] *Idē dic si aliquid relictum*
sit filio vel filię alio titulo quam institutionis, quia etiam
dicitur præteritus. vide de his etiam per Dec. in cōs. 105.
colu. 1. per l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Tre. & prete-
rea quæ tradunt Ang. Bal. Ro. Sign. & c. quæ haud tran-
scribo, ne margo nimis oneretur, illos ideo videto.

d In filio in potestate.] *Sed quid è conuerso, † si pater sit*
9 *præteritus vel exhæredatus à filio vi. per Ang. de Aret.*
in §. fi. sub nu. 4. Inst. de exhær. liberorum.

e In emancipato.] *Vid. etiam istam distinctionem totam*
per Angel. Areti. in §. sed hæc quidem. Insti. de exhæred.
liber. sub nu. 3.

f Procedat in milite.] *Vide per Angel. de Areti. qui de-*
clarat & distinguit tempora; An scilicet sint in expedi-
tione armo. in castris aut haud sint in actu belli. in §. sed
si in expeditione. Inst. de exhære. liberor.

g Vel contratabulare.] *Idem de filijs naturalibus tantū*
emancipatis, qui non admittantur ad contratabulas, vi-
de per Ang. de Aret. in §. adoptiui. in fi. vbi assignat ra-
tionem. Insti. de exhæred. liberor.

h In filio legitimato.] *Obiter hic quæro, nunquid filius*
10 *† legitimatus, & quoad originem, & quo ad honores &*
quo ad dignitatem sequatur conditionem patris, qui fecit
ipsum legitimari? quòd sic ex quo legitimatio facit ipsum
haberi in omnib. pro legitimato, habetur per Ange. de
Areti. in §. sed si quis, sub numero tertio, instit. de iure
perso.

i Hæc est ardua quæstio.] *Vide de ea per Dec. cōsil. 505.*
in 1. dub. vbi tenent testamentum nullum esse, in quo filia
in potestate præterita fuit, & de ista communi dixi etiam
in collect. mea com. opi. in verbo testamentum nu. 4. Ad-
11 *de quòd † testamentum præteritione nepotum, videtur*
nullum non obstante clausula codicillari, communē etiam
dixi ibid. nu. 12 & 13. magis communem, etiā dixi, quòd
testamentum nullum præteritione filij sustinetur in vim
fideicommissi per clausulam codicillarem. Et nu. 35. com-
munem similiter dixi quod testamentum maternum defe-
ctu præteritionis haud reddebatur nullum ante ius Au-
thenticorum. Hodie verò quid, vide inf. q. 47.

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, in quo filius est præteritus, an sit nullum etiam de iure prætorio.*
2 *Et an sit ipso iure nullum, priusquam impugnetur à filio præterito, ver. Successiuè quæro.*
3 *Quid si filius ipse præteritioni consentiat versi. Sed quid si ipse.*
4 *Nunquid hæc approbatio præiudicat alteri ex filijs, qui forte in minori parte fuerit institutus, versic. Sed pone.*

NVnc prosequendo materiā, Quæro an hæc con-
1 clusio, quæ habet † quod testamentum, in quo
filius reperitur præteritus, est nullum, habeat locū non
solum de iure ciuili, sed etiam de iure prætorio? Re-
* spond. Glo. in multis tenuit quòd huiusmodi testamē-
tum valeat de iure prætorio. Sed in cōtrarium est ma-
* gis communis opi. vt dicunt scribentes in d. l. posthu.
C. de contratab. & in specie Ias. nu. 28. & Dec. nu. 11. &
Cur. Iun. 50. & seq. & Zuccard. nu. 114. Neque obstat,
quod de iure prætorio aduersus tale testamentum de-
tur bonorū possess. contratab. quæ est remedium recis-
sorium, & sic videtur præsupponi validitas testamenti,
ex quo illud quod nullum est rescindi nō potest. Quia
hoc casu contratab. potius ad declarandum testamen-
tum nullum, quam ad illud rescindēdum. & satis dici-
tur illud de facto rescindere, quatenus de facto proces-
sit, & hæc est communis solutio vt dicit Cur. Iun. in d.
l. posthumo, circa nu. 56. Vtilitas autē huius quæstio-
nis est maxima, quia si testamentum esset validum de
iure prætorio, non posset aliquis venire per bonorum
poss. ab intest. puta, vnde liberi, vel similes, nisi prius
testamentum rescinderetur; secus autem præsupposito,
quod testamentum etiam de iure prætorio sit ipso iure
nullum secundum magis communem opinio. cum qua
etiam transeo, licet Doctores multa disputando cōge-
rant in d. l. posthumo, quæ in practica parum, vel nihil
valent.

2 Successiuè † quæro, an tale testamētum in quo alius
reperitur præteritus, sit ipso iure nullum antequā impu-
gnetur ab ipso filio præterito? Resp. quod sic, & est cō-
munis opinio, vt dicunt scribentes in d. l. posthumo, &
in specie Alex. nu. 16. in fi. & Ias. nu. 23. & seq. & Cur.
Iun. post nu. 45. & Rim. nu. 5. & Zuccar. nu. 84. & seq.
Alex. in l. si filius, qui in potestate, nu. 1. ff. de liber. &
posthum. Gul. de Benedic. in prima par. repe. c. Rayn.
fol. 191. nu. 96. Vtilitas autē huius conclusionis potest
esse maxima, quia si vnus ex filijs sit præteritus, & alij
inæqualiter instituti poterit ille cui minus quā alijs re-
lictū sit, etiam ipso filio præterito tacente, dicere testa-
mentum nullum, & omnia reducere ad causam intesta
ti, & hæc est communis conclusio, vt ait Gul. de Bene-
dic. in loco præallegato, nu. 100.

3 Sed quid † si ipse filius præteritioni consentiat? Resp.
distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius
ante conditum testamentum, vel ipso actu testamenti
consensit præteritioni, & hoc casu non obstante ipsa
præteritione valet testamentum, & hæc est communis
opin. vt dicit Ias. in d. l. inter cætera, nu. 11. ff. de lib. &
posth. Ex quo enim principaliter, ob fauorem filiorum
introductum est, ne à patre in testamento prætereān-
tur, conueniens est, vt (iuxta vulgares regulas) pos-
sint huic fauori renunciare. Intellige tamē quod valeat
solum de æquitate prætoria, nō autem de iure ciuili, &
ita esse cōmunē opin. attestatur Imola in d. l. filio præte
rito, n. 60. quod est magnus effectus, vt dicam infra sta
tim. Secundus est casus, quando ante conditum testa-
mentum, vel tēpore conditi testamenti, filius non con-
sentit præteritioni, sed post conditum testamentū illud
approbauit; & hoc casu tale testamentum de iure ciui-
li remanet nullum. Nam secundum rigorem iuris ciui-
lis, testamentum quod a principio est nullum, non po-
test tractu temporis reconualescere, sed de iure præ-
torio secus est; nam ex æquitate prætoria secuta appro-
batione filij testamentum ipsum reconualescit, ita dicit
Bar. in d. l. filio præterito, nu. 29. ff. de iniusto rupto. &
* est communis opinio, vt dicit Imola in d. l. filio præteri
to, num. 56. Clau. in leg. 1. §. fi. nu. 1. ff. de vulgari. Boer.
decisio. 69. nu. 5. Cur. Iun. in d. l. posth. nu. 59. & seq. Et
nota, quia iste est vnus ex casibus in quib. etiam hodie
est necessaria bonorum possessio. Nam ex huiusmodi
testamēto, cum reconualuerit solūmodo de iure præ-
torio, non autem de iure ciuili, non potest adiri hæredi
tas, sed tantum bonorum possessio peti. & ita volūt cō-
muniter Docto. vt dicit Corn. consi. 31. in litera P, libro
2. Quod est maximi effectus, vt dixi sup. §. bonorum
possessio. Faciunt quæ dixi infr. q. 45. versic. *Sed po-*
ne, & hæc conclusio, quod filius præteritus possit te-
stamentum ipsum approbare, indistinctè locum ha-
bet; siue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue,

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Et testator debet hæredem ore proprio nominare.*
2 *Et quid si notarius nominet ipse hæredem, & interroget testatorem, qui respondeat quod sic. versic. Sed quid notarius.*
3 *Et quid si id fiat ab alio quam a notario ver. Et licet Bal.*
4 *Et quid si notarius testatorem non specialiter de hærede ipso sed de toto testamento interroget ver. Hanc etiam.*
5 *Et quid si testator articulatè loqui non possit, versiculo Scias ergo.*
6 *Et quid si talis interrogatio fiat a persona suspecta, ver. Item scias.*
7 *Quid si huiusmodi testamentum scriptum sit in iussu testatoris versic. Tertio scias.*
8 *Et quid si testator prius aliud testamentum validum con fecisset, ver. Quarto scias.*

1 DIcebam etiam institutione hæredis requiri quòd testator ipsum hæredem suo ore proprio nominet: & de hoc est text. in l. hæredes palam, in princ. ff. de testamen.

2 Sed quid si notarius: aut aliquis alius ex astantibus tempore testamenti, exprimat nomen hæredis, & ipse testator verbis profiteatur se agnoscere: nunquid valebit institutio? Resp. Alber. Papien. tenuit, quod non: sed quòd omninò requiratur ꝙ testator ore proprio nominet ipsum hæredem. Contrariam verò sententiam, s. ꝙ imò talis institutio valeat, tenet glo. vulgata, quæ ad hoc quotidie allegatur in l. iubemus, in verb. quēadmodum, C. de testa. Et ideo si quis interroget testatorem hoc modo: Vis instituere hæredem Titium? & ipse respondeat illius interrogationi, ꝙ sic, sustinebitur testamentum perinde ac si testator ore proprio hæredem ipsum nominasset. & illam gl. dicit esse communiter approbatam Affli. decis 143. nu. 3. & ita cōmuniter teneri affirmat Soc. cons. 20 post nu. 5. lib. 4 Hanc etiam opi. esse communem attestantur Scribentes. in d. l. iubemus, & in specie Fulg. qui dicit ꝙ ita communiter tenetur, relatus per Corne. cons. 261. in litera P. lib. 4 & Alex. nu. 9. & Ias. n. 10. qui etiam refert Ang ibi dicentem, ꝙ hæc communis opi. approbatur in iudicijs, & in scholis, licet Ang. in lib. meo hoc non dicat. Alex. cons. 12 post nu. 6. lib. 1. & cons. 33. nu. 1. & seq. lib 3. & cons. 47. num. 7. lib. 2. Imo. in c. cum tibi. nu. 3. de testa. quē refert Corn. cons. 73. in litera H. lib. 1. Corn. cons. 257. circa fi. lib 1. Bal. Nouel. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. quem refert Apostil. ad Alex. in d. l. iubemus, sub nu. 9. Ias. cons. 324. in fi. lib. 1. Dec. cons. 489. post nu. 3. ver. & in casu Ruin. cons. 12. nu. 9. & nu. 12. lib. 2. Bertr. cons. 212. post num. 17. lib. 1. in 2. parte. Bauer. Instit. de testa. in princ. n. 64. & seq. Soc. iun. cons. 144 nu. 13. lib. 2. & cons. 178. nu. 16. eo. vol. & cons. 183. nu. 26. eo. volum. Boer. decis 35. nu. 6. Crauetta cons. 117 num. 1. D. Bellon. præceptor meus in Institutionibus, & deinde Mediolani Senator cons. 62. nu. 8. Io. Dilect. de arte testandi, tit. 4. caut. 2. nu. 1. & ita obseruari attestatur Bart. in d. l. hæredes palam, in fine principij.

3 Et licet Bal. in d. l. iubemus, nu. 6. in fin. voluerit restringere hanc opin. gl. & communem, vt solùm modo procedat quando ille, qui interrogat, est ipse notarius, qui de testamento debet esse rogatus; & aliqui etiam ex præallegatis Doctoribus referant gl. ipsam loqui in tabellione: alij verò dicant, quòd glo. primò generaliter loquitur, deinde subdit, Maxime si sit tabellio; tamen il libro meo illa glo. nullam mentionem facit de tabellione, & iudicio meo magis communis intētio Doctorum est quòd illa decis. glo. indistinctè procedat, siue interrogatus sit notarius, siue quicūque alius. & ita plures ex Doct. supra allegatis indistinctè affirmant illam esse communem: & multi etiam idem attestantur, consulentes in casibus, in quibus testator non fuerat interrogatus a tabellione, sed ab alio extraneo, & in specie Ruin. cons. 2. nu. 8. lib 2 Et quòd circunscriptis ijs qui loquuntur in notario interrogante, sic etiam longe magis communis opin. tenentium generaliter, tam in alio interrogante, quàm in notario, attestatur Corn. cons 77. in litera D. lib. 4.

4 Hanc etiam conclusionem nonnulli extēdunt vt procedat non modo si notarius specialiter de ipso hærede tantum testatorem interrogauerit, sed etiam si totum testamentum in scripturam redactum testatori legat, & deinde testatorem generaliter interrogauerit, an ita testari velit. Et ita loquitur Aret. in Institu. de testamen. in prin. post nu. 15. vers. nota istam; vbi dicit quòd ita tenent communiter Docto. quem refert Gratus cons. 30. num. 20 lib 2.

5 Sed certe licet fortè propter authoritatem tot Doctorū difficile esset in practica obtinere contra opin. illius gl. mihi (vt verū fatear) illa nunquam placuit: quia negari non potest, quin eam tenendo sit aperta via fraudibus, & aliquando dicebam maximè è republica futurum, si Cæsarea constitutione caueretur ne huiusmodi testamentis, quæ ab infirmis ad alterius interrogationem conficiuntur, aliqua fides adhiberetur, nisi testator saltem, per tres dies in bono sensu post tale testamentum conditum superuixisset; nam sæpenumero ab infirmis ferè statim morituris solent talia testamenta extorqueri, vt ego aliquando in facto contigisse intellexi, & ideo de facili, si casus contingeret, recederem ab illa opin. tam iudicando quàm consulendo.

6 Scias ergo in primis, quòd ista conclusio gl. quę habet quòd testamentū, & institutio valet, quando testator alio interrogante, an velit talem instituere, respondet quòd sic, restringenda est, vt procedat modò testator ipse nō sit adeo oppressus morte, quòd articulatè loqui non possit, sed habeat adhuc bonum sensum, & bonam memoriam; aliàs secus, & ita loquuntur omnes Doctores sup. allegati, vt per te videre poteris, & in hoc nemo dubitat.

6 Item scias, quòd dicta conclusio non procedit, vbi talis interrogatio à persona suspecta fieret ei qui est in vltimo mortis articulo cōstitutus, nam eo casu, attenta qualitate interrogantis, & statu interrogati, resultat vehemens suspicio quòd testator potius ad suggestionem, & importunitatem

tem illius ita responderit, quàm quòd talis esset eius voluntas;& ita hoc casu sequenda esset opi. Alber.Papi. quam his duobus concurrentibus dicit esse magis communem Soc.Iun. in d.cõs.183. nu.27.& seq.lib.2. vbi etiam refert Guliel. Punta.idem attestantẽ in l.1.§.si quis ita,col.6. vers. limitatur tamen,ff.de verb.obl.

7 Tertiò scias,quòd illa gl.& communis opin.restringenda est, vt procedat, quando testator prius exposuerat voluntatem suam notario,qui eam redigit in sctiptis postea redit ad testatorẽ, & illa lecta,eum interrogat,an velit ita testari:nã eo casu si respõderit quod sic, vtique valet quod gestum est & hanc dicit esse communem declarationem & limitarionem Bello.cons.74.nu.14.Sed si quis in iussu testatoris testamentum aliquod ordinauerit,& postea coram ipso,& etiã coram testibus lecto tali testamento interroget testatorẽ, an ita velit, & testator respondeat quòd sic:tale testamẽtum nihil penitus valebit.& ita cõmuniter tenetur. vt dicit Bertra.cons.194.nu.3.lib.3. in secunda parte. Socin.iun.in d.cons.183.nu.32. Et licet Alex.in d.l.iubemus,& Dec.in d.cõs.489. & alij etiã superius alleg.in vers.sed quid si notarij,asserant hãc opi.quæ dicitur fuisse Alber.Pap. esse cõmuniter reprobatã, illud tamen nõ est verum, nisi quatenus ipse Alber.volebat simpliciter,& absolute, quòd testator infirmitate grauatus non posset ad alterius interrogationem testari: hoc enim repugnabat opin.glo.in d.l.iubemus,quæ procuidubio est magis communiter approbata,vt superius dixi: sed quatenus volebat opus esse quòd ante interrogationem appareret testatorem ita voluisse testari, certe opi.Alber. est magis communis,magis æqua,& magis tuta: Et ideo his duob. concurrentibus, scilicet quòd testator sit valde infirmitate grauatus, & quod non constet testatorem habuisse prius animum ita testandi,non esset ab ea recedendum,& ita secundum istam opi.in facti contingentia iudicauit Senatus in causa Illustr.D.Marliani.

8 Quartò scias quòd si testator iam aliud testamentum validum,& solenne confecisset, deinde faciat secundũ ad alterius interrogationem: per hoc posterius illud primum non reuocatur.ita tenuit Pau.de Cast.consi.155.in fin.lib.1.& hæc limitatio est magis commuuiter recepta,vt attestatur Socin.iun.in allegato cons.183.nu.34..Et licet istæ limitationes videantur ferè destruere ipsam conclusionem gloss.& communnem,ego tamen eas consulendo, & iudicando sequerer intrepide,& alijs sequendas consulerem, vt quantum fieri potest malitijs hominum,& fraudibus occuratur.

ADDITIONES.

a *Ore proprio nominet.* Item quod institutio hæredis nominandi per Titium sit inanis, communem vide per Cardin.Parisin cons.38.nu.51.vol.3.Et idem si ego instituo, vel substituo aliquem hæredem, si vxor mea pariat masculum, & vxor mea decedat in partu & ex ipsius ventre extrahatur masculus viuus, haud dicitur adim.pleta conditio illa, quinimò defecta. Ac per hoc institutio vel substitutio locum habebit nulli, text.est in l.anniculus.il 2.ff.de verbor.signifi.quem ad hoc not.esse dixit Iacobi.de S.Geor.in l.reprehendenda, in fin.C.de institu. & substit.& hæc dixi etiam in colle.mea commu.opin.in verbo, institutio sub nu.10.

b *Quod testamentum.* Item quòd testamentum conditum ab eo, qui intelligibiliter negando respõdet, non & affirmando respondet sic, valeat, ex quo articulate & intelligibiter dicitur loqui, communem, vide per Soc.d.consi 20.lib 6.& per Ceph.cons.546.vbi etiam habes, quando quis dicatur loqui articulate. Et dixi etiam in collec. mea commu.opin.in verb. testamentum,nu.23.

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hodie legitima filio relinqui debet titulo institutionis, & quia in filia.*
2 *Et quid de iure digestorum, & Codicis, versic. Et hæc quidem.*
3 *Et quid de iure canonico, vers Hæc etiam.*
4 *Et quid in testamento inter liberos. ver.Sed in testamento. Remissiue.*
5 *Et quid in testamento condito ad pias causas, ver. Item quid Remissiue.*
6 *Et quid in testamento condito ab eo qui vult ingredi religionem vers Item quæro.*
7 *Et quid in legitima quæ relinquitur filiæ fœminæ, versic. Sed quid in filia.*
8 *Et quid in legitima ascendentium. versic. Sed quæro.*
9 *Et quid si quantitas legitima sit alterata ex dispositione statuti. vers Sed pone.*
10 *Et quid si pater, dicat, relinquo filio meo centum, an censeantur relicta titulo institutionis, versiculo Quid quæro.*
11 *Et quid si dicat relinquo centum pro legitima, vel falcidia, ver.Sed quid si dicat.*
12 *Et quid si testator dicat relinquo filiæ meæ centum pro dote, ver. Quid autem.*
13 *Et quid si pater adijciat quod nihil vltra petere possit, versic. Præterea quæro.*
14 *Et quid si testator iusserit testamentum extendi ad dicta men sapientis, nunquid poterunt addi illa verba, titulo, vel iure institutionis, ver.Vlterius quæro.*
16 *Notarius quando ab errore commisso excusetur.*

1 Dixi etiam, quòd instituti debet esse iusta: nõ enim sufficit in testamento aliquem esse institutum, ad hoc vt testamentum ipsum valeat, sed requiritur quòd si quis de iure est instituendus, instituatur: alias testamentum est nullum. Et posui exemplum in filio, qui de iuris necessitate debet institui, vel exhæredari & ideo si sit præteritus,testamentum est nullum:vt dixi infra q.42. in princ.& est cõmunis conclusio, vt dicit Curt. iun. in Auth. ex causa,nu.52.C.de lib.præter. Et aduerte, quia de iure nouissimo,ad hoc, vt filius nõ dicatur prçteritus,nõ sufficit quòd de eo in testamẽto sit facta mentio,etiam si pater ei aliquid relinquat, quod sit plus quã legitima illi debita: sed requiritur quod sit ei relictum titulo honorabili institutionis.tex.est in §.aliud quoque capitulum, in Auth.vt cum de appel.cognos. Et licet gl. in l.scimus.§.cum autem,in verbo Celebrari, C.de inoffic.testa.tenuerit quod sufficiat si filius sit honoratus per viam fideicommissi,tamen contrarium tenent communiter reprobratam, attestatur.

ftatur. Alex. in l.inter cætera,in prin.nu.2.in fin. de lib. & posthu. Et sic facienda est conclusio, quòd omninò ad hoc vt testamentum valeat, requiritur quòd filio relinquatur legitima titulo institutionis alias testamentum esset nullum, & sic filius succederet patri ab intestato.& ita tenent omnes indifferenter,vt dicit Iaf.in Auth.nouissima,nu.13.C.de inoffic.testa.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alex.in d.l.inter cætera in prin.post.nu.2.verf.sed sustinendo.Pieus in rep.l.in quartam, post nu.50. verf.quarta est conclusio,ff.ad Treb.Bar.conf.19.col.1.lib.3. in secunda parte,& conf.65.nu.1.eo.vol.& conf. 134.post nu.1.eo.vol.

Neque credas quod hæc dispositio iuris in fauorem filiorum sit prorsus inutili. nam si filius fuerit in re certa,etiam minima institutus,procul dubio si cohæres vniuersalis repudiauerit tota hæreditas accrescet ipsi filio instituto in re certa. Quod tamen secus esset,si non titulo institutionis, sed titulo legati, aut fideicommissi, vel alio particulari titulo aliquid ei relictum fuisset, vt dixi supra §.institutio. Itẽ est vtilis,quia institutus capit propria auctoritate,non autem legatarius. Item quia hæres scriptus potest intentare remedium l.fi. C.de edic.diui.Adr. toll. & petere se mitti in possessionem, non autem legatarius,&c.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit de iure nouissimo,per tex.in d.§.aliud quoque & ita loquũtur DD.per me supra allegati.Sed quid de iure Digestorum; Respon.quod etiam de iure digestorum legitima erat filio relinquenda, titulo institutionis.& hæc est communis opi.vt dicit Gul.de Benedic.in 1.parte reper.c.Raynutius.in verb. in eodem testamento relinquens fol.184. num.15. Iac.de Nigris in repeti.rub.ff.de leg.1. post nu.17.verf.vltra alios.De iure autem Codicis est expeditum quod sufficiebat filium honorari quocũque relicti titulo.tex.expressus in l.omnimodo, C.de inoff.testam.& in hoc nemo dubitat.Sed quidquid sit, postquam habemus certam dispositione iuris nouissimi, frustratorium est in huiusmodi quæstionibus tempus conterere.

3 Hæc etiam conclusio de plano procedit secundum ius ciuile; est enim de hoc text.expressus in d.§.aliud quoque.& ita communiter teneri attestatur Imo. in d.c.Raynutius post nu.51.verf.sed quidquid: & in hoc modica est controuersia inter Doctores.Sed quid dicendum de iure Canonico:nunquid etiam illo iure necesse est vt legitimam filio relinquatur titulo institutioni? Resp. in hoc variæ fuerunt opin.inter Doct.nam Holt. in d.cap.Rainutius, tenuit quòd de iure canonico sufficeret legitimam relinqui quocunque titulo.& hanc opin.dicit esse communem Alex.in d. l. inter cætera.in prin.nu.6 quem refert Politus in rep.l.filium quẽ habentem,nu.145.in fi.C.fami.ercif.& Ruin.conf.11.nu.2.lib.2.Contrariam autem opin.scilicet quòd etiam de iure canonico requiratur quod legitima filio relinquatur titulo institutionis,tenuerunt gl.in d.c Raynut.in verbo Relinquens,& in c.fi pater, in verbo Instituit,de testa.in sexto:quas dicit esse communiter approbatas idem Alex. sibi ipsi contrarius conf. 70.nu.6.lib.2.Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Imo.in d.cap.Raynutius,post num.51. verf.sed dubium.& illam dicit esse communẽ Iaso.in d.auth nouissima, nu.31.& rub.ff.sol matr. post nu.32. Boer.decis.267.nu.1. Berous in d c. Raynutius,nu.38.& seq.Io.Dilec.de arte testandi,tit.3.eau.prima,post nu.1.Probus in apostil.ad Io. Mon.in cap.si pater, nu.25.de testa.in sexto. Ex quo enim hoc de iure ciuili est decisum non est inducenda discrepatio inter ius canonicum, & ciuile, vbi expresse id cautum in iure non reperitur.Et licet fortè contraria opin. magis conueniat æquitati iuris canonici,tamen propter auctoritatem Doctorum tenentium hanc secundam opinionem non esset ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

4 Sed quid in testamento inter liberos, nũquid erit etiam necessarium,vt filij sint honorati titulo institionis,Dixi supra,q 8.verf.sed pone.

5 Item, quid in testamento condito ad pias causas, dixi supra, quæstione sexta, verf.Sextò infertur.

6 Item quæro, quid in eo, qui testatur volens ingredi religionem,nunquid etiam in eius testamento requiritur titulus institutionis ad hoc vt testamentum ipsum valeat? Respond.Aut quæris an requiratur quòd aliquid relinquat titul o institutionis monasterio, in quod ingredi vult;& vide quæ dixi supra,quæstio 28.verf.aut verò: Aut quæris, an requiratur quod aliquid relinquat filijs titulo institutionis,& dico quòd non,sed sufficit quòd relinquat quocunque titulo,& filij nihilominus habebunt suam legitimam. ita tenent Bart.in auth.si qua mulier,num.7.& seq. C.de sacrosan.Eccles.& est cõmunis opi. vt dicit Claud. in d.l.inter cætera.nu.12. & seq. Nam testamentum eius qui vult ingredi religionem,non subiacet dispositioni iuris communis, vt dixi in allegata quæst.28.verf.In primo, & versic. sed nunquid.

Sed quid in filia fœmina,nunquid etiam in illa locum habebit conclusio, vt scilicet de necessitate etiam illi sit relinquenda legitima titulo institutionis? Respond.quòd sic: de hoc non est dubitandum postquam à lege sublata est in successionibus differentia sexus,l.maximum vitium,C.de lib.præter.Ideo eius pręteritione pariter vitiatur testamentum, sicut præteritione filij masculi, vt dixi infra q.42.verf.Item quæro.

8 Sed quæro, tu scis quòd iure hodierno, ita est aucta legitima ascendentiũ,vt legitima descendẽtium,vt dixi supra hoc eod.lib.§.legitima. Nunquid etiam huiusmodi legitima ascendentium erit pariter relinquenda titulo institutionis,sicut legitima descendentium? Respond.Bart.in dicta auth.nouissima,num.4.C.de inofficiof. testam.tenuit quòd non. Sed contrarium tenent omnes Doctores,scilicet quòd imò sit etiam ascendentibus relinquenda legitima titulo institutionis, & hanc opin. contra Bart. esse communem attestatur Ant.de Butr. conf.15. num.2. Alex.in l.1.post num.4.de bonor.possef. secundum tabulas; Dec. in d.l.1.num.8.C. de bonorum possef. secundum tabul.Iaf.in d.auth.nouissima,num.37.vbi dicit,

quòd

quod in hac opin. Barto. est solus, & miratur, quòd ex tam frequenti caterua legistarum, & Cano. Bart. nullum amicum inuenerit, qui tenuerit cũ eod. Gul. de Bened. in prima parte repet. cap. Raynut. fol. 206. num. 249. & seq. Bertrand. consil. 34. nume. 6. & 7. lib. 1. in 2. parte, & consil. 43. post num. 1. lib. 2. in secunda parte, Soc. Iun. cons. 64. num. 1. lib. 1. Ioan. Dilectus de arte testandi, tit. 3. caut. 1. num. 1. pro quo facit tex. in d. §. aliud quoque, dum vult ea quæ in filijs constituta sunt etiam in parentibus locum habere, & in practica nefas esset consulendo aut iudicando ab hac opinio. recedere.

9 Sed pone, quod in ciuitate adsit statutum loquens de legitima, & aliter circa ipsam disponens, quam sit à iure communi dispositum, nunquid etiam huiusmodi legitima, ita alterata, erat tilulo institutionis relinquenda? Resp. Bal. in l. maximum vitium, post num. 25. C. de lib. præte. tenuit, quod non. Sed illud dictum Baldi communiter reprehenditur, vt dicit Clau. in d. l. inter cætera, nume. 18. Poli. in repet. l. filium quem habentem, nu. 154. C. fam. erc. Non enim ita de facili est inducenda correctio iuris communis, præter id quod statuentibus expressum est.

Sed nunquid tota, & integra legitima est de necessitate filio relinquenda titulo institutionis? Respon. quod non, sed sufficit, quòd in aliqua re, quæcunque illa sit, relinquatur titulo institutionis, satis enim est, quod in aliqua re, vel minima, filius sit honoratus titulo institutionis, & in hoc nemo dubitat.

10 Quid vero si pater in testamento dicat, relinquo filio meo centum, nunquid censebitur relictum iure institutionis, ita vt testamentum sustineatur? Resp. quod non, & ita magis communiter tenetur, vt dicit Alex. in l. humanitatis, post num. 2. vers. Et pro ista. C. de imp. Nam verbum, Relinquo adiectum certæ rei nunquam trahitur ad institutionem, vt dixi infra lib. 7.

11 Sed quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel pro Falcidia, non tamen dicat titulo institutionis, nunquid hoc sufficiet? Respond. in hoc articulo fuit aliquãdo controuersia inter Doctores nam Bart. in Auth. vnde si parens, num. 2. C. de inoffic. testam. tenet, quòd sufficiat, & hanc opin. dicit esse communem Alexand. in d. l. humanitas, num. 4. quem refert Boer. decis. 267. col. 1. Hanc etiam opin. quod scilicet sufficiat pro titulo institutionis, si testator dicat, relinquo centum filio meo pro legitima, vel pro parte sua dicit esse magis communem Alexan. consil. 50. circa fi. lib. 7. Contrariam autem opinionem, scilicet quòd imò non sufficiat tenuit Salic. in d. auct. vnde si parens, num. 4. & hanc opin. dicit esse communem Io. Dilect. de arte testand. lib. 3. caut. 1. nu. 1. in fin. Sed certe credo, quod Io. Dilect. in hoc verum non dicit, quia immo opin. Bart. est verior, & magis cõmunis, & etiam æquior, sufficit enim mentem testatoris apparere, licet verba quandoque non ita aperta esse videantur. Non enim omnis testator, (vt dicunt Doctores) scit dicere hæredem instituo, vel titulo institutionis relinquo, & ab hac opin. tanquam æquiore, & quæ magis fauet testamentis, censerem non esse in practica recedendum.

12 Quid autem, si testator dicat, relinquo filiæ meæ pro dote, nunquid tale relictum substinebitur in vim institutionis? Respondeo, quòd sic, ex quo enim dos est ius vniuersale, vt dixi inf. lib. 4. §. dos. Sequitur quod verbum, Relinquo, illi adiectum, debet importare institutionem, per ea quæ dixi infra lib. 7. Et hanc opi. tenuit Ant. de Butr. in d. c. Raynutius, quam dicit videri veriorem, & communiorem, Ruin. cons. 14. nu. 7. lib. 3. Et ita obseruari attestatur Gul. de Bened. in 1. par. repet. d. c. Raynutius, fol. 229. nu. 275. prout illum refert Apost. ad Alex. cons. 17. post num. 20. lib. 3. Sed re vera Gul. ubi (quod viderim) hoc non dicit quinimo videtur sentire contrarium, dum ait, quod hæc limitatio procedit de æquitate canonica, & quod forte non seruaretur in terris imperij. Bene dicit, quòd secũdum hanc opinionem semper consulerunt Doctores Tholosani & sæpe iudicauit suprema parlamenti curia Tholosana Ego vero non negauerim, quin ista opinio, de iure stricto aliquam pariatur difficultatem, prout etiam multi Doctores contrariam in specie tenuerunt sed fauore testamenti, vbi res ad hunc solum punctum reduceretur, vtrinq; inclinarem in hanc sententiam maximè si esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta.

13 Præterea † quæro, pone, pater reliquit in testamento filio suo centum, deinde adiecit clausulam, quòd nihil vltra petere posset, nũquid eo casu censebitur relictum titulo institutionis? Respond. Bald. in l. si adulta, nu. 2. C. de hæred. actio. tenet quòd sic. Sed in hoc reprehenditur cõmuniter per Doctores, vt dicit Clau. in d. l. inter cætera, num. 22. Nam ex huiusmodi verbis, quæ apposita sunt, vt restringant dispositionem, non debet ipsa dispositio ampliari, vt scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui a testatore expressus non fuit.

14 Vlterius quæro, † quid si testator in testamento dixerit, quòd volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis, *b* nunquid poterit sapiens, cuius dictamine extendendum est testamentum, apponere relicto facto filiis, illa verba, Iure aut titulo institutionis? Respond. Bar. in l. illa institutio, num. 2. & 3. ff. de hære. instit. tenuit, quòd non; & dicit Clau. in d. l. inter cætera, num. 26. in fi. quod eum sequuntur communiter Doctores. Contrariam tamen sententiam, scilicet quòd imò possit, quòd debeat sapiens addere illa verba, Iure institutionis, tenuit Bal. in d. l. illa institutio, post nume. 1. vers. in ead. glo. statuti, & hanc op. dicit esse communem Soc. in cons. 144. nu. 14. lib. 1. Et ita fit de facto, vt attestatur Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de instrum. editio. §. postremo, sub nu. 13. quem refert Imo. in d. c. Raynutius, post nu. 55. Soc. iu. cons. 124. nu. 48. lib. 1. & hæc opi. tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata, tenenda est in practica, vt quantum possibile est, defunctorum voluntatibus sustinendis faueamus; & hæc omnia nota, quia quotidie in facto contingunt.

ADDITIONES.

a Titulo institutionis.] *Obiter pone, Filia in contractu matrimonij promisit renunciare omnibus bonis paternis & marternis consummato matrimonio, quæ tamen non renunciauit. Et tandem pater in testamento certam summam eidem reliquit iure institutionis. An d. filia mortuis patre, & matre, possit agere ad supplementum legitimæ, quòd sic. vi. per Boer decis. 3. qui etiam num. 16. tenet conuentionem factã inter patrem filiæ, & eiusdem filiæ maritum de ipsa postquam eandem ad domum mariti duxerit renunciare faciendo hæreditati paternæ nullam esse, postquam prius haud renunciauerat neq; ipsi marito quicquam obesse. Item an filia instituta vltra legitimã suam & dotem matris, & prohibita plus petere dictante sic statuto, intelligatur exclusa a dote materna in quantitate, non in specie debita, vt per Bal. in l. liberti libertæq; col. pe. C. de ope. li. & quid si dubitatur, dummodo non sit prohibita plus petere.*

b Dictamine sapientis.] *Obiter hic scias quod error † com-*
15 *missus a notario propter consilium sapientis, cui notarius submissus erat in consistentibus in iure, non imputatur notario etiam si falsum commiserit. vi. per Fel. in c. ex literis, col. 5. vers. 6. declaratio de fide instr. sapient. autem*
an

an & quando possit addere, supplere, & declarare, vi. per Cepb. cons. 28. vbi plenè. Giacbar. I. V. C.

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Filius in potestate an possit institui sub conditione potestatiua.*
2 *An sub conditione casuali, vel mixta, vers. Aliqua vero.*
3 *Quid in nepote qui tenet primum gradum, versi. Et hac conclusio.*
4 *An hac locum habeant iure hodierno, vers. Sed quaro.*

1 SVccessiue quæro, † nunquid filius in potestate possit institui sub cõditione? Resp. in hoc proposito pos
2 sunt considerari tres species conditionum, *a* Aliqua enim est conditio potestatiua, aliqua casualis, & aliqua mixta. Potestatiua est, quæ pendet a mero arbitrio ipsius instituti, puta, instituo te si feceris testamentum; & sub huiusmodi conditione potest filius institui, & testamentum non viciatur, neque etiam respectu legitimæ, & ita est communis opinio, vt dicit Alex. in l. cum posthu. in fi. ff. de libe. & posthu. Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere censetur, quasi pure institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacite paternam hæreditatem repudiare, & licet Bar. consilio 198. numero 1. tenuerit, quod hæc conditio reiicitur, tu tamen tene contrarium, scilicet quod talis conditio potestatiua non reiiciatur ab institutione filij, nisi esset contra bonos mores, & ita esse communem op. affirmat Io. Dilec. de arte testandi. tit. 3. cau. 4. nu. 2.

2 Aliqua vero † est conditio casualis, quæ scilicet pendet a casu, siue fortuna, puta, si nauis ex Asia venerit. Item aliqua mixta, quæ partim pendet ab arbitrio ipsius instituti, partim ab alieno, puta; si filius meus duxerit Seiam in vxorem, &c. & sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta non potest filius institui nisi in defectũ
b conditionis exhæredetur, *b* alias testamentum est nullum, tex. est in l. si pater. C. de institu. & substit. & ratio
c est, quia deficiente conditione *c* filius non remanet institutus, neque exhæredatus, & sic tanquam ipso præterito testamentum redditur nullum, & hanc dicit esse communem rationem Iaso. in d. l. si pater numero 8. & seq.

3 Et hæc conclusio † locum habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus, scilicet, quẽ in gradu nemo procedat, nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta hæres institui, nisi in eius defectum exhæredetur, alias testamentum erit nullũ, prout supradictum est de filio in potestate, ita tenet gl. 1. in d. l. si pater, & est communis conclusio, vt attestantur scribentes in dict. l. si pater, & in specie Ias. post nu. 16. ver. in quarta, & Dec. num. 14. Dec. cons. 246. col. 1. in fi. Est enim, & ipse de necessitate instituendus, quando tenet primum locum.

4 Sed quæro, † nunquid hæc conclusio, quæ habet quod filio instituto sub conditione casuali, vel mixta, testamentum est nullum, habeat locum etiam iure hodierno. Dubium autem facit, quia hodie de legitima filii reiicitur omnis conditio, vt dixi supra. § legitima, merito filius debet censeri, tanquam in legitima pure institutus, & sic substineri testamentum? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt doctorum opin. nam antiqui omnes vsque ad Bart. tenuerunt, quod etiam hodie tale testamentum non valeat, & hanc opi. dicit esse communem Soci. consil. 97. post numero 3. lib. 3. & consil. 98. numero 1. eo. vol. vbi enumerat auctoritates; & opin. Bart. qui contrarium tenuit (vt statim subiiciam) communiter improbari affirmat Io. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caute. prima, nu. 2. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod immo hodie tale testamentum sustineatur, tenuit Barto. in d. l. si pater, numero 2. & in l. suus quoque in principio post numero 3. versiculo. Reintro ad glo. ff. de hæred. instituen. & hanc op. dicit esse communem Ias. in d. l. si pater, numero 19. & sequ. Bertrand. consil. 171. numero 2. lib. 1. in 2. parte. & cõs. 166. numero 5. lib. 6. & consil. 245. numero 2. eod. volum. Gratus consilio 112. numero 3. lib. 2. Apost. ad Ba. in d. l. pater, sub nu. 2. & dicit Paul. de Cast. in d. l. suus quoque in princ. nu. 1. & in fin. quod opin. Bart. communiter tenetur dicit etiam ibi Pau. de Cast. sed non in libro meo, quod ita seruat totus mundus, prout illum refert Alexan. in d. l. si pater, nu. 9. & Cor. cons. 301. in litera F. lib. 4. Hanc etiam opin. Barto. magis communiter obseruari attestatur Corne. cons. 114. in prin. li. 4. Tu ergo quidquid dicunt alij, tene opin. Bart. tanquam magis communem, & veriorem, per text. in l. scimus. § cũ autem, C. de inoffi. test. quam Barto. ad hoc propositum eleganter induxit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenẽtes contrarium. Cum etiam hæc op. sit æquior, & foueat testamenta, & adsint tot Illustres Doctores affirmantes illam in practica communiter obseruari, non puto esse ab ea in consulendo, aut iudicando recedendum.

ADDITIONES.

a Tres species conditionum.] *Hic cadit pulcherrima dubitatio, An institutio hæredis per patrem testatorem facta hoc modo, videlicet, Casu quo A. stare nollet cum B. & C. fratribus suis. seu alij eius fratres nollent stare, & habitare cum prædicto A. dicatur facta in pœnam priuationis, vel resoluat in cõditionali dispositione; quod non dicatur facta in pœnam priuationis. sed sit conditionalis dispositio, commune vide per Soc. cons. 21. colum. 1. vol 3 quod dixi etiam in collecta mea comm. opi. verbo instit. num. 3.*

b Exhæredetur.] *Et istam regulã quod filius haud possit institui a patre sub conditione casuali nisi sub contraria exhæredetur cum suis ampliation. atque limitation. vide per Due reg. mihi 368 in vol. diuer Et in institutione conditionali, scias hic, quod non transmittitur ad hæredes moriente instituto ante impletã conditionem gl. est cõmuniter, approbata in l. vnica C. de his qui ante aper. tabu. vt attestatur Cran. in cons. 58 sub nu. 15 quod etiam dixi in colle. mea com. opi. in verbo institu. 10 nu. 7.*

c Filius non remanet institutus.] *Item quod filius haud censeatur institutus per conditionalia verba ab ipso testatore prolata, ut si sic dixerit, si filius meus me viuente moreretur, nepotem instituo, cõmune dixi in collec. mea commun. opin. in uerbo filius, sub nu. 35. vi. ibidem.*

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Filium posse ex causa a patre exhæredari.*
2 *Quid si illum exhæredet nulla inserta causa, vers. Aliquando enim.*
3 *Quid si sit inserta, sed illegitima, versiculo Aliquando vero.*

Quid

4 *Quid si sit legitima, & probatur ab hærede, vers. Quandoque pater.*
5 *Quid si non probetur, vers. Aut talis causa.*
6 *An quæ dicuntur de exhæredatione, locum habeant in testamento militis ver. Sed quæro.*
7 *An in filio emancipato, vers. Item quæro.*
8 *An in legitimato, vers. Vlterius quæro. Remissiue.*
9 *An in filia per statutum exclusa, versic. Quæro etiam Remissiue.*
10 *Exhæredationis causæ non sunt adiuuandæ.*
11 *Exhæredatio debet esse pura.*

DIctum est in patris testamento necessariam esse filij institutionem, ad hoc vt testamentum ip-
1 sum valeat. Scire tamen † debes, quod potest etiam
a ex causa *a* filius a patre exhæredari, *b* & ideo dummo-
b do filius in testamento reperiatur, vel institutus, vel exhæredatus sustinetur testamentum. Vt autem perfectè intelligas hanc materiam exhæredationis liberorum, quam doctores diuersimode explicant, & scias, quando testamētum propter exhæredationem reddatur nullum, vel inofficiosum, & consequenter in casibus hodie sit locus quærelæ, consideràndi sunt nonnulli casus.

2 Aliquando † enim (& iste est primus casus) pater exhæredat filium nulla inserta causa, & hoc casu testamentum est ipso iure nullum, & sic non est opus querela ad illud rescindendum, & hæc est communis opi. vt dicit Imo. in l. 1. nu. 6. & 7. ff. de testa. & in l. filio præterito, post nu. 30. ff. de iniusto rupto. Curt. in authen. ex causa, nu. 41. C. de lib. præt. & dicit Ias. in d. auth. ex causa, post num. 18. quod in hoc nemo contradicit. Ex quo enim per dispositionem. §. aliud quoque capitulum, in Auth. Vt cum de appellatio. cognos. cautū est, vt in exhæredatione nominatim causa inseratur, merito non inserta causa, & sic non seruata forma a lege tradita actus remanet ipso iure nullus; & in hoc non est controuersia apud Doctores.

3 Aliquando † vero in exhæredatione est inserta causa, & tunc aut causa inserta non est ex causis legitimis, ex quibus pater potest filium exhæredare, puta, quia dicat, exhæredo filium meum, quia noluit dare operam literis, vel huiusmodi, & tenendum est, quod etiā hoc casu testamentum sit ipso iure nullum, & consequenter, quod non sit opus querela. Paria enim sunt quid non fieri, vel minus legitimè fieri, neque potest dici seruatam esse formam a lege traditam, ex quo talis forma laborat vitio visibili repugnante ipsi legi, & ita communiter tenetur, vt ait Imo. in l. 1. nu. 6. ff. de test. & in d. l. si filio præterito, nu. 30.

4 Quandoque † pater in exhæredatione, causam legitimam ponit, & tunc est etiam distinguendum. Aut. n. talis causa est vera. quia scilicet hæres institutus probat illā esse veram (& hic est tertius casus) & tunc valet exhæredatio, & frustra tractamus, an hoc casu sit locus querelæ, quia cum testamentum valeat, & exhæredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela si per filium proponeretur.

5 Aut talis † causa inserta non probatur ab hærede (& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exhæredatio, ex quo non laborat defectu formæ a lege traditæ, sed potest deinde per quærelam testamentum ipsum, tanquam inofficiosum, rescindi, & hæc conclusio est clara, & per omnes approbata, vt dicit Curt. iun. in d. Auth. ex causa, post nu. 42. ver. Alias duas. Et ita communiter teneri attestatur. Imol. in d. l. 1. nu. 6. ff. de test. Corn. cons. 158. in litera T, la prima, lib. 3. & cons. 225. in litera E, libro 3. Hanc etiam dicit esse communem Alex. in d. Auth. ex causa numero 2. Ias. in d. Authē. ex causa, post nu. 18. Et sic nota, quod ad hoc, vt exhæredatio valeat, duo necessario requirūtur. Primum, quod causa legitima nominatim inseratur in testamento. Secundum, quod ipsa causa ab hærede probetur, & hanc dicit esse communem conclusionem Curt. iun. in Auth. non licet, nu. 17. C. de li. præte. & hic habes casum, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamē
d non debet probari, *d* de quo tamen articulo, vide quæ dixi infra lib. 7. §. probat. Sufficit enim filio si dicat testamentum paternum, in quo ipse est exhæredatus, esse inofficiosum, & causam ipsam exhæredationis nō fuisse veram, nam si hæres non probauerit illam esse verā exhæredatio non valebit, & consequenter testamentū ipsum corruet tanquam a demente, & insano conditū. Hoc tamen quod dixi secundum communem opi. exhæredationem non valere, nisi causa probetur, intellige, vt procedat quantum ad hoc, vt exhæredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur, nam ad hoc, vt mero iure valeat, sufficit, quod causa ipsa legitima nominatim inserta sit, licet non probetur, ita dicit gl. in l. 1. in gl. 1. in fi. ff. de test. & est communis sententia, vt dicit Aret. in ead. l. 1. col. 3. vers. in ead. glo. ibi & col. 4. vers. Sed consequenter.

Neque putes modicam vtilitatem in hoc versari, an scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum, an autem sit impugnandum per querelam, quia hæc differentia maximi est effectus. Si enim testamentum est nullū, filius habet spatium 30. anno. ad dicendum ipsum nullum. Communis est enim conclusio, quod ius dicendi nullum minore temporis spatio non præscribitur, vt dixi infra lib. 7. §. Præscriptio. Si vero testamentum valet sed est per querelam rescindendum, certum est, quod querela non durat nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

6 Sed quæro, † nunquid hæc conclusio, quæ habet, quod iniuste exhæredatus, possit testamentum paternum rumpere per querelam inofficiosi, habeat locum etiam in testamento militis? Resp. quod quidquid esset de iure antiquo, hodie proculdubio etiam contra testamentum militis, habet locum querela, ita tenet glo. in l. fi. in verbo, Testamenta, C. de inoffic. testa. & est communis opi. vt dicit Alex. in l. centurio, nu. 50. ff. de vul. & ideo si pater miles testans de bonis castrensibus prætereat vel sine causa exhæredet filium in potestate, hodie eius testamētum subiacet querelæ, & hanc dicit esse communem opi. Imo. in d. l. filio præterito, nu. 32. in fi. ff. de iniusto rupto. Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 5. Bauer. in §. illis autem, nu. 17. Insti. de test. milit.

7 Item quæro, quid in filio emancipato, an & ipse, si sine causa, vel cum causa, quæ deinde non probetur fuerit exhæredatus, poterit dicere testamentum nullum, vel illud per querelam inofficiosi rescindere? Respon. quod sic, nam hodie quo ad exhæredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate, nulla est differentia, & hæc est communis opinio, vt attestatur Curt. iun. in d. auth. ex causa, nu. 42.

8 Vlterius † quæro, quid in legitimato, dixi infra quæstio. 84.

9 Quæro etiam, † quid in filia per statutum exclusa, dixi infra quæst. 42. vers. Item quæro.

ADDITIONES.

a Ex causa.] *Et quod testamentum, in quo filius est exhæredatus cum causa legitima expressione valeat, commune dixi in collecta mea commun. opin. verbo testamentum nume. 8. Item ex causa exhæredari. Hic scias exhære-*
10 *dationis † causas nunquam esse adiuuandas l. cum quidam.*

dam.in fin.ff.de lib.& posthum.& habetur etiam,per gl. in §. pœnales in verbo, in ius vocasset. Instit.de actionibus.

b Exhæredari.] *Aduerte quod exhæredatio debet esse pura, alias si sit sub conditione haud valet hanc commu nem cum suis ampliationibus atque limitationibus remissiue, vide per Duen.regu.mihi 278. vt etiam dixi in collecta mea commu.opin.in vers.exhæredatio, nu.1.vbi etiam posui quomodo accipiatur illud dictum S. August. dicentis, qui volunt filium exhæredare atque ecclesiam instituere, alium quærant consultorem quam Augustinum.*

c Exhæredatione.] *Quid si in vno testamento institutus sit Titius, & in alio exhæredatus? quod non valet talis exhæredatio decidit Ang. Aret. in §.1. Inst.quib.mod. test.infir. nu. 4. Et quid si conferatur exhæredatio vel priuatio hæreditatis post ius quæsitum, puta testator instituit Titium hæredem suum, qui si testatoris vxorem molestauerit in tali delicto, priuatur eius hæreditate, vide & dic, vt per Ang.de Aret. vbi supra num.5. Et quid si in eodem testamento testator instituit filium suum.& in eo. testamento sub conditione exhæredauit, quod valeat testamentũ, & sub contraria conditione censeatur institutus, dicit Ang. Aret.eod §.1.numero 3. Item an exhæredari possit filius nubens inuito patre, vel alimentis priuari, vide per* Rimi.Iun.*in consi.133.*

d Non debet probari.] *Olim quidem tenebatur filius exhæredatus agens de inofficioso probare testamentum inofficiosum & sic an sine causa fuisset exhæredatus, hodie vero secus, cum magna sit præsumptio pro filio aduersus patris exhæredãtis testamentum, quæ in hæredẽ transfert onus probandi causam exhæredationis fuisse iustam, vt tradit Dilec. lib. 1. pract. quæstio. c. 6. & dixi in collecta mea comm.op.in verb.exhæredatus. Giacbar.I.V.C.*

QVAESTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint causæ in iure expressæ, propter quas filias possit a patre exhæredari.*
2 *An propter alias similes, vel maiores expressis, vers. Sed quæro.*
3 *An propter iniuriam verbalem patri illatam, vers. Sed an propter.*
4 *An ex eo, quod filia sine patris consensu alicui nupserit, vers. Sed quid si filia.*
5 *An eo casu teneatur pater illam dotare, versic. An autem* Remissiue.
6 *An ex eo, quod filius vasalli dominum offenderit, vers. Item quæro.*
7 *An si pater sit prodigus, poterit mater filiũ exhæredare, ne patri quæratur vsusfructus, vers. Quæro etiam.*
8 *Quid si filius post commissam ingratitudinis causam factus sit furiosus, nunquid poterit adhuc a patre exhæredari, vers. Præterea quæro.*
9 *An secundum ius nouissimum possit filius posthumus a patre exhæredari, versic. Vlterius quæro.*
10 *Filius ob quas causas potest parentes exhæredare.*
11 *Filia clam contrahens matrimonium an possit exhæredari.*
12 *Ingratitudo quando reuocetur.*

SVperiori quæstione diximus nõ posse filium a patre nisi ex causa legitima exhæredari. Nunc videndum

1 est † quæ sint illæ causæ, propter quas filius potest à patre exhæredari, & de hoc habemus tex. in §. causas in auth. Vt cum de appell.cognosc. vbi enumerantur 14.

a causæ *a* ingratitudinis, propter quas potest pater filium exhæredare.

2 Sed quæro, † nunquid filius possit tantum propter illas 14. causas, vel aliquam earum exhæredari? Respon.

b quod potest etiam exhæredari ex alijs causis, *b* quæ sint similes, vel maiores illis 14. expressis, puta, quia fuerit proditor patriæ, vel huiusmodi, ita dicit Guliel. de Cun. in Auth. non licet. C.de libe.præt. & est communis conclusio, vt dicit Alexand. in d. Authen. non licet, numero 4. Guliel. de Bened. in prima parte reper.capit. Raynutius, folio 211. numero 19. Iason. in dicta Auth. non licet, nu.6. quem refert Cur.Iun. ibi, post nume.23. versic. circa istud, & Grat. in consilio 115. nume.19. lib. 2. Cur.Iun. consilio 182. nu.10. & Ripa. in rub. de iud. nume.20. & licet disputando multa dici possent tamen in practica non esse ab hac opinione recedendum.

3 Sed an propter iniuriam verbalem tantum sibi illatam poterit pater filium exhæredare? Respond. quod sic, si sit grauis iniuria, puta, quia illum appellauerit proditorem, vel huiusmodi, ita tenet Io. And. in c. fin. colum. penul. in princ. de donat. & est communis conclusio, vt attestatur Cur.Iu. consilio 148. numero 1. Grauis enim iniuria verborum æquiparatur verberib. præcipue illata patri, cui iure diuino, & humano summus honor, summaque reuerentia debetur.

4 Sed quid si filia sine patris consensu alicui nupserit, nunquid poterit pater ob eam causam illam exhæredare? Respond. quod non, nisi etiam turpiter; & obscene viuat, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Abbas in capit. primo numer.5. de despons. impube. quem refert Ias. in l. secunda § quod si in patris, post numerum 28. versiculo. Quid tenendum, ff. solu. matrim. Et hanc opinionem dicit esse communem Bertrand. cons. 261. nu.9. & 10. lib. 1. in 2. parte.

5 An autem teneatur pater dotare *c* huiusmodi filiam,
c quæ sine ipsius consensu alteri nupsit, præsertim quando nupsit viro indigno, dixi infra lib.4. §. do s.

6 Item quæro, pone quod filius vasalli offendat dominum, nunquid poterit ex ea causa vasallus ipsum filium suum exhæredare? Respond. quod non, ita dicit Bal. in c. Imperialem, & insuper, post numerum 1. versic. Item nunquid, de prohib. feud. alien. per Frid. quem cæteri Doct. sequuntur, vt dicit Iac. de feud. in verbo, Dictique vasalli, el primo, nume. 8. Hæc.n. causa non reperitur posita inter enumeratas ab Imperatore in dicto §. causas. Sed hæc ratio Bald. mihi non satisfacit, quia etiã ex causa non expressa, modo sit maior, aut similis expressis, potest filius exhæredari, vt dixi supra, vers. Sed quæro. Opi. tamen Bal. tanquam tutior tenenda est, quia hæc causa re uera non est, neque similis, neque maior expressis.

7 Quæro, etiã quid si pater sit dilapidator, & prodigus nunquid poterit mater ex ea causa filium exhæredare, ne scilicet hæreditas quæratur patri, saltem quo ad vsumfructum, & ab eo dilapidetur? Respond. quod sic, dummodo instituat aliquem alium, qui postquam filius sit effectus sui iuris, ei hæreditatem vna cum fructibus restituat; ita dicit Gul. de Cun. in d. authent. non licet, cuius opi. communiter tenetur, vt ait Gul. de Benedict. in 1. parte reper. cap. Raynutius fol. 211. numero 18. Talis enim exhæredatio censetur facta bona mente, & ad beneficium ipsius filij, merito sustinetur.

d Sed pone, filius commisit *d* aliquam ingratitudinis causam, propter quam iure ac merito poterat a patre exhæredari, deinde correptus est furore, nunquid

talis

talis filius postquam factus est furiosus, poterit a patre
exhæredari ex illa causa ingratitudinis per eum ante
furorem commissa? Respon. quod sic, ita tenet Bart. in l.
* ex facto, nu. 19. ff. de vulgar. & est communis opin. vt
dicit Iason in dicta l. ex facto, post numerum 29. Quæ
tamen opin. mihi semper visa fuit dura, videmus e-
nim, quod furiosus non potest puniri pro delictis an-
te furorem commissis, vt dixi infra libro 5. §. fin. quæ-
stio. 60. vers. Item quæro, & licet aliqui dicant, quod
potest puniri pœna pecuniaria, licet non pœna corpo-
rali, ego tamen contrarium credo esse verius, vt ibi di-
xi, & ad l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furio. &
similes quæ allegantur pro communi opinio. quod pos-
set forte responderi, quod ad sui beneficium, vel nepo-
tum ex eo genitorum, vtique potest furiosus exhæreda
ri, vt simul dixi supra versiculo. Quæro etiam, nun au-
tem in eius odium, & ita aliquando dicebam aperte
colligi ex l. penult. §. & maxime. ff. de cura. fur. & si ca-
sus contingeret de facili inclinarem in hanc sententiam
quæ mitior est, & æquior.

8 Præterea quæro, † Pone, filius post commissam cau-
sam ingratitudinis, propter quam poterat à patre iuste
exhæredari, egit viuo ipso patre pœnitentiam ante te-
stamentum ab eo conditũ, nunquid poterit ex illa causa
e postea à patre exhæredari? *e* Resp. quod non, ita dixit Alex.
in l. *1*. post numerum 35. ff. solu. matr. & est singularis
& noua decisio, & communiter approbata, vt ait Con.
in verbo, Filiustam. qui à patre, & licet in puncto iuris
non transiret, sine difficultate, esset tamen tenenda in
practica, quia mitior est, & fauet successioni filiorum,
cui iudicio meo in dubio semper est fauendum.

9 Vlterius quæro, † nunquid secundum ius nouissi-
f mum, posthumus *f* possit à patre exhæredari? Resp.
quòd non ita tenet glo. in l. maximum vitium in gl. pen.
C. de lib. præter. & est communis opin. vt dicit Zuccar.
in repet. l. posthumo, nu. 29. C. de contratab. Cum enim
posthumus non potuerit aliquam ingratitudinis cau-
sam committere, necessario fatendum est, illum à patre
exhæredari non posse.

ADDITIONES.

a Vbi enumerantur xiiij. causæ.] *etiam de istis causis
habetur, & per gl. in c. Quinta vallis. de iureiur. quæ qui-
dem causa omnes procedunt inuito filio, vt per Ias. qui
alios concor. citat in l. non licet, col. fin. ff. de liber. præter.*
10 *Et econuerso septem † causas ingratitudinis ob quas
potest filius parentes exhæredare similitere vide per Iaso.
in additio. ad Porc. in §. 1. in fi. Institut. de exhæred. liber.
Verum aduerte, quod reuocatur ingratitudo præcedens
per subsequentem notabilem gratitudinem, ita vt am-
plius exhæredationi haud est locus, per Ias. in l. ex hoc iu-
re nu. 70 ff. de iustit. & iure doct.*

b Ex alijs causis.] *Adde quod potest exhæredari filius
etiam, qui patrem infirmum non bene curat, vel ad per-
fectionem, vt quia aut medicum, quem habere potuit haud
conduxit, vel si conduxit haud conduxit bonum, cum bo-
num, & peritum medicum habere potuerit: idem si ei ali-
menta denegat petita eum alere eum potens teneatur, de
istis causis vide per Ange. de Aret. in § alio quoque, sub
num. 4. Insti. quib. mod. testa. infir. qui nu 5. tractat an &
quando filius ingratus valeat capere hæreditatem patris,
qui illum instituit hæredem.*

c Dotare.] *Quòd sic. Ange. de Aret. in §. 1. Instit. de nupt.
num. 5.*

d Commisit.] *Nunquid filia clam contrahens † matri-
11 monium possit à patre exhæredari? quod sic, vide per
Duen regu. mihi 373. & hoc adde de auth. sup. eo. in vers.
sed quid si filia.*

e Exhæredari.] *Et quod reuocetur præcedens ingratitudo
per subsequentem notabilem gratitudinem dixi supra.*

f Posthumus.] *Sed quid si exhæredatio simpliciter facta
sit de posthumis, an comprehendat posthumos ex futuro
matrimonio? vide & dic vt per Aug. de Aret. in §. post-
humi. Instit. de exhæreda. lib. nu. 3. Castrens. consi. 28.
Giachar. I V. C.*

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 HAbes ergo ex præmissis quæstionibus conclusio-
a nem quod † testamentũ in quo filius *a* est præteri-
b tus, *b* est ipso iure nullum, & de hoc est tex. ex-
pressus in l. inter cætera, ff. de liber. & posthu. & intelli-
c ge *c* præteritum eum, qui in testamento non est insti-
tutus, neque nominatim exhæredatus; etiam quòd de
eo in testamẽto esset alio modo facta mentio dicit Bart.
in Auth. ex causa, nu. 10. C. de liber. præter. & est com-
* munis opi. vt ait Cur. Iun. in d. Auth. ex causa, post nu.
36. vers. Circa primam, dixi supra q. 38. in princ. Cum
enim lex requirat pro forma, quod filius nominatim sit
institutus, vel exhæredatus, vt dixi supra quæstio. 38.
merito quando est præteritus, ex defectu formæ testa-
mentum ipsum corruit, & hæc est communis ratio, vt
dicit Porc. Instit. de exhæred. liberor. in princ. num. 3.
in fine.

2 Et hæc † quidem conclusio sine controuersia proce-
d dit in filio in potestate, *d* nam eius præteritio procul-
dubio reddit testamentum omni iure nullum, d. l. inter
* cætera, & est communis opinio, vt attestatur Ias. in l. 3.
§. fin. post nu. 12. versic. 2. limitat. ff. de lib. & posth. & in
2 hoc nemo dubitat. Sed quid † in emancipato? Respon-
deo quòd in hoc proposito maxima est differentia inter
filium in potestate, & emancipatum, nam si filius eman-
cipatus sit præteritus sine insertione causæ, testamentũ
etiam de iure ciuili est ipso iure nullum, si vero sit præ-
teritus cum insertione causæ, valet testamentum mero
iure sed potest per bonorum possessionem contra tabu-
las impugnari, ita dicit glo. quæ in hoc proposito repu-
tatur singularis, in §. exhæredatos, in verbo, Noluit in
Auth. de hæred. & Falcid. quam dicit esse communiter
approbatam Ias. in d. auth. ex causa, post. nu. 8. vers. An
autem quando. C. de liber. præter. Crot. in repet. l. Gal-
lus. §. & quid si tantum, nu. 102. Dec. in l. sicut certi, nu.
17. C. de testa. mil. Rim. in d. l. sicut certi. nu. 4. & dicit
Alex. in d. l. sicut certi. n. 14. quòd ita communiter con-
cluditur. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alex.
consil. 161. numero 1. lib. 2. Si vero filius in potestate
patris constitutus sit in testamento præteritus, si-
ue præteritio facta sit cum insertione causæ, siue si-
ne, semper testamentum est ipso iure nullum, vt dicit

glo.in d.§.exhæredatos,superius allegato,& est cōmunis conclusio,vt ait Curt.Iun.in dicta Auth.ex causa, num.37.& in d.Authent.non licet,num.14.C.de lib. præter.

3 Bene verum † est,quod hoc vltimum nō procedit in
f milite, *f* in illo enim est speciale, vt possit filium cum causa præterire,& talis præteritio pro exhæredatione habetur,si vero prætereat sine causa etiā testamentum militis annullatur,& hæc est cōmunis opi. vt dicit Ias. in l. si cum vel in vtero, quam legit cum l.præcedenti, post nu.8.vers.Quid tenēdum.C.de testam.milit.Dec. in d.l.si cum vel in vtero,nu.5.Ripa,in l.Cētutio,post nu.42.ff.de vulg. Vtilitas autem, quæ resultat ex hac quæstione an scilicet competat ius dicendi nullum,vel bonorum possessio contratabulas, posset esse maxima, quia ius dicendi nullum durat 30.ann.vt dixi inf.lib.7. §.præscriptio. Contratabulas autem durat solum per annum vt est in iure notissimum.Neque prædictis obstat, quod iure hodierno sublata sit differentia emancipationis,& patriæ potestatis,quia licet sublata sit ab intestato,non tamen est sublata ex testamento,vt dixi supra lib.2.§.filius.

4 Sed quid † in filijs naturalibus,nunquid si sint præteriti,vel iniuste exhæredati, poterunt dicere testamen-
g tum nullum,vel contratabulare? *g* Resp.quòd nō,quia filij naturales non admittuntur contra voluntatem patris, ita dicit glo.in l.1.in verbo, Naturales, ff.de bon. poss.contratabu.quæ est cōmuniter approbata, vt attestatur Natt.in repet.dicto §.ex imperfecto, num.72. in fine.

5 Sed quarto,† quid in filio legitimato, *h* nunquid etiā
h illius præteritione testamētum reddatur ipso iure nullum? Resp.quòd sic,vt dixi inf.q.84.

6 Item quæro,† quid in filia fœmina? Resp.quod etiam ipsius præteritione testamentū annullatur,ita est communis opin. vt dicit Corn.cons.62.col.2.in litera G.lib. 2.Ias.cons.113.nu.1.lib.1.est enim iure hodierno sublata sexus differentia,l.maximū vitium,C.de lib. præter. cum similibus.Quæ quidem cōclusio de plano procedit,secundum meros terminos iuris cōmunis.Sed quid si adsit statutum excludēs filias fœminas a successione extantibus masculis prout est cōmuniter per totam Italiam, nunquid stante huiusmodi statuto, filia præterita à patre poterit testamētum paternum impugnare.Hæc
i est ardua quæstio, *i* & quotidie contingens in practica in qua Doctores multum varie loquuntur.Tu vero omissis disputationibus, scias, quod in hoc proposito considerari possunt duo casus. Primus casus est, quando masculi,vel agnati, propter quos ipsa fœmina a statuto excluditur,sunt instituti hæredes in testamēto paterno,& hoc casu tenendum est quod talis filia à statuto exclusa nō potest,si sit præterita à patre in testamento,illud impugnare, neq; per ius dicendi nullum, neq; per bonorū possessionem contratabulas;& hæc est magis cōmunis opin.vt dicit Paul.de Cast.cons.96.circa princ.li.2.Alex.in l.filiæ dotem,nu.6.C.de col.& in l. Gallus,§.& quid si tantum, post numerum decimumsextum, versiculo primo, casu, & consil.47. num. 9.lib.2.quem refert Dec.consil.261.columna finali, in principio, & Vantius, de nullit.in tit.fin. num.20. Aretin.consil.149. post nu.20. vers.venio ad vndecimum, quē refert Dec.consil.196.num.primo, in fin. Ias.in authent. nouissima, num.57.C.de inoffi.testa. & in dicta l.Gallus, §. Et quid si tantum, numero 58. Cœpolla.cons.ciuili.52. num.3. Afflict.decis.158. nu.6.Dec.in d.l.filiæ dotem,nu.4.& cons.105.nu.1.& cons.505.nu.1.Porc.Instit.de exhæred.lib.§.fi.nu.9. Clau.in d.§.& quid si tantum,post nu.21.Brun.de statu.exclu.fœm.in 10.articulo,quæst.4.Cror.in repet.d. §.& quid si tantum nu.109.& licet Ang.in d.l.filiæ dotem,tenuerit, quod potest filia expectare, quod adita sit hæreditas,deinde venire per contratabulas, tamen illa deci.Ang.communiter reprobatur, vt attestantur Doctores supra allegati, & pro hac communi opin. duo fundamenta fortissimè stringunt,quæ tamē in effectu reincidunt fere in idem.Primo clarum est quod cui non debetur legitima, non potest impugnare testamentum, ita communiter tenetur, vt dicit Corne.cons.40. in litera I, lib.3. Sed filia exclusa à statuto, non potest petere legitimam,neque eius supplementum, secundum opi.magis communem quam ego etiam tenui sup.l.1.ergo, &c. Secundo facit, nam iura veniendi contra testamentum, communiter regulantur à iurib. succedendi ab intestato, ita communiter tenetur, vt ait Cor.cons.1.colum.penul.vers. Et maximè.li.2.& cons.199.in litera D,lib.3.& est communis conclusio vt dicit Corn.consilio 57.in litera D.li.2. Qui ergo est exclusus à successione ab intestato,est etiam exclusus à successione contra testamentum, ita tenent communiter omnes legendo,& consulendo, vt dicit Corn.cons. 126.in prin.lib.2. & ita communiter teneri attestatur Imo.in dicto §.& quid si tantum, quem refert Corne. consil.291.in litera E.lib.4.Corn.cons.107.in litera E, libr.2.& consil.116.colum.1.in litera E,eod.vol.& est communis opi.vt dicit Gratus cons.21.nu.6.& seq.lib. 1.& in specie de contratabulas,quod exclusus à successione intestati, non possit contratabulare, quando est institutus ille,qui ex causa exclusionis, dicit communiter concludi.Corne.consilio 40.in litera G,lib.3.& hoc siue institutus adierit,siue non,& ita esse communem opinion. attestatur Corn.in d.consilio 107.in litera F. lib.2.& consil.290.in litera A,lib.3.Merito igitur hæc filia, quæ ab intestato non potest venire ad successionem pariter etiam censeri debet exclusa à successione contra testamentum, & hic casus minus habet difficultatis.Secundus est casus, quādo in testamento sunt instituti hæredes extranei, non autem illi masculi, vel agnati, propter quos fœminæ a statuto excluduntur, & hoc casu doctores multum variant. Videtur enim cessare ratio ipsius statuti, quæ est causa familiæ, & agnationis conseruandæ, vt dixi in loco præall.& fauor ipsorum masculorum, vel agnationis, ad quorum beneficium est facta dispositio statuti,& ideo multi tenuerunt, quod dispositio statuti excludentis fœminas extantibus masculis, recipiat hanc interpretationē, vt procedat,dummodo illi masculi sint hæredes,tempore quo agitur de exclusione ipsarum fœminarum,de quo tamen ibi latius dixi. Et hæc opinio prima facie videtur habere in se maiorem æquitatem,& illam dicit esse communem Berous in c.Rayn.post nu.227.referens Alex.& Soc.dicentes, quod illam tanquam veriorem, & magis æquam secuti fuerunt Doctores communiter. Contraria tamen opinio, quod scilicet etiam hoc casu filia nō possit impugnare testamentum paternum, aliquando mihi magis placuit, & nonnulli ex Doct. supra allegatis in primo casu indistinctè affirmant magis cōem opin. Doctorū esse, quod non possit impugnare testamentum, neq; distinguunt an masculi sint instituti, vel ne. Statutum enim ad exclusionem fœminarum considerauit tantum existentiam masculorum, & sic illa sola sufficere debet ad eas excludendas. Non tamen potest negari, quin passus sit arduus, & periculosus.

ADDITIONES.

a Filius.] *Quid de nepote? Dic quod testamentum † præ-*
7 *teritione nepotum est nullum, non obstante clausula codicillari, vt dixi in collect.mea communiū opinionum.*

verbo,

verbo testamentum.nu.12.

b Est præteritus.] *Hic scias quod sicut est triplex institu-*
8 *tio †, ita est triplex, præteritio atque triplex exhæreda-tio. Vide de his per Ange. de Aret. in §.fi. Inst. de exhær. liber. Et de testamento nullo ratione præteritionis, vide Rim. Iun. 95.98.*

c Intellige præteritum,&c.] *Idē dic si aliquid relictum sit filio vel filiæ alio titulo quam institutionis. quia etiam dicitur præteritus. vide de his etiam per Dec. in cōs. 105. colu. 1. per l. ita tamen. §. qui rogatus. ff. ad Tre. & prætera quæ tradunt Ang. Bal. Ro. Sign. & c. quæ haud transcribo, ne margo nimis oneretur, illos ideo videto.*

d In filio in potestate.] *Sed quid è conuerso, † si pater sit*
9 *præteritus vel exhæredatus à filio vi. per Ang. de Aret. in §.fi. sub nu. 4. Inst. de exhær. liberorum.*

e In emancipato.] *Vid. etiam istam distinctionem totam per Angel. Areti. in §. sed hæc quidem. Insti. de exhæred. liber. sub nu. 3.*

f Procedat in milite.] *Vide per Angel. de Areti. qui declarat & distinguit tempora; An scilicet sint in expeditione armo. in castris aut haud sint in actu belli. in §. sed si in expeditione. Inst. de exhære. liberor.*

g Vel contratabulare.] *Idem de filijs naturalibus tantū emancipatis, qui non admittantur ad contratabulas, vide per Ang. de Aret. in §. adoptiui. in fi. vbi assignat rationem. Insti. de exhæred. liberor.*

h In filio legitimato.] *Obiter hic quæro, nunquid filius*
10 *† legitimatus, & quoad originem, & quo ad honores & quo ad dignitatem sequatur conditionem patris, qui fecit ipsum legitimari? quod sic ex quo legitimatio facit ipsum haberi in omnib. pro legitimato, habetur per Ange. de Areti. in §. sed si quis, sub numero tertio, institu. de iure perso.*

i Hæc est ardua quæstio.] *Vide de ea per Dec. cōsil. 505. in 1. dub. vbi tenent testamentum nullum esse, in quo filia in potestate præterita fuit, & de ista communi dixi etiam in collect. mea com. opi. in verbo testamentum nu. 4. Ad-*
11 *de quòd † testamentum præteritione nepotum, videtur nullum non obstante clausula codicillari, communē etiam dixi ibid. nu. 12 & 13. magis communem, etiā dixi, quòd testamentum nullum præteritione filij sustinetur in vim fideicommissi per clausulam codicillarem. Et nu. 35. communem similiter dixi, quod testamentum maternum defectu præteritionis haud reddebatur nullum ante ius Authenticorum. Hodie verò quid, vide inf. q. 47.*

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, in quo filius est præteritus, an sit nullum etiam de iure prætorio.*
2 *Et an sit ipso iure nullum, prinsquam impugnetur à filio præterito, ver. Successiue quæro.*
3 *Quid si filius ipse præteritioni consentiat versi. Sed quid si ipse.*
4 *Nunquid hæc approbatio præiudicat alteri ex filijs, qui forte in minori parte fuerit institutus, versic. Sed pone.*

NVnc prosequendo materiā, Quæro an hæc con-
1 clusio, quæ habet † quod testamentum, in quo filius reperitur præteritus, est nullum, habeat locū non solum de iure ciuili, sed etiam de iure prætorio? Re-
* spond. Glo. in multis tenuit quòd huiusmodi testamētum valeat de iure prætorio. Sed in cōtrarium est ma-
* gis communis opi. vt dicunt scribentes in d. l. posthu. C. de contratab. & in specie Ias. nu. 28. & Dec. nu. 11. & Cur. Iun. 50. & seq. & Zuccard. nu. 114. Neque obstat quod de iure prætorio aduersus tale testamentum detur bonorū possess. contratab. quæ est remedium rescissorium, & sic videtur præsupponi validitas testamenti, ex quo illud quod nullum est rescindi nō potest. Quia, hoc casu contratab. potius ad declarandum testamentum nullum, quam ad illud rescindēdum. & satis dicitur illud de facto rescindere, quatenus de facto processit, & hæc est communis solutio vt dicit Cur. Iun. in d. l. posthumo, circa nu. 56. Vtilitas autē huius quæstionis est maxima, quia si testamentum esset validum de iure prætorio, non posset aliquis venire per bonorum poss. ab intest. puta, vnde liberi, vel similes, nisi prius testamentum rescinderetur; secus autem præsupposito, quod testamentum etiam de iure prætorio sit ipso iure nullum secundum magis communem opinio. cum qua etiam transeo, licet Doctores multa disputando cōgerant in d. l. posthumo, quæ in practica parum, vel nihil valent.

2 Successiue † quæro, an tale testamētum in quo alius reperitur præteritus, sit ipso iure nullum antequā impugnetur ab ipso filio præterito? Resp. quod sic, & est cōmunis opinio, vt dicunt scribentes in d. l. posthumo, & in specie Alex. nu. 16. in fi. & Ias. nu. 23. & seq. & Cur. Iun. post nu. 45. & Rim. nu. 5. & Zuccar. nu. 84. & seq. Alex. in l. si filius, qui in potestate, nu. 1. ff. de liber. & posthum. Gul. de Benedic. in prima par. tepe. c. Rayn. fol. 191. nu. 96. Vtilitas autē huius conclusionis potest esse maxima, quia si vnus ex filijs sit præteritus, & alij inæqualiter instituti poterit ille cui minus quā alijs relictū sit, etiam ipso filio præterito tacente, dicere testamentum nullum, & omnia reducere ad causam intestati, & hæc est communis conclusio, vt ait Gul. de Benedic. in loco præallegato, nu. 100.

3 Sed quid † si ipse filius præteritioni consentiat? Resp. distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando filius ante conditum testamentum, vel ipso actu testamenti consensit præteritioni, & hoc casu non obstante ipsa præteritione valet testamentum, & hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. l. inter cætera, nu. 11. ff. de lib. & posth. Ex quo enim principaliter, ob fauorem filiorum introductum est, ne à patre in testamento prætereantur, conueniens est, vt (iuxta vulgares regulas) possint huic fauori renunciare. Intellige tamē quod valeat solum de æquitate prætoria, nō autem de iure ciuili, & ita esse cōmunē opin. attestatur Imola in d. l. filio præterito, n. 60. quod est magnus effectus, vt dicam infra statim. Secundus est casus, quando ante conditum testamentum, vel tēpore conditi testamenti, filius non consensit præteritioni, sed post conditum testamentū illud approbauit; & hoc casu tale testamentum de iure ciuili remanet nullum. Nam secundum rigorem iuris ciuilis, testamentum quod a principio est nullum, non potest tractu temporis reconualescere, sed de iure prætorio secus est; nam ex æquitate prætoria secuta approbatione filij testamentum ipsum reconualescit, ita dicit Bar. in d. l. filio præterito, nu. 29. ff. de inusto rupto. &
* est communis opinio, vt dicit Imola in d. l. filio præterito, num. 56. Clau. in leg. 1. §. fi. nu. 1. ff. de vulgari. Boer. decisio. 69. nu. 5. Cur. Iun. in d. l. posth. nu. 59. & seq. Et nota, quia iste est vnus ex casibus in quib. etiam hodie est necessaria bonorum possessio. Nam ex huiusmodi testamēto, cum reconualidetur solūmodo de iure prætorio, non autem de iure ciuili, non potest adiri hæreditas, sed tantum bonorum possessio peti. & ita volūt cōmuniter Docto. vt dicit Corn. cons. 31. in litera P, libro 2. Quod est maximi effectus, vt dixi sup. §. bonorum possessio. Faciunt quæ dixi infr. q. 45. versic. Sed pone, & hæc conclusio, quod filius præteritus possit testamentum ipsum approbare, indistinctè locum habet; siue in eo sint instituti venientes ab intestato, siue

3 Sed quid † si iste posthumus nascatur in 6. vel 8. mēse nunquid eius natiuitate rumpatur testamentum? Re-
c spond. quòd non c talis enim filios naturaliter viuere non potest, ita determinatur à doctoribus magis communiter, vt dicit Soc. Iu. consil. 35. nu. 12. & seq. lib. 2. merito non rumpit testū. Est enim vera iuris conclusio, quod filius qoi licet natus sit, naturaliter nō viuere non potest, non rūpit testamentū, & hanc dicit
* esse communem opin. Soci. Iun. in d. cons. 35. num. 15. Sic etiam videmus, quod partus immaturus, & qui secundum iudicium obstetricum non potest viuere, habetur pro non nato, & ei succedi non potest, secun-
* dum magis communem opinio. vt dicit Crauet. consil. 210. num. 5. Eademque ratione huiusmodi partus immaturus, qui secundum iudicium obstetricum viuere non potest, non excludit substitutum, neque facit deficere conditionem fideicommissi, ita communiter tenetur, vt dicit Socin. consi. 175. nume. 2. lib. 2. quem refert Paris. consi. 56. nume. 9. lib. 2. Hanc etiam dicit esse communem opi. Soc. in l. cum auus. nu. 110. ff. de condit. & demonst. quem refert Craue. in d. consi. 210. nu-
d me. 6. Et dixi secundum iudicium obstetricum, d quia in hoc an partus naturaliter viuere potuisset, vel non, standum est iudicio ipsarum obstetricum, tanquam peritarum in arte, vt dicit Bar. in l. Gallus, in princ. in finalib. verbis, & est communis opin. vt attestatur Paris. in consil. 56. numero 11. & numero 22.

ADDITIONES.

a Præteritus.] *de q. ista, quando pater filium in potestate præterit cum insertione causæ legitimæ, an hoc casu testamentum sit nullum, vi. per Iac. de S. Geor. auth. non licet. C. de li. præter. num. 17.*

b Est communis opi.] *Adde communem etiam per Soc. in consi. 75. col. 16 l. 3. & dixi in collecta mea commu. opinio. in verb. posth. sub nu. 5.*

c Quod non.] *Adde atque vide per Iaco de S. Geor. in l.*
4 *quod certat. C. de posthu. hær. inst. Et ibi † etiam habes de partu monstruoso, quod haud rumpit testamentum. Et ille qui habet oculos retro, vel faciem versus spatulas dicitur partus monstruosus, & in fin. super glo. in verb. monstrum. concludit, quòd aut mulier concepit ex bestia. & tunc talis partus non prodest mulieri, quia imputandum est ei, cum neque etiam talis partus rumpat testamentum. Aut non concepit ex bestia. & tunc partus quantuncunque monstruosus proderit ipsi mulieri quantum ad consequentum legatum licet non rumpat testamentum, vide per Menoch. in consilio. 284. sub nu. 2.*

d Obstetricum.] *Item quod obstetrices cognoscere possint,*
5 *an partus sit natus in termino vel non, communem vi. per Card. Paris. d. cons. 56. sed post num. 22. & dixi in mea collec. com. opi. verb. obstetrices, n. 1.*

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris an sustineat testamentum nullum ex causa præteritionis.*
2 *Quid si posthumus fuerit ignoranter præteritus, ver. Et hæc quidem.*
3 *Clausulæ codicillaris efficacia quomodo tollatur & numero 5.*
4 *Natiuitate posthumi an reuocentur legata, sicut rumpitur testamentum & nu. 6.*

a QVæro, tu scias, quòd clausula codicillaris a sustinet testamentū nullum in vim codicilli, ita quod hæres, qui succedit ab intestato, censetur rogatus restituere hæreditatem per fideicommissum hæredi scri-
1 pto. Pone quòd † in testamento, in quo filius est præteritus sit inserta clausula codicillaris, nunquid eo casu non obstante præteritione substinebitur testamentum? Resp. glo. in d. Auth. ex causa, in glo. fin. tenet quod vbi testamentum est nullum ex causa præteritionis, clausula codicillaris nihil operatur, & hanc opi. glos. dixit esse communem Sign. consi. 171. nume. 2. & potest esse, quod suo tempore hæc esset communis opin. sed si considerentur authoritates Doc. qui scripserunt vsq; ad nostra tempora, proculdubio contraria opin. est magis communis, & ideo dicit Alex. cons. 26. nu. 5. lib. 1 & cons. 142. n. 4. lib. 2. quod illam gl. damnant communiter Docto. Tenenda est ergo contraria opi. quod scilicet testamentum etiam hoc casu sustineatur in vim codicilli, & quod filius præteritus censeatur grauatus restituere hæreditatem illi, qui est scriptus hæres in testamento, quam quidem opin. sequuntur communiter scribentes, vt dicit Paris. cons. 30. num. 11. lib. 3. Et eam dicit esse communem Bal. cons. 391. nume. 4. li. 3. quem refert Tiraquel. in rep. l. si vnquam in verbo. Donatione largitus, n. 273. Cuma. consi. 126. circa princip. Alex. cons. 41. nu. 5. in fi. lib. 1. & cons. 87. num. 8. lib. 3. & in d. Auth. n. ex causa, post num. 13. Guliel. de Benedic. in prima parte repe. c. Raynu. fol. 205. nu. 242. Dec. in d. l. posthumo. C. de contratabu. in prima lectura. nu. 10. in fi. & post nu. 11. vers. Secunda est principalis, & consi. 228. n. 2. & seq. & consi. 942. nu. 2. & seq. & consi. 379. n. 2. & consi. 490. post nu. 10. vers. Similiter non obstat, & consi. 671. in fi. Cur. Iun. consilio 148. nu. 10. & in d. auth. ex causa, n. 69. Soci. Iun. consil. 107. n. 24. li. 1. Zuccard. in repet. d. l. posthumo, num. 102. Et hæc conclusio est maximi effectus, qoia licet dispositio Auth. ex causa, non obstante præteritione sustineat legata, & fideicommissa etiam vniuersalia. vt dixi infra q. 54. in principio, non tamen sustinet institutionem hæredis? & nunc pendet causa de facto, in qua testator condito testamento filium præterijt, & instituit hæredem extraneum, quem grauauit per fideicommissum hæreditatem alteri restituere, & ipsi testamento appofuit clausulam codicillarem, prout communiter fieri solet, modo filius præteritus rumpit testamentum, hæres scriptus petit sibi restitui hæreditatem virtute clausulæ codicillaris, fideicommissarius petit illam sibi re-
r stitui virtute fideicommissi vniuersalis ex dispositione Auth. ex causa, & adhuc sub iudice lis est.

2 Et hæc † quidem communis opinio satis de plano procedere videtur in præteritione filij iam nati, Cum. n. testator ipsum scienter præterierit, non videtur dubitandum, quin clausula codicillaris ex aperta mente defuncti operetur vt testamentom non obstante præteritione sustineatur, & hanc dicit esse magis communem opi. scribentium Soc. Iu. consilio 29. nu. 7. libro 3. Sed quid in posthumo, scilicet in eo qui natus est post mortem testatoris, qui tamen nesciebat vxorem suam esse prægnantem, vel in eo qui natus est post conditum testamentum vel licet natus esset ante testamentum testator ignorabat b cum natum esse, vel putabat esse
b
c mortuum, nunquid hoc casu clausula codicillaris c operabitur, vt non obstante eius præteritione testamētum valeat, & filius præteritus teneatur hæreditatem restituere hæredi scripto in testamento? Resp. hæc est ardua quæstio, in qua Doctores in varias sententias adeo diuisi fuerunt vt aliquando malè discerni posset, quæ opinio esset magis communis, teste Cur. Iun. in d. authen. ex causa, numero 70. & Deci. consilio 490. infra allegando, & in primis multi tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat conclusio superius facta, quod scilicet clausula codicillaris

opereтur fideicommissum,& hanc opin.dixit esse communem Alexand.in d.auth.ex causa, numero 14. & in l.qui filiabus, in princ. post numerum 5.ff. de leg.1.& consil.26.post num.5. versic.Vel potest responderi, libro primo & consi. 37. num.4. eod. vol. quam refert Ruin.consil. 194. num. 3. lib. 2. Tiraquel. in repe. l.si vnquam in verb.Donatione largitus, num.269.Iason. in dicta Auth. ex causa, num.24. & in d.l.qui filiabus. in princip.num.33. Bertrand. consil.150. num.4. in 1. parte. Apostil. Bart.in l.1. sub num.10. ff. de iure codicill. Quæ opin.secundum aliquos multo magis tenenda esset, quando post ipsius posthumi natiuitatem testator tanto tempore superuixisset, quod testamentum mutare potuisset, & tamen non mutasset; nam tunc secundum eos præsupponitur in eadem voluntate, etiam nato posthumo, perseuerasse, & consequenter debet clausula codicillaris non obstante præteritione substituere testamentum, & hoc casu istam opin.esse communem attestatur Dec. consil. 490. num. 7. & 8. Idemque si aliquo modo apparere posset, quod testator tempore conditi testamenti in specie de futuris liberis cogitasset,nam,& hoc casu (secundum eos) valeret testamentum virtute clausulæ codicillaris, non obstante, quod posthumus fuisset ignoranter præteritus, & ita esse communem opin.affirmat idem Dec.in allegato consil.469.post numerum sextum.Quinimo plerique tenuerunt sufficere quod testator in genere de futuris liberis cogitasset,& dixerunt satis conijci cum de futuris liberis cogitasse, quando verba clausulæ codicillaris sunt concepta etiam in futurum tempus,puta si non valebit,&c.& ideo hoc casu testamentum valeret non obstante præteritione posthumi ignoranter facta;
* & ita communiter teneri attestatur Io. de Montespe-rello in d.Authen.ex causa. Hanc etiam opin. esse magis communem dicit Alexand.consil.123. post numerum 10.libro 1.& consi.142. num.9. libro 2.quod est duplicatum consil.103. libro 3.& triplicatum consil. 50.libro 6.Idem etiam dicit Alexan.consil.30.numero 1.lib. 3.& consi.31.num.3.eo. volum. Aret. in l.ex eadem.§.ex his,col.2. versic.Super secundo, ff.de testa. Corne.consil.118.circa fin.lib.1.& consil.158.colum. 10.in litera T.& V.eod.volum,& consil.244. in litera G, in fin.eo.volum.& consil.133. in litera E, libro 3.& consil. 223. in litera Q, eodem volum. Contrariam autem sententiam, quod scilicet vbi posthumus fuit à testatore ignoranter præteritus clausula codicillaris nihil operetur,tenuit Bart.in l.1.nu.10.de iure codic.& hanc opin.dixit esse communem. Barb.cons.60. col.10.lib.2.quem refert,& sequitur Curt.iun.in d.Authen.ex causa,num.70. Io.Dilec.de arte testandi, titu. 30.cau.10.num.3.Guliel.de Benedic.in 1.par.repet.c. Rayn.fol.206.num.146.Rub.consil.112.nu.2.& consil.123.num.2. & seq.referens ita etiam attestari Aret. consil.24.colum.1. Socin.iun.cons.153.in princ.lib.2. Apost. ad Alex. in consil.26. sub num.5. lib.1. Et dicit Ripa in repe.l.si vnquam post nu.44.quod plures Doctores maiores authoritate tenent cum Bart.& hanc opinio.ego semper tenui tanquam æquiorem, & veriorē, quæ hodie proculdubio est magis communis: & illam, si casus contingeret, intrepide sequerer iudicando,& consulendo. Quæ etiam multo magis sequenda esset, vbi tractaretur de auferēdo huic posthumo ignoranter præterito maiorem, vel etiam æqualem partem hæreditatis,tunc enim iudicio meo impium esset dicere,quod clausula codicillaris aliquid operaretur, & ita hoc casu opinio. Bart. esse magis communem fatetur Aret.consilio 188. quod est consil. vlt. num.7. Socin. consil.94.num.35.in fin.lib.4.& in specie, quando pa-
d ter non habens filios, fecit magna legata, & quod nato deinde posthumo præterito testamentum non sustineatur, dicit esse communem Iurisconsultorum huius ætatis olim celeberrimus Dominus Andreas Alciatus præceptor meus, in tract. de præsumptio. in 1. regu.in 13.præsumpt.nu.1.Ego vero,vt dixi,teneo indistinctè conclusionem Bart.siue legata sint magna, siue parua, & siue testator de futuris liberis cogitauerit, siue non; & consequenter, siue clausula sit concepta per verba præsentis temporis, siue etiam per verba futuri temporis,& siue testator post agnationem posthumi superuixerit, siue non, & ab ista opin. in practica non recedas,quæ vt dicit Socin.in libr.præallegato,est magis æqua,rationabilis,fauens filijs,& secundum verisimilem mentem testantis,& illam in facto secuti fuerunt iudicando duo Senatores huius Senatus Mediolani,vt refert Ias.in d.Authen.ex causa,nu.24.& intellexi, quod hanc opinionem indistinctè vti veriorem, & humaniorem semper secutus est Senatus,& hic fuit primus articulus, super quo consului, post assumptas insulas doctoratus, & ita fuit iudicatum. Vide quæ dixi infra q.& ver.Sed quid si posthumus.

ADDITIONES.

a Clausula codicillaris.] *Ad tollendum efficaciam istius*
3 *† clausulæ, & similium, cautela est vt facias interrogare notarium de illar. clausular. effectu, qui si nesciat respondere, clausulæ nil operabuntur, vide per Rip. in l.Centurio.ff. de vulg.& pupil.nu.88 qui nu 80 dixit, quod nihil debet operari cum magis præsumatur apposita ex stylo notarior. quam ex mente testatoris si illius efficaciam ignorat, & idem tradit Gram. decisio.62.num.22.vbi dicit haud attendi; & hoc communiter approbari attestatur post Cur. Iu. & Barba. ibi citatos, vnde nu. sequen. requiri tenet, quod apponatur de ordine, & voluntate testatoris: qua deficiente nil opitulari voluit. Rip. ver. iure prædicta nu 84 dicit hanc clausulam multos operari effectus, videlicet contra omnes nullitates præsentes, & futuras, contra quas tamen testator in specie verisimiliter prouidisset si de illis cogitaßet. At secus si verisimiliter in specie haud prouidisset. Vt contra nullitatem testamenti prouenientem ex natiuitate posthumi ignoranter præteriti, & hoc intelligi tribus modis nume. sequentib. vide ibidem.*

b Ignorabat.] *Sed an tunc etiam legata reuocentur † nati-*
4 *uitate posthumi præteriti ignoranter. vide atque dic, vt per Ripam in l. si vnquam, C. de reuocanda donatio. quæst.21.*

c Clausula codicillaris.] *Aduerte, quod clausula codi-*
5 *cillaris † apposita per verba futuri temporis non operatur, vbi testamentum rumpitur natiuitate posthumi ignoranter præteriti, vt per Cor. in l si quis agere, num.8. C. de codicill. Item quod nihil operatur quantum ad ipsam institutionem inualida tum ratione præteritionis, vel exhæredationis, sed solum vbi vitiatur ratione solemnitatis omißæ. per Carn. in d. Auth. ex causa, nu 47. Sed an hæc clausula operetur, vt rupto testamento legata debeantur, vide per Roma cons.122.181. nu 2. Rubeum 112. & 125. atque per Afflict. decisio. 125.in fi. & 96. sub numero 3. sed limita quando testamentum est nullum alia ex causa quam præteritionis vel exhæredationis, quia tunc legata haud debentur per Rui. consil 93.nu.9. lib 2. conseruat tamen legata quando posthumus fuit ignoranter præteritus Fran. Are. cons.93 col 3. Verum nihil operatur quando testator potuit mutare & non mutauit, per eundem Aret.cons vlti. col.fin. & vide Rip. in repet.l. Centurio,num.44 cum seq ff de vulg.& pupil.Item nihil operatur, vbi adest defectus voluntatis Bald in l 1.q 4 de iure codicil.Dec.in cons.394.nume.9 Et de ista clausula.*
dixi

dixi in collect. mea com. opin verb. clausula vbi plene, & plenius in tract. meo clausula.

d Fecit magna legata.] *Et an in præteritione † posthumi ignoranter acta conseruentur legata in magna quantitate, Vide vtramque communem collec. mea commu. op. in verbo præterito. num. 2.3. vbi addnxi Dec. referentem Doctores variantes in ista quæstione, quam limitat duobus in casib. quos apud eum videto. Giachar I.V.C.*

QVAESTIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Filio à matre, vel ascendentibus per lineam maternam præterito, an testamentum valeat.*

a HActenus de filio per patrem præterito *a* dictū est, quæ omnia etiam in auo, & alijs ascendentibus per lineam paternam locum habent. Quæro nunc, quid de filio per matrem, aut ascendentes per lineam maternam præterito? & in hoc fac conclusionem, quod mater tenetur instituere, vel exhæredare filium, alias si filius sit a matre præteritus, testamentum est nullum, ita concludunt communiter scribentes, vt dicit Sapia in rub. C. qui admitti numero 58. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat quando mater, vel auus maternus præterijt filium, vel nepotem in testamento nulla inserta causa, nam eo casu proculdubio testamentum est nullum, & ita tenent communiter Doctores omnes vbique, vt dicit Corn. cons. 118. in litera A, lib. 2. Sed si in præteritione sit inserta causa legitima, eo casu præteritio habetur pro exhæredatione, ita dicit glo. ordinaria, de qua supra in nonnullis locis feci mentionem, in §. exhæredatos, in verbo volum. in Auth. de hæred. & Falcid. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Bertrand. cons. 1. nu. 4. lib. 2. in 2. parte, & cons. 23. num. 2. eod. volum.

ADDITIO.

a De filio per patrem præterito.] *Sed quæro hic quantum detrahet præteritus, quando restituit hæreditatem hæredi scripto? vide, & dic vt Iacob. de S. Geor. in d. Authen. ex causa. num. 26. qui nu. 30. ponit illam pulcherrimam dubitationem, An irrito testamento ex quo filius fuit ignoranter præteritus conseruentur legata facta in testamento patris, de qua vide ibidem per eum & per Rip. in allega. q. præced. Giachar I.V.C.*

QVAESTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filijs an liceat patrem, aut ascendentes per lineam paternam præterire, aut exhæredare.*

2 *Quid si testentur de peculio castrensi, versic. Et hæc omnia.*

1 QVæro nunc, quid e conuerso, an liceat † filijs ex-
2 hæredare, *a* aut præterire parētes suos? Respondeo; distinguendum est inter patrem, & ascēdentes per lineam paternam, & matrem, & ascendentes per lineā maternam. Quod ad patrem, & ascendentes per lineā paternam, dic quod si pater est a filio exhæredatus, sine causa, testamentum est ipso iure nullum; si vero est adiecta exhæredationi causa ingratitudinis, valet testamentum mero iure, sed si ipsa causa non probetur, potest à patre impugnari per querelam inofficiosi. Si autem pater sit præteritus à filio in potestate, tunc siue adiecta sit præteritioni causa, siue nō, semper testamentum est ipso iure nullum. Si vero sit præteritus ab emā cipato, tunc si non est adiecta causa, pariter testamentum est ipso iure nullum, sed si est adiecta præteritioni causa, valet testamentum, sed potest pater illud rumpere per contratabulas, & hæc est communis opinio, vt attestatur Gul. de Benedict. in prima parte repe. c. Raynal. fol. 207. nu. 51. in fi.

2 Et hæc omnia intellige vt procedant, non modo si filius testetur de peculio quasi castrensi, de quo potest testari, non obstante quòd sit filiusfamilias vt dixi supra. q. 18. sed etiam, si testetur de peculio castrensi: nam hodie non potest filius in potestate cōdens testamentū de peculio castrēsi, vel quasi, parētes suos præterire; alias si eos prætereat, siue cum causa, siue sine causa, testamentū est nullum: si vero eos exhæredet, est locus querelæ. ita tenet glo. in l. fin. in verbo, Testamenta, C. de inoff. testam. & ita communiter tenetur vt dicit Fulgo. in repe. auth. ex causa, nu. 7. Hanc etiā opi. dicit esse cōmunem Alex. in l. nemo. in fi. C. qui testamen. fac. poss. Ias. in d. l. fi. nu. 5. C. de inoffi. test. Curt. iun. in d. auth. ex causa, nu. 47. Ripa in l. centurio, post nu. 43. ff. de vulgar. & pupillar.

ADDITIO.

a *Et septem causæ sunt, ob quas licet filijs exhæredare parentes, dixi supra q. 41. de quib. author infra se remittit, q. seq. in fin.*

QVESTIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Filijs an liceat matrem vel ascendētes per lineam maternam præterire aut exhæredare.*

2 *Et quibus ex causis.*

1 QVò verò ad matrem, vel ascēndētes per lineā maternam, dic quod filius non potest matrē sine causa præterire, neq; a legitima excludere, ita communiter tenetur, vt dicit Gulhel. de Bened. in secunda parte repe. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis. 2. fol. 46. post nu. 50. Cæterum cū causa bene potest: & talis præteritio pro exhæredatione habetur. §. sancimus. in auth. vt cum de appellat. cognosc.

2 Quæ autem sint causæ, propter quas filij possunt parentes exhæredare, aut præterire, vide in d. §. sancimus cum ibi not.

QVAESTIO L.

SVMMARIVM.

1 *Frater a fratre præteritus, aut exhæredatus non impugnat eius testamentū, nisi in eo sit instituta turpis persona.*

2 *Et an rumpatur eo casu in totum, an autem vsque ad legitimam tantum.*

3 *Et quid si aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam hæredem instituerit.*

4 *Frater ingratus an possit succedere fratri nu. 4.*

5 *Fratri præterito si relinquatur legatum nō competit querela inofficiosi.*

SVccessiue quæro, quid in collateralibus? Resp. q̄ in illis non est tractandū de prætermone, aut exhæredatio-

redatione. Non enim tenetur frater fratrem in testamento hæredem instituere. Et ideo, siue frater sit præteritus siue exhæredatus, non potest aliquo modo testamentum fratris impugnare; vno tantum casu excepto, quando scilicet frater aliquam turpem personam hæredem instituit: nã eo casu datur fratri præterito querela inofficiosi. Et de his omnibus habes text. qui est clauis in hac materia, in l. fratres, C. de inoffi. testam.

2 Sed quæro, nunquid per huiusmodi querelam testamentum rumpatur in totum, an autem vsque ad legitimam tantum ipsius patris, quæ est quarta pars ipsius hæreditatis, vt dixi supra hoc eod. lib. § legitima. Respon. ꝙ odio ipsius turpis personæ institutæ testamentum rumpitur in totum, & hæc est communis sententia, vt dicit Iason in d. l. fratres, nu. 8. quem refert Affl. decis. 204. nu. 2. & iudicio meo extra propositum. & ideo aduerte, ne æquiuoces, vt faciunt multi in hoc articulo. Aut enim frater in suo testamento, in quo turpem personam hæredem instituit, nihil fratri reliquit: & hic est vnus casus, de quo loquitur Ias. in d. l. fratres nu. 8. Aut verò aliquid reliquit: & hic est alius casus, de quo loquitur Afflict. in loco præallegato: & de hoc tractat Ias. in d. l. fratres, post n. 2. ver. 3. extende, nõ aũt n. 8. prout ipse illum allegat. & de hoc statim dicemus.

3 Pone ergo, quod frater in testamento aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam hæredem instituit; quæro, nunquid hoc casu, adhuc competet fratri querela ad rescindendum testamentum in totũ, an autem solummodo poterit agere ad supplementum legitimæ? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorum opin. nam aliqui tenuerunt, quod testamentum rumpatur in totum: & fuit opi. Gul. de Cun. in d. l. fratres, quam dicit esse communem Ias. consil. 71. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 530. nu. 13. Contrariam verò opi. scilicet quod hoc casu solummodo agere possit ad supplementum legitimæ, tenuit Angel. in l. 1. ff. de inoffi. testam. & hanc dicit esse magis communem opi. Paris. consi. 64. nu. 26. lib. 3. & secundum istam opin. Ang. in facti contingentia, iudicauit Consi. Neapolitanum, teste Afflic. in allegat. decis. 204. Et certe licet hæc opin. videatur æquior, quia magis fauet testamento: nihilominus mihi semper placuit cõtraria opin. scilicet quod rumpatur in totum. nam dispositio l. fratres, non solum fundatur in fauore fratris, sed etiam in odio personæ institutæ, neque verum est quod ita tenendo, esset melioris conditionis frater quam filius: quia imo idem esset in filio, si non esset institutus, sed tantum legati nomine aliquid ei relictum fuisset: nam & ipse proculdubio impugnat testamentum in totum, non autem petit supplementum legitimæ, vt dixi supra q. 38. Et licet fauendum videatur dispositioni testatoris, tamen vbi irrationabilis est, vt in hoc casu, in quo testator prætulit turpem personam fratri, potius esset fauẽdum illi, qui ab intestato fuisset successurus; & si casus cõtingeret, ita consulerem, & iudicarem, licet Curt. Iun. in d. l. 1. nu. 6. dicat, quod requisitus, vt consuleret in casu, in quo scripsit Dec. in allega. consil. 530. recusauit consulere. Possunt tamen in hoc proposito considerari tres casus, & hoc modo distinguendo, omnes opi. ad concordiam reduci. Aut in testamento, in quo turpis persona est instituta, nihil relictum est fratri: & tũc per querelam rumpit testamentum in totum: & ita procedit quod dictũ est supra versi. sed quæro. Aut reliquit aliquid, sed non in titulo institutionis: & tunc pariter rumpit in totum ad exemplum descendentium. licet enim regulariter in collateralibus non sit necessarius titulus institutionis, neque eis aliqua legitima debeatur, est tamen speciale, vt dixi, quando turpis persona est instituta: quia eis debetur legitima: & consequenter non est impertinens dicere, quod talis legitima sit eis relinquenda titulo institutionis, & ita procedit opinio Guhel. de Cun. quam ego sequor. Aut verò, (& hic est tertius casus) reliquit titulo institutionis, sed minus legitima: & tunc procedit opi. Ang. & sequacium. Cogita.

ADDITIONES.

a Siue exhæredatus.] *Pone frater contra fratrem commisit causam vnam de causis ingratitudinis, de quibus in auth. de nupt. § ingratitudinem. Et frater contra quem cõmissa fuit ingratitudo non fecit testamentum, an frater*
4 *ingratus succedet ei vide per Iac. de S. Geor. Auth. non licet. nu 2. C. de lib. præte. vbi quod sic, ex quo censetur sibi remissa iniuria. cum non condiderit testamentum.*

b Querela inofficiosi.] *Verum scias, quod vbi frater*
5 *† fratribus fecit legatum quod tunc illis fratribus legatarijs haud potest competere querela etiam turpi persona instituta, sed solum agere possunt ad legitimæ supplementum commune dixi, in collecta mea comm. opi. verb. frater. quod author in fin. plene tractat sed nunquid conseruabuntur legata si frater expugnet testamentum in quo turpis persona sit instituta uide per Iacob. de S. Geor. in allegata Auth. ex causa, nu. 37. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO LI.

SVMMARIVM.

De præteritione patroni per libertũ in testamento facta.

ESset etiam hoc loco aliquid dicendum de præteritione patroni per libertum in testamento facta, sed quia hæc materia patroni & liberti fere in desuetudinem abiit, remitto te ad notata in § sed nostra, Institu. de success. liber. cum similibus.

QVAESTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis hodie annullatur, quantum ad institutionem cætera autem firma manent ex dispositione authen. ex causa C. de liber. præt.*

2 *Et quid in præteritione facta per patrem aut alios ascendentes per lineam paternam vers. Et quia.*

3 *Et quid in præteritione filij posthumi, uers. Item quæro.*

4 *Quid si huiusmodi posthumus sit ignoranter præteritus, versic. Sed quid si posthumus.*

5 *Quid si sit præteritus frater, & turpis persona instituta uer Sed quæro.*

6 *Quid si exhæredatio facta sit cum causa, quæ tamen deinde probata non fuerit, uers. Sed nunquid.*

7 *Si turpis persona instituatur, infirmãtur etiam legata.*

1 PRæcedentibus quæstionib. visum est quemadmodum testamentum ex causa præteritionis, vel exhæredationis, reddatur nullum, vel impugnari possit: Nunc sciẽdum est, quod licet secundũ iura antiqua testamentum annullaretur in totum, scilicet tam respectu institutionis, quam legatorum, & aliorum quæ in ipso testamento continentur: hodie tamen quoad institutionem bene annullatur iuxta dispositionem iuris antiqui, sed cætera in testamento contenta firma manẽt: & hoc ex dispositione vulgata auth. ex causa supra multoties allegata, & ita tenent cõmuniter omnes nemine discrepante, vt dicit Paris. cons. 60. nu. 36. lib. 2. & cons. 64. nu. 20. eo. vol. Ex quo enim iniuria facta filio præterito, vel exhæredato, erat tantum circa institutionem, valde rationabile fuit vt in ea tantum parte annullaretur, in qua peccatum fuerat.

Et

2 Et quia hæc materia est ordinaria in scholis, & valde trita, occurret attingendo tantum principales conclusiones Doctorũ, dico, quod dispositio d. Auth. proculdubio locũ habet in præteritione facta de filio per matrem, aut alios ascendentes per lineam maternam: quæ quidem præteritio, si facta sit cum causa, habetur pro exhæredatione, vt dixi sup. q. 47. & ita tenent communiter omnes Scribentes, vt dicit Paris. in d. cons. 60. nu. 12. ita etiam communiter teneri affirmat Imol. in l. filio præterito, num. 30. ff. de iniusto rupto. Sed quid in præteritione facta per patrẽ, vel alios ascendentes per lineam paternam; Respon. aliqui dixerunt, quod non, sed quod tantummodo locũ habet in præteritione materna, & hanc opi. dixit tenere Doctores omnes, Cy. in d. l. filio præterito, ff. de iniust. rup. Sed in hoc Cy. verum non dixit, vt affirmat Bal. in d. l. filio præterito, post nu. 2. quem refert, & sequitur Imol. in ea. l. filio præterito, post nu. 7. Tenendum est igitur, quod dispositio d. Authenticæ locum habet, etiam in filio a patre præterito: quam opin. dicit esse communem Imol. in d. l. filio præterito, nu. 12. & seq. Et hæc conclusio locum habet siue talis filius a patre præteritus, sit in potestate patris cõstitutus, siue sit emancipatus: & ita in filio in potestate, cõcludit Bar. in d. auth. ex causa, nu. 2. & est cõmunis opin. vt dicit Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 15. Corn. cons. 188. col. 2. in litera D. lib. 2. Ias. in d. Auth. ex causa, nu. 1. Idẽ in filio emancipato tenet Bar. in d. Authẽt. ex causa, nu. 8. & ita communiter teneri attestatur Apostill. ad Barto. ibi, pariter, sub nu. 8. Hanc etiam esse cõmunẽ sententiã dicit Ias. in ea. Authen. ex causa, nu. 7. Esset enim valde inconueniens, quod esset melioris conditionis filius emancipatus, quam suus. Et licet circa hæc multa disputando dici possent, tamen in practica temerarium esset illa in dubium refricare.

3 Item quæro, an dispositio d. Auth. locum habeat tam in præteritione filij iã nati, quam in præteritione posthumi. Resp. quod sic: & quod habeat locum in præteritione filij iam nati à patre scienter facta, tenuit Bart. in d. Auth. ex causa, num. 4. & hæc est communis sententia, vt ait Cur. iu. in d. Auth. ex causa, nu. 6. & seq. Quod autem habeat locum etiam in præteritione posthumi, tenuit Bart. in ea. Auth. ex causa, num. 6. licet loquatur quando scienter fuit præteritus, & ita communiter teneri attestatur Imola in c. cum esses, nu. 26. de test. Hãc etiam opi. dicit esse cõmunem Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 17. Cor. in d. cons. 158. col. 4. in litera R. lib. 2. & cons. 244. in litera G. eo. vol. Ias. in d. Auth. ex causa, nu. 2. Bertran. cons. 157. nu. 1. lib. 3. in 2. par. Cur. iun. in d. Auth. ex causa, nu. 12. & seq. Paris. cons. 60. nu. 9. lib. 2. & consil. 64. num. 6. eod. volum. & hoc ferè omnes fatentur.

4 Sed quid si posthumus sit ignoranter præteritus, nũquid etiam hoc casu locum habebit dispositio d. Auth. ex causa? Respon. quod in hoc articulo Doctores fuerunt multum varij multi enim tenuerunt, quod etiam hoc casu locum habeat. & hanc opin. dicit esse communẽ Paris. in d. cons. 60. nu. 13. & cons. 61. nu. 14. eo. lib. & in d. cons. 64. nu. 8. Contrariam vero sententiam, scilicet quod vnò dispositio d. Auth. nõ habeat locum vbi posthumus sit ignorãter præteritus tenuit Bar. in d. Authẽt. ex causa, nu. 4. & hanc opi. dicit esse magis cõmuniter approbatam Ias. in d. Auth. ex causa, nu. 3. & seq. quem refert Berta. cons. 150. nu. 2. lib. 2. in 2. par. Hanc etiam dicit magis esse communem Aret. cõs. 158. quod est cons. vltimum, prout illum refert Tiraquel. in repe. l. si vnquam, in verbo, Donatione largitus, nu. 263. Gu. de Bened. in 1. parte repe. c. Raynutius, fol. 204. n. 232. & seq. Curt. iun. in d. Auth. ex causa, sub num. 17. Apostil. ad Bart. in d. Authen. ex causa sub nu. 4. Et hæc opin. mihi semper placuit, tanquam verior, & æquior, & magis fauens filijs, & adhærens verisimili menti testatoris: quæ etiam proculdubio est magis communis: & ideo ab ea in practica non recedas, si vis recte iudicare. & in hoc proposito videnda sunt ea quæ dixi supra q. 46. vers. & hæc quidem, quæ omnia possunt ad hanc quæstionem satis accommodari.

5 Sed quæro, tu scis ꝙ frater præteritus a fratre, si turpis persona sit instituta, potest testamentum fratris per querelam rescindere, vt dixi supra q. 50. nunquid etiã hoc casu erit locus dispositioni d. Auth. ex causa, vt scilicet legata, & cætera in testamento ipso contenta præter institutionem conseruentur? Respõ. Hæc est ardua quæstio, & quæ indigeret decisione Imperatoris; vt sentire videtur Sal. in l. fratres, nu. 9. C. de inoffi. test. Communis tamen sententia videtur esse ꝙ isto casu non habeat locũ dispositio d. Auth. sed ꝙ simul cũ institutione omnia corruãt, teste Ias. in d. l. fratres, nu. 3. Quæ tñ opin. mihi semper visa fuit terribilis. Videtur enim (iudicio meo) valde iniquum, quod filius præteritus, rumpens testamentum paternum, teneatur præstare legata, & fideicõmissa, nõ autẽ frater rũpens testamentũ fratris: & sic collaterales sint melioris cõditionis quam descendentes. Nec quidquã facit, ꝙ in correctorijs nõ fiat extensio, etiam ex maioritate rationis: quia posset dici, verba ipsius authenticæ esse generalia, & absque vlla extensione comprehendere casum nostrum. Præterea illa cõclusio, ꝙ in correctorijs non admittatur extensio, etiam ex maioritate rationis, non est sine controuersia: & multi attestantur communem opin. esse in contrariũ: & habet etiam multas limitationes quæ possunt ad hoc propositum optimè accommodari, vt late dixi supra lib. 1. Ideò si casus contingeret in facto, credo quod non peccaret mortaliter iudex qui iudicaret contra hanc communem sententiam.

6 Sed nunquid generaliter quocunque modo testamẽtum impugnetur ex causa exhæredationis, habebit locum dispositio d. Auth. ex causa? Resp. quod in hoc articulo aliquando fuerunt opi. Nam gl. communiter tenuerunt quod vbi exhæredatio facta est cũ causa, quæ deinde non probatur legitima (quo casu testamentum rescinditur per querelam inofficiosi, tanquam cõditum à demente) quod non sit locus dispositioni d. Auth. & hanc opi. dixit esse communem Signor. consil. 171. nu. 8. in fin. prout illum refert Cur. Iun. in d. auth. ex causa, nu. 68. Contrariam autem sententiam, scilicet quòd siue exhæredatio facta sit non inserta causa legitima, siue causa sit inserta, sed per hæredem non probata semper sit locus dispositioni d. Auth. tenuit Bar. in d. auth. ex causa, nu. 9. & quidquid dicat Signor. in alleg. cons. ita cõmuniter tenetur, vt affirmat Corne. in d. cõs. 158. col. 5. in litera T. lib. 2. & consi. 225. in litera E. li. 3. Ias. in auth. ex causa post nu. 8. vers. sequitur tex. Hanc etiã opin. dicit esse communem Imol. in d. l. filio præterito, nu. 32. ff. de iniusto rup. Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 8. Vtroque enim casu militant verba ipsius Authenticæ, & eadem quoque ratio.

ADDITIONES.

a Ignoranter præteritus.] *Sed an in præteritione posthumi ignoranter facta conseruentur legata in magna quantitate facta dixi in collect. mea com. opin. in verbo, præteritio, sub nu. 2. 3. quod etiam notaui, supra sub quæstione 46.*

b Legata] *Et quod testamentum in quo instituta sit*
7 *turpis † persona infirmetur nedum quo ad institutionem sed etiã quo ad legata, & fideicommissa, commune dicit Rolan. in cons. 87. nu. 11. lib. 3. vbi clausula codicillaris nihil operatur, numero 12.*

SVM-

QVESTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta in re certa, an sustineatur ex dispositione auth. ex causa.*

1 SEd quia text. in d. Auth. dicit, quod testamentū irritatur quantum ad institutionem: quæro, nunquid irritetur etiam institutio facta in re certa. Respo. quod quatenus talis institutio sapit vim legati, sustinetur ex dispositione d. auth. quatenus autem potest habere vim institutionis, annullatur, ita tenet Bart. in d. Auth. ex causa, nu. 15. & est communis opin. vt dicit Alex. in ca. Auth. ex causa, nu. 7. Rubeus cons. 163. nu. 6. Ideo si pater, præterito filio instituat aliquem in re certa, nullo dato cohærede vniuersali, iste institutus in re certa habebit solummodo illam rem, in qua fuerat institutus: quatenus autem potuisset per ius accrescendi, habere reliquum hæreditatis, non sustinetur eius institutio. Vide in hoc proposito quando institutus in re certa sit loco legatarij, vel loco hæredis, quæ dixi supra §. institutio.

ADDITIO.

a Facta in re certa.] *Item quod institutio de re certa facta in testamento, ratione præteritionis vel exhæredationis si sapiat naturam vniuersalis institutionis ex iure accrescendi, irritetur, si naturam legati conseruetur, communē etiam dicit Iacob de S. Georg in d. authen. ex causa, sub num. 18. & an institutus in re certa habeat beneficium. l. si C. de edic. di. Adr. toll. communem dixi in collectanea com. opin. verb. institutus, nu. 1. dic vt ibi. Et nu. 2. dixi, An institutus in re certa nullo dato hærede vniuersali, si testator expresse prohibuit ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, succedat nedum in illa re certa, verum et in omnib. quia testator nō potest decedere pro parte testatus, atq; pro parte intestatus, vbi ampliatur, et limitatur. Et na. 3. dixi cōem esse quod institutus in re certa nō habet actiones hæreditarias actiue & passiue & n. 4. cōmunem dixi quod institutus in re certa, seu in quota bonor. possit propria authoritate apprehendere relictum sibi factum. Et num. 5. communem dixi quod institutus in re certa non habet ius accrescendi, instituto vniuersali repudiante. Item & quod potest propria authoritate capere.*

QVAESTIO LIV.

SVMMARIVM.

1 *Legata seu fideicommissa vniuersalia, nūquid sustineantur ex dispositione auth. ex causa.*

2 *Et an substitutiones pupillares vel exemplares, versic. Quæro etiam.*

Et quid si facta sint ipsomet filio præterito. ibid.

3 *Et an legata facta ipsi filio præterito, versic. Præterea quæro.*

4 *Et an legata facta turpibus personis versic. Item quid dicendum.*

5 *Et Quid de legatis factis in codicillis, vers. Sed pone.*

6 *Et an huiusmodi legata quæ sustinentur, ex dispositione d. auth. ex causa petantur ex testamento, vel tanquam ab intestato, versic. Pro complemento, Remissiue.*

7 *Substitutio pupillaris confirmatur etiam hæreditate non adita.*

8 *Legata facta coniunctis testatoris an debeantur ex testamento imperfecto.*

1 NVnc videndum est, quia text. in d. Auth. ex causa simpliciter dicit, Cætera firma maneant, an generaliter omnia contenta in testamento præter institutionem, sustineantur. Et quidem de relictis particularibus nulla est inter Doct. controuersia: Sed quid in legatis vel fideicommissis vniuersalibus? Resp. quod etiam illa sustinentur, ex dispositione d. Auth. ita tenuit Bart. ibi, nu. 18. & ad hoc allegatur gl. in d. l. ita tamen. §. quoties, in verb. compelli debet, ff. ad Treb. quam dicit esse communiter approbatam Socin. consil. 92. nu. 3. lib. 4. Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. l. filio præterito, post nu. 36. ver. an autem comprehendat. Claud. in d. l. ita tamen, quam legit cum l. omnib. §. quoties, nu. 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Alexan. in d. authent. ex causa, numero octauo, Ias. in d. Authent. ex causa, post num. 6. versic. Quinto limita, & num. 11. Dec. cons. 95. num. 3. Gul. de Benedic. in 1. parte repe. c. Raynutius, in verb. in eod. testamento, fol. 205. num. 237. Curt. iun. d. Authent. ex causa, post num. 54. vers. tertiam conclusionem: Paris. cons. 60. num. 11. lib. 2. & cons. 61. num. 11. eod. volum. & consi. 64. num. 8. eod. vol. Talia enim fideicommissa non impediunt successionem intestati. & ideo, sicut filio instituto potuisset imponi onus fideicommissi, neque propterea illi diceretur esse facta aliqua iniuria, ita etiam debet in præiudicium præteriti sustineri, cui satis esse debet, si institutio ipsa corruit.

2 Quæro etiam, nunquid sustineantur substitutiones pupillares, & exemplariæ factæ filiis in ipso testamento Respon. quod sic: ita tenet Bart. in d. Auth. ex causa, nu. 16. & ita magis communiter tenetur vt dicit Bertran. cons. 139. post nu. 1. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imol. in c. Raynutius, nu. 99. de testa. Alex. in d. l. 1. §. fin. num. 5. de vulg. Ias. in d. Auth. ex causa, num. 10. Claud. in d. l. 1. §. final. num. 3. Tales enim substitutiones non impediunt successionē ab intestato, vt superius de fideicommisso dictum est. Quæ quidem conclusio satis de plano procedit, quando talis substitutio pupillaris est facta alteri filio: Sed quid si facta sit ipsimet filio præterito? Respon. quod pariter sustinetur & ita est communis opin. vt dicit Claud. d. §. fin. num. 5. Gul. de Benedic. in 2. parte reper. capit. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur. 1. fol. 39. post num. 66. Nam pupillaris substitutio concernit fauorem illius, cui facta est: merito ab eo non rumpitur. Secus ergo dicendum est in vulgari substitutione, per quam directo succeditur ipsi testatori. illa enim procul dubio irritatur, sicut & institutio: alias hoc casu dispositio ipsius auth. redderetur elusoria, quia substitutus vulgaris admitteretur in defectū instituti, & filius præteritus adhuc remaneret exclusus.

3 Præterea quæro, nunquid sustineantur etiam legata facta ipsi filio præterito, vel exhæredato. Respond. quod non: ita tenet Bart. in d. Authen. ex causa, nu. 19. & est communis opi. teste Roman. consil. 516. nu. 10. quem refert Goza. consil. 49. num. 19. Corne. consil. 62. col. 2. in litera F. lib. 2. Ias. in d. Auth. ex causa, num. 14. & seq. Ripa in l. 2. post num. 33. ff. de vulga. Io. Nic. Arelaten. in 2. cons. posito post tit. de secun. nup. nu. 3. Qui enim testamentum impugnat, indignus est, vt aliquid ex eo consequatur.

4 Item quid dicendum de legatis, quæ in ipso testamento facta sunt per testatorem turpibus personis, nunquid & ipsa sustineantur ex dispositione d. Authenticæ ex causa? Respon. quod non: & est communis opi. vt attestatur Rubeus in repe. l. Titia. §. Imperator, nu. 92. ff. de lega. 2. Sūt enim huiusmodi personæ legibus odiosæ, l. fratres C. de inoffi. testa. & facit in proposito ea, quæ dixi supra q. 52. vers. sed quæro.

5 Sed pone, testator fecit codicillos, in quibus multa legata fecit diuersis personis; deinde condidit testamentum, in quo filium præteriit, vel nulliter exhæredauit:

mo-

modo filius impugnat testamentũ, quæro, an ex disposi. tione d. Auth. ex causa, sustineantur etiam illa legata ta ctè in codicillis. Respon. quod sicuta tenuit gl. in l. 1. in verbo Literas, C. de codicil. quam dicit esse communiter approbatam Curt. iun. in d. Auth. ex causa, post nu. 62. Semper enim quando quis decedit testatus, codicilli, siue ante testamentum, siue post testamentũ conditi sint, accipiunt robur in testamento, & ab ipso pendere dicuntur: merito de illis legatis idem est iudicandum, ac si in ipso met testamento relicta fuissent.

6 Pro complemento huius materiæ quæro, nunquid legata, quæ sustinentur ex dispositione d. Auth. ex causa, petantur actione ex testamento an autem tanquam ab intestato. Dixi supra. §. legatum.

ADDITIONES.

a Substitutiones pupillares.] *Et quod tametsi hæreditas † patris haud fuerit adita, substitutio pupillaris nihilominus confirmetur per Auth. ex causa. communne dixi in colle. mea com op. verbo substitutio nu. 77.*
7

b Facta alteri filio.] *Commune hoc etiam dicit. Iaco. de S. Geor. d. auth. ex causa. nu. 21. qui nu. seq. dicit idem facta filio in potestate præterito. dixi etiã in collecta mea commu. opinio verb. substitut o.*

c Legata facta.] *Sed nunquid legata & fideicommissa*
8 *† debeantur ex testamento imperfecto si personis testatoris coniunctis vel ab eo valde dilectis sint relicta, dixi in collec. mea com. opin. verb. legatum. num. 41. vbi communem dixi quod debeantur.*

QVAESTIO LV.

SVMMARIVM.

1 *In testamento regulariter interuenire debent septem testes.*
2 *An femina possit esse testis in testamento, ver. Scias tamen.*
3 *Quid de iure canonico, vers. Sed quid de iure.*
4 *Quid in testamento inter liberos, ver. Quæro etiam Remissiue. & nu. 13.*
5 *Quid in testamento militis vers. Sed hic quæro.*
6 *An in codicillis, vers. Item quæro Remissiue.*
7 *Monachi. & mendicantes nunquid possint in testes adhiberi in testamento. versi. Vlterius quæro. & nu 14.*
8 *Legatarius an possit esse testis in testamento, versic. Sed nunquid.*
9 *Filius an possit pro patre testificari in testamento, ver. Sed nunquid.*
10 *Testis inhabilis, qui communi opinione reputatur habilis, potest in testamento adhiberi. ver. In hoc etiam.*
11 *Testis vnus si deficiat testamentum non valet.*
12 *Testes in quibus non possunt esse mulieres.*

1 EX ijs, quæ proximis quæstionibus tractata sunt, habes satis declaratum primum requisitum ad testamenti validitatem, scilicet institutionem hæredis. Nũc ad alia transeundo, scire debes, quod regulariter in testamento debent interuenire septem testes. *a* l. hac consultissima, C. de testamen.
a

2 Scias tamen, quod licet regulariter omnes personæ tam masculi, quam fœminæ, possint esse testes in quolibet actu humano, modo alias sint idonei: tamen in testamento est speciale, quod aliquæ personæ interuenire non possint, de quibus in l. qui testamento, la 2. ff. de testa. & similib. Et in primis. Mulieres *b* non possunt ad condendum testamentũ in testes adhiberi: & hoc quidẽ de iure ciuili est expeditum est enim de hoc tex. expressus in d. l. qui testã. §. mulier. & ratio est, quia mulier est fragilis, & corruptibilis, vt dicit gl. in d. §. mulier in verbo, Non poterit; quam omnes Doctores sequuntur nemine discrepante, dicit Bellon. consi. 14. num. 8. & quotidie docet experientia. ideo lex in actu adeo præiudiciali, & in quo sæpe solent committi falsitates, & fraudes, de eius integritate non confidit.
b

3 Sed quid de iure canonico? Respon. si quæratur de testamento cõdito ad pias causas, res non habet difficultatem: quia in illo absolute mulier potest testificari, vt dixi supra q. 6. vers. Tertio infertur, & ita obseruandum est in vtroque foro. Sed quid si testamentum sit conditum ad causas prophanas, nunquid mulier de iure canonico poterit in eo testis adhiberi? Respon. quod in hoc articulo Doctores sunt varii. Multi enim tenuerunt quod sic: & hanc opi. dicit esse communem Paris. consi. 51. nu. 16. lib. 4. Crottus de testib. in 1. part. num. 10. prout illum refert Didacus in d. cap. cum esses, nu. 14. de testa. Multi etiam tenuerunt contrarium, scilicet quod imo etiam de iure canonico mulier in testamento condito ad causas prophanas non possit esse testis. & hanc opinio. dicit esse communem Alexan. consilio 84. in fine, libro secundo, prout illum refert Ioan. Dilect. de arte testan. titu. secundo, caut. secunda, num. 7. Ego tamen non reperio Alexan. in allegato consil. 84. quod est duplicatum in consil. 177. libro secundo, attestari de communi opin. licet, num. quinto, videatur hoc sentire, & alleget plures authoritates pro hac parte. Forte melius in proposito posset allegari idem Alex. consil. 70. num. 13. eo. vol. 2. quod est appendix, siue cõfirmatio illius consil. 84. supra allegati, vbi hoc idem tenet, & valde miratur de quodam consulente qui dixerat communem opin. esse in contrarium. Hanc etiam opi. dicit esse communem Bello. consi. 14. post nu. 8. quã ego etiam sequor, tanquam veriorem, & magis communem. Vbicumque enim non reperitur aliqua dispositio iuris ciuilis expresse immutata a iure canonico, non debemus inducere impugnantiam inter ius canonicum, & ciuile, vt dixi supra, lib. 1°.

4 Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos, an in eo possit mulier in testem adhiberi. Dixi supra q. 8. vers. Secundo infertur.

5 Sed hic quæro etiam, an in testamento militis mulier possit esse testis. Resp. quod sic & est communis sententia, vt dicit Bauer. in §. plane, num. 5. Institut. de testam. mili. Est enim in testamento militis remissa omnis solennitas iuris ciuilis, vt dixi supra q. 15.

6 Item quæro, an mulier possit esse testis in codicillis Dixi supra §. codicillus.

7 Vlterius quæro, nunquid monachi, & fratres mendicantes possint in testamẽtis testes adhiberi. Resp. quod sic: & ita se habet communis obseruantia, & consuetudo, vt attestatur Natta in rep. §. ex imperfecto, post nu. 181. subdẽs quod est valde rationabilis: quia solent a testatoribus adhiberi tanquam legaliores, sub spe, quod eorum voluntates non reuelent, licet quandoque contrarium contingat.

8 Præterea quæro, nunquid legatarius possit esse testis in testamento. Respon. aut quæris, an si in numero septem testium, qui fuerunt adhibiti in testamento, reperiatur aliquis descriptus, cui testator in testamento legatum reliquerit, an testamentum ipsum valeat, tanquam confectum cum solemni numero testium; & dic quod proculdubio testamentum erit nihilominus validũ, & solenne: d. l. qui testamẽto, la 2. in princ. ff. de testamentis. Aut quæris, si agatur de probãdo per testes ipso testamento, vel legato, an legatarius sit idoneus testis: & in hoc remitto te ad ea quæ late dixi supra lib. 2. §. testis. q. 9.

Sed

9 Sed nunquid filius poterit pro patre testificari in testamentis? Respond. absolute, quod non, siue filius sit in potestate, siue emancipatus, & siue pater condat testamentum, siue ipse pater sit ab alio hæres in testamento institutus, ita tenet Bartol. in dicta l. qui testamento. §. quæcunque numero secundo, & est communis opin. vt dicit Aretin. in eod. §. quæcunque, post num. 6. vers. & contra illam, & merito filius est in hoc suspectus, cum secundum communes regulas, censeatur vna & eadem persona cum patre.

10 In hoc etiam proposito nota vnum, quod superioribus diebus contigit in practica, quod si aliquis alias inhabilis adhibeatur in testem in testamento, puta, quia sit infamis vel seruus, qui tamen non reputabatur communi opinione pro seruo, neq; pro infami valet testamentum, ita dicit gl. not. in l. cum lege, in gl. fi. ff. de testam. quam sequuntur communiter Scribentes, vt attestatur Alexan. in l. 1. num. 11. C. de testamen. Semper enim inclinare debemus in sententiam, secundum quam vltima testatoris voluntas conseruatur, & sustinetur.

ADDITIONES.

a Septem testes.] *Hic adde quod testamentum, in quo*
11 *septem † testes de solennitate requiruntur, quod si vnus deficiat haud valet, commune Maran. in eius spec. praxis ciuilis. §. iudicij tale aggreditur, post numerum vigesimum secundum, etiam quando numerus sufficiens haberi haud potuit. Item etiã tempore pestis per Duran. de art. test. caut. 2. vi. ibid.*

b Mulieres.] *Vide de hoc in collec. mea commun. opin.*
12 *in verbo, Fœmina, nu. 6. atque in verb. testis, num. 35. Vbi etiam neque in testamento, neque in chirographo, neque in criminali esse possunt testes.*

c De iure canonico.] *Adde & vide per Diaz. regula mihi 482. vbi retulit Dec. in regula fœmina. ff. de reg. iur quatuor modis limitantem.*

d Inter liberos.] *Hic aduerte, quod illud non † proce-*
13 *dit vbi procederet aliud solenne testamentum institutis extraneis, quia tunc secundum nisi solenne, non tollit primum per Nat. cons. 142. nu. 2.*

e Fratres.] *Et quod fratres prædicatores possint † esse te-*
14 *stes in testamento in quo eorum ecclesiæ aliquid relinquitur, commune etiam habetur per Dec. in consil. 61. colum. 1. quod dixi in collect. mea commun. opin. Ver. fratres, nu. 4.*

f Nunquid legatarius.] *Et quod legatarius indistincte pro hærede in testem admittatur, commune dicit Alex. in l. dictantibus, nu. 2. C. de testamen. commune, & fusius dixi in collect. mea commun. opinio. § legatarius, nu. tertio vide ibidem.*

g Aliquis alias inhabilis.] *Item quod testis rogatus a testatore ex quo eius fides fuit approbata haud amplius queat reprobari, vide per Alexandrum consil. 54. in fine, volumine tertio, vbi Clar. hic adnota.*
Giacbar. I.V.C.

QVAESTIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter in testamento interuenire debent septem testes.*

2 *Et an huiusmodi numerus testium sit de substantia ipsius testamenti, vers. Et scias.*

3 *Quid tempore pestis. vers. Et hæc quidem.*

4 *Et quid in testamento condito inter liberos, vers. Quæro an* Remissiue.

5 *Et quid in testamento condito ad pias causas. vers. Item quæro. Remissiue.*

6 *Et quid in testamento condito a rusticis, ver. Sed quid in testamentis.*

7 *Et quid si quis testetur coram Imperatore, vers. Est etiam alius.*

8 *Et an sufficiant sex testes, & notarius, vers. Quæro etiam Remissiue.*

9 *Et quid si ad statutum, quod testamentum possit fieri coram quinque testibus, vers. Vlterius quæro.*

10 *Testamentum confirmatum a Principe an possit reuocari.*

1 NOn sufficit testes, qui in testamento adhibiti sunt esse idoneos, nisi etiam sint secundum numerum a lege constitutum; licet enim regulariter in quolibet actu duos testes sufficiãt, iuxta illud, Ita ore duorum vel trium, &c. tamen in testamentis, in quibus vt dixi, sæpissime fiunt fraudes, & falsitates, requiritur quod ad minus septem testes interueniant.

2 Et scias quod iste numerus testium non solum est forma probatoria ipsius testamenti, sed etiam de eius forma substantiali. Ita tenet Bartol. in l. nemo potest, in prima opp. ff. de lega. 1. & est communis opi. vt attestatur Ripa in d. l. nemo potest, post n. 27. Didacus in c. cum esses, n. 8. de testa. & hoc est maximi effectus. Nam si non esset de forma substantiali, posset testator in suo testamento iubere, vt licet confectum esset cum minore numero testium, valeret: quod tamen facere non potest, vt concludunt communiter DD. in allega. l. nemo potest, Est etiam in alio magni effectus: quia si esset de forma probatoria tantum, sequeretur quod si pars confiteretur testamentum factum fuisse coram testibus, sed non septem, tale testamentum valeret, tanquam solenne, & probatum ex confessione partis; qua probatione nulla melior esse potest: quod tamen est falsum.

3 Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit, quando testamentum fit in tempore, in quo de facili potest haberi integer numerus testium. Sed quid si testamentum fiat tempore pestis, in quo propter suspicionem contagionis, personæ non ita facilè ad infirmos accedunt, neque inuicem inter se conuersantur, prout faciunt tempore sanitatis? Respon. in hoc articulo magna est controuersia inter Doctores: nam aliqui dicunt quod tempore pestis sufficit quod testamentum fiat cũ quinque testibus: & fuit peregrinum dictum originale Bald. in l. fin. nu. 1. in fin. C. de testam. & hanc opin. dicit esse communem Dec. cons. 286. nu. 5. in fin. quem refert Io. Annib. in repe. l. nemo potest. nu. 65. in fin. ff. de leg. 1. Paris. cons. 32. nu. 6. lib. 2. & consi. 33. nu. 26. eod. vol. Io. Dilect. de arte testa. 1. tit. 2. cau. 2. nu. 2. Contrariam autem opi. quod scilicet etiamsi testamentum conficiatur tempore pestis, propter hoc iura nihil dispensent circa solennitates in ipso testamento requisitas, & consequenter, quod etiam eo tempore requiratur integer numerus septẽ testium, dicitur tenuisse Ang. in d. l. fin. C. de testa. qui tamen in libro meo hoc non dicit. & ita attestatur communiter teneri Alex. cons. 177. num. 8. lib. 2. quem refert Ias. in d. l. fin. nu. 4. & Rubeus cons. 165. nu. 1. & Boer. dec. 228. post nu. 10. Hanc etiam dicit esse communem Alex. consil. 70. post num. 16. lib. 2. quem refert Ripa tract. de peste, in priuilegiis vltimarũ voluntatum, nu. 7. Cor. cons. 68. in litera I. lib. 1. Socin. cons. 85. nu. 6. in fi. lib. 4. Crottus in tract. de testib. nu. 11. Bertran. consil. 212. num. 3. lib. 1. in 2. par. & consil. 233. post nu. 8. lib. 2. in 2. parte, Apostil. ad Aret. in l. hæ-

tedes palam, in prin. post nu. 6. ff. de testa. Bauer. in §. sed hæc quidem, nu. 23. seq. Instit. de testa. Afflict. decis. 25. nu. 2. vbi etiam refert ita iudicasse consilium Neapolitanum, prout etiam iudicauit parlamētum Burdegalense, vt refert Boer. in allegata decis. 228. in casu tamen in quo pestis non erat magna. Hæc est ardua quæstio, & indigeret Cæsarea decisione, vel saltē prouisione, vt sensisse videtur Bartol. in l. 1. ff. de bon. poss. ex testa. mili. Si computentur auctoritates credo, procul dubio hanc opinio. contra Bald. esse magis communem: Opinio tamen Bald. mihi semper magis placuit, modò duo concurrant, quòd scilicet ipse testator tempore conditi testamenti ægrotaret morbo pestis: secundum quòd eo tempore pestis esset talis, vt verisimiliter maior copia testium ibi haberi non posset. Hoc casu intrepide secundum hanc opinio. Baldi consulerem, & iudicarem: & certe etiam illi qui tenent contra Bald. fatentur ferè omnes, quòd ipsius opinio est æquior & humanior: quod est notandum: quia Senatus noster, qui semper ferè in iudicando amplectitur æquitatem, credo quòd de facili inclinaret in sententiam Bald. nisi aliqua suspicio fraudis aut falsitatis subesset. Vnum tamen scias, quòd licet nonnulli dixerint, quòd tempore pestis etiam duo tantum testes in testamento sufficerent, eorum tamen opinio nullo modo esset tenenda. ideo dic, quòd ad minus quinque requirūtur. & in hoc omnes ferè concordant, vt dicit Corn. consil. 297 in litera B. libr. 4.

4 Quæro an in testamento condito inter liberos sufficiat minor numerus, quam septem testium. Dixi supra, q. 8. vers. hinc infertur.

5 Item quæro, quid in testamento condito ad pias causas. Dixi supra q. 6. vers. Hinc infertur.

6 Sed quid in testamentis conditis in iure per rusticos, nunquid hæc solennitas numeri septem testium pariter erit necessaria? Respondeo quòd non: sed in illis est speciale quòd sufficiant tantum quinque testes: & hoc ex dispositione l. & ab antiquis, quæ est lex fin. C. de testam. vbi est de hoc text. Expressus. Et hæc quidem conclusio locum habet, siue huiusmodi rusticus testetur in scriptis, siue sine scriptis. & ita communiter tenetur, vt ait Alexand. in dict. l. fin. post numerum octauum, in gl. in verbo, Scriptura. Hanc etiam dicit esse communem opinion. Iason in dict. leg. fin. post numerū secundū, versiculo quarto, extende. & ita obseruatur communiter, vt attestatur Bartol. in dict. leg. fin. numero primo. Valet enim regulariter argumentum de testamento in scriptis ad nuncupatiuum, & è conuerso. Scias tamen, quòd hoc priuilegium quod conceditur per dicta leg. fin. conceditur personæ, & loco, copulatiue, scilicet rusticis, & in rure testantibus: & ideò, vt sit locus dispositioni dicta leg. fin. requiritur, quòd vtrunque concurrat. Si ergo rusticus testetur in ciuitate, vel ciuis in comitatu, non gaudebunt beneficio illius legis. ita dicit Bart. in dicta leg. fin. numero secundo, & est communis sententia, vt dicit Boer. decisio. 228. post numerū decimū, & hoc etiam si esset tempus pestis, de quo tamen vide quæ dixi supra, versic. Et hæc quidem.

7 Est etiam alius casus valde notabilis in hac materia: quia si aliquis testetur coram Imperatore, non est necessarius numerus septem testium: & est de hoc text. expressus in leg. omnium, C. de test. Sed quomodo quis dicetur testari coram Imperatore? Respondeo quòd si quis porrigat preces principi, in quibus exprimat, qualiter de rebus suis disponat, dicitur testatus coram principe, etiam si princeps super huiusmodi precibus nihil rescripserit, ita colligitur ex textus in dict. leg. omnium. Sed quid, si quis non porrigat preces, sed oretenus coram Imperatore dicat se instituere Titium hæredem vel similia verba: nunquid dicetur testatus coram Imperatore? Respondeo quòd sic, dum modo de hoc appareat per aliquos testes. & licet sit magna controuersia inter scribentes, quot testes hoc casu requirantur, tamen magis communis opinio est, quòd saltem duo requiruntur, vbi non apparet preces fuisse porrectas: & quòd duo sufficiant, sensit Bartol. in dicta leg. omnium, numero primo, & hanc esse communem opin. attestatur Socin. iun. consilio 138. numero decimo, libro primo, à qua, vt ipse dicit, non esset consulendo, aut iudicando recedendum: quem refert Didac. in Ru. de testa. in 1. parte, numer. 2. Hæc tamen rarò contingunt in practica.

8 Quæro etiam, si adsint sex testes, & præterea tabellio, qui de ipso testamento debet esse rogatus, an id sufficiat. Dixi sup. lib. 2 §. Notarius.

9 Vlterius quæro, quid si adsit statutū disponens, quòd testamentum confectum coram duobus vel tribus testibus valeat. Dixi supra, libr. 1.

ADDITIONES.

a Septem testes interueniant.] *Et hoc casu, quia testes sunt de substantia actus, aduerte, quod omissio vitiat, adeo vt haud possit deferri iuramentum in defectum probationis per Natta. in consilio 423. sub numero primo.*

b Tempore pestis.] *Vide de quadam testatrice sequestrata in domo ob pestem, schedula conscripta relicta per Menoch in cons. 224*

c Cum quinque testibus.] *Hic scias, quicquid sit de ista quæstione, quòd testamentum coram quinque testibus est minus solenne, & sic nullum conseruat fideicommissum per clausulam codicillarem secundum communem opinionem, & attestatur Socin. in consilio 82. numero secundo, volumine quarto. & hoc dixi etiam in collect. mea communium opinionum. verb. testamentum. numero quadragesimo.*

d Hæc est ardua quæstio.] *Adde quod nouissime super ista quæstio. consulens plenius respondit Roland. à Valle eius consilio 81. volumin primo. quem ideo vide, quia ad partes allegat, & tandem tenet valere testamentum. Et de ista opinione communi ex vtroque parte dixi etiam in collect. mea commun. opinion. in verb. testamentum, numero 28. 29.*

e Minor numerus.] *Adde quod sufficiunt duo, communem Deci. consilio 627. numero vndecimo, & Roland. consilio 82. numero 19 Etiam si in fine testamenti non reperiretur testatoris subscriptio. Boer. decisio. 14 numero decimoquinto. quòd etiam dixi in collect. mea communium opinion. verb. testamentum. numero decimoseptimo, & adde quòd in testamento facto inter liberos omnis solemnitas iuris ciuilis & positiui remissa censetur, sola iurisgentium solemnitate in illo seruata, communem Bero. famil. q. 36. num. 5.*

f Quod vtrunque concurrat.] *Item quòd solemnitates d. septem testium in testamentis relaxetur tantum rusticis, & in rure testantibus, in alijs autem non, sed denegetur. Item quòd requiratur vtrunque, quòd sit rusticus, & rure testetur, vnde si ciuis rure testaretur quòd non valeret, commune vtrumque dixi in collect. mea communium opinion. verb. solennitas, num. quinto, & sexto.*

g Dicitur præstatus coram principe.] *Sed nunquid † te-*
10 *stamentum confirmatum à principe reuocari queat? quòd sic communem vide per Deci. in cap. cum accessi-*

sent, columna secunda, de constit. communem etiam dixi in mea collect. comm. opin. in verbo testamentum. numero 43.

h Saltem duo.] *Ad idem etiam vide per Hipp. Rim. in §. 1. Instit. de dona. numero 358. vbi retulit doctor. opiniones, & vltimo Socin. iun. relatum etiam ab Authore communem attestantem dicto consilio 138. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Numerus septem testium an requiratur in testamento etiam de iure canonico, tractaturque materia, cap. cum esses de testam.*
Et an dispositio illius cap. locum habeat etiam in testamentis conditis etiam ad causas profanas ibidem.
2 *Et in foro temporali, ver. Quæ quidem.*
Et an extra terras ecclesiæ, ibid.
3 *Et an sufficiant duo testes loco parochiani, versicul. Sed pone.*
4 *Et an duo testes sine parochiano, versic. Sed quid.*

1 HAbes ergo conclusionem, quòd ad validitatem testamenti requiritur numerus septem testium: quæ quidem, secundum ius ciuile, nullam habet difficultatem. Sed quæro, quid de iure canonico, an minor numerus testium sufficiat. Hæc est ardua, & difficilis quæstio, quæ tota versatur circa intellectum cap. cùm esses, de testam. vbi Summus Pontifex ait, Testamenta, quæ parochiani coram presbytero suo, & tribus vel duabus alijs personis idoneis in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere. Videndum est igitur, nunquid hæc conclusio quæ elicitur ex illo text. scilicet, quòd in testamento sufficiunt duo testes cum presbyteri sui interuentu, habeat locum solummodo in testamentis conditis ad pias causas: an autem locum habeat etiam in testamentis conditis ad causas profanas: deinde præsupposito, quòd habeat locum etiam in conditis ad causas profanas, an procedat in vtroque foro, scilicet tam in temporali, quàm in ecclesiastico, & tam in terris imperij, quàm in terris ecclesiæ. Et in primis quidem multi tenuerunt, quòd dispositio illius cap. solummodo locum habeat in testamentis ad pias causas: & dixit Apostill. ad text. in dict. capit. cum esses, quòd hæc est crebrior opin. Sed quidquid ipse dicat, tenenda est contraria opinio, quòd scilicet ille textus procedat etiam in testamentis conditis ad causas profanas. & ita communiter teneri attestatur Ruinus consilio decimoquarto, numero quarto, libro secundo, & quòd de iure canonico in qualibet vltima voluntate sufficiant duo testes, & sacerdos, dicit esse communem Alexand. consilio 177. numero secundo, libro secundo, Corneus consilio 137. in litera A. libro secundo, & cons. 261. colum. penult. in litera C. libro quarto, quem refert Didacus in dicto capitulo cùm esses, numero duodecimo, Socin. consilio 138. numero quinto, libro primo, quod est duplicatum consilio 335. libro secundo, Boer. decisio. 93. numero secundo, & sequent. Si enim in relictis ad pias causas sufficiunt duo testes, secundum communem conclusionem Doctorum, vt dixi supra quæst. sexta, versic. hinc infertur; certe non potest in illis habere locum dispositio dict. cap. cùm esses, per quam vltra duos testes requiritur etiam præsentia sacerdotis. & ab hac opinio, quæ est magis communis, vt etiam ex infra dicendis apparebit, & quam consuetudo approbat vbique locorum, iudicio meo valde temerarium esset in practica recedere.

2 Quæ quidem conclusio de plano procedit in terris ecclesiæ: in illis enim non videtur dubitandum, quin sufficiant duo, vel tres testes cum interuentu parochiani iuxta dispositionem dicti capituli, cum esses. & hæc opinio, proculdubio est magis communis, vt attestatur Alexand. consilio quadragesimoseptimo, numero secundo, libro secundo, & consilio 146. numero sexto, eod. volum. Corn. consilio decimooctauo, in litera T. libro secundo, & consilio 137. in litera A. eod. volum. & consilio 168. in litera B. eodem volumin. & Ripa de peste in priuileg. contractuum, numero duodecimo, Parisius consilio 51. numero decimotertio, libro tertio, Bello. consilio decimoquarto, numero tertio, Ioann. Dilect. de arte testandi, titu. secundo, caut. secunda, post numerũ secundũ, Et intellige quòd hæc conclusio locum habet in terris ecclesiæ, non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro temporali, vt statim dicam. Et licet Fulgos. consilio vigesimonono, numero primo, & secundo, dicat quòd hæc opinio non est communiter approbata, & quòd imò contraria opinio est communis, quòd scilicet in terris subiectis temporali iurisdictioni Ecclesiæ, non valet testamentum in non pias causas conditum, nisi seruata solennitate iuris ciuilis, credo quòd de hoc dicto Fulgos. parum sit curandum, cum ferè omnes Doctores teneant contrarium, vt videri potest, & hæc etiam communis opinio. est consuetudine roborata, vt dicit Imol. in dicto capitulo cum esses, numero decimotertio, & sic non esset iudicando aut consulendo ab ea recedendum. Extra verò terras Ecclesiæ, & sic in terris imperij, non habet locum dispositio dicti capituli cum esses, sed omninò debent interuenire septem testes: ita volunt communiter Doctores vt dicit Corn. consilio 261. colum. tertia, in litera H. libro quarto. Et hæc opinio videtur de generali consuetudine roborata, vt dicit Bertrand. consilio 178. in fin. libro tertio, in secunda parte. Quod tamen intellige, vt procedat in foro sæculari, nam in foro ecclesiastico, etiam in terris imperij; seruatur dispositio dicti capituli cum esses, vt statim dicam. Et sic ex his omnibus collige conclusionem, quòd dispositio dicti capituli cum esses, est obseruanda in foro Ecclesiastico vbique, & in terris Ecclesiæ in vtroque foro, & hæc est communis sententia, teste Corn. consilio 31. in litera B. libro secundo, & consilio 168. in litera B. eodem volum. & consilio 158. in litera A. libro quarto, à qua non recedas in practica: quia quantum ego vidi, apud omnes ita seruatur sine controuersia. Bene verum est, quòd illi duo testes, qui debent vltra parochianum interuenire, debent esse idonei, & sic omni exceptione maiores. & hæc est communis opin. vt dicit Alexand. consilio 187. post num. 4. vers. Secundò respondeo, libr. 2. de qua non videtur dubitandum, ex quo in ipsomet capit. cum esses, dicitur, personis idoneis, &c. quis autẽ dicatur testis idoneus, dixi supra libro 2. §. testis.

3 Sed pone, Aliquis fecit testamẽtum, in quo adhibuit quatuor testes idoneos, non tamen inter testes aderat sacerdos parochianus: nunquid isti duo testes adhibiti vltra alios duos, supplebunt absentiam parochiani, ita vt testamentum valeat, perinde ac si ipse parochianus

vnà

vnum cũ duobus testibus adhibitus fuisset, iuxta dispositionem d.c.cum esses? Respondeo quòd sic: ita tenet Spec.de instr.editio. §.compendiosè, post num. 12. & hanc opin. dicit esse magis communiter approbatã Bertrand.consil.41. num.6.lib. 3. in secunda parte. Et dicit Alex.cons.105.num.15.lib.4. quòd ita tenent communiter omnes. Hanc etiam opin.attestatur esse communẽ Dec.cons.284.num.8.quem refert & sequitur Bello.cõsil.14.post num. 3.& Didacus in d.c.cum esses, nu.13. Paris.cons.31.post num.15.libro tertio. Et licet hæc opinio fortè in puncto iuris non transeat sine difficultate, tamen propter auctoritatem Doctorum illam tenentium, credo quòd in practica obtineret: neque ego auderem consulendo, aut iudicando, ab ea recedere, vbicunque essemus in foro ecclesiastico, vel etiam in vtroque foro in terris Ecclesiæ. & quamuis Cor.cons.77.in litera D.libr.1.& cons.137.in litera C.lib.2.dicat communem opin.esse, quòd in vltimis voluntatib.in quib. non interuenit presbyter proprius testatoris, remanet ius ciuile immutatum, & quòd ita obseruatur in practica: nihilominus ex supra allegatis apparet magis communem opinionem esse in contrarium. Pro qua facit, quia semper plus creditur duobus testibus, quàm vni, quantæcunque dignitatis sit. Si ergo sufficiunt duo testes cum parochiano d.cap.cùm esses, multo magis sufficient quatuor testes.

Sed quid si duo tantum testes in testamento interuenerint sine parochiano, nũquid tale testamentum valebit de iure canonico, secundum quod dicitur quòd in ore duorum vel trium stat omne verbum? Respondeo aliqui dixerunt, quòd sic.& hanc opin.dicit esse cõmunem Bald.consil.404.libr.4.prout illum refert Ioan. Dilec.de arte testandi, tit. 2. caut. 2. num.4. Ego non reperiu illud consi.Bald.quia fortè allegatur secundum aliã impressionem. Sed quidquid dicat Bald.contraria opin. est verior, scilicet quòd vltra duos testes debet etiam parochianus interuenire: & est etiam magis communis, ut attestatur Imola in dict.c.cum esses, post num.13. Et quia res est nimis clara, stultus esset, qui ab hac sententia recederet in practica.

QVAESTIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Requiritur testes in testamento adhibitos esse rogatos.*
2 *Et quid in testamento nuncupatiuo, versic. Et hac quidem.*
3 *Et quid in testamento ad pias causas. versic. Quaro an. Remissiue.*
4 *Et quid in testamento condito inter liberos, ver. Quaro etiam Remissiue.*
5 *Quid in testamento militis, vers. Item quaro.*
6 *An sufficiat testes esse rogatos ab alio, quam à testatore, ver. Scias tamen.*
7 *An testes in dubio præsumãtur rogati. vers. An autem. Remissiue.*
8 *An requiratur etiam notarium esse de ipso testamento rogatum, ver. Quod vero.*

1 NOn sufficit in testamento septem testes idoneos adhibitos fuisse nisi ẽt appareat illos, vt testamento interessent, fuisse rogatos.a Est de hoc tex. expressus in l. hæredes palam, §.in testamento, ff.de testam.licet enim regulariter in alijs actib. humanis non requiratur quòd testes sint rogati; l.ad fidem, ff.de testibus, & dixi supra libr.2.§.testis: tamen in testamentis, in quibus, vt sæpe dictum est, maximus subest timor fraudis, & falsitatis, voluit lex adhiberi testes non fortuitos, sed ad id in specie rogatos, vt diligentius ad omnia animaduerterent.

2 Et hæc quidem cõclusio satis de plano procedere videtur in testamento in scriptis confecto: l.hac consultissima in prin.C.de testam. Sed quid in nuncupatiuo? Respon. quod pariter in nuncupatiuo debent testes esse rogati: & hoc siue huiusmodi testamentum nuncupatiuũ fuerit sine scriptura confectum, siue etiam fuerit in scriptis redactum. Ita tenet gl.in §.fi.in verbo, adhibitis, Instit.de testa.& est cõis opinio, vt dicit Boerius decis.34. nu.8. Nulla enim (iudicio meo) subest in hoc concludens ratio differentiæ inter testamentũ in scriptis, & nũcupatiuum. Et quia hæc opinio notissima consuetudine vbique approbatur, non est aliquo modo de ea dubitandum.

3 Quæro, an in testamento condito ad pias causas requiratur quòd testes sint rogati. Dixi supra q.sexta, vers. Secundò infertur.

4 Quæro etiam, quid in testamento condito inter liberos. Dixi supra q.8. vers. tertiò infertur.

5 Item quæro, quid in testamento militis, an scilicet in illo sit necessarius rogitus testium. Respondeo quòd sic, text. est in l.diuus, ff.de testam.mil.& est communis sententia, vt ait Natta in repet. d.§.ex imperfecto, post num.164.

6 Scias tamen, ꝙ non requiritur ad testamenti validitatem, quòd testes sint rogati ab ipsomet testatore, sed sufficit ꝙ sint rogati à notario, vel etiam ab alio extraneo, præsente tamen & patiente ipso testatore. ita colligitur ex gl.in auth.rogati, in gl.1.C.de testibus: & est cõis opinio. vt dicit Ias.in l.hac consultissima, in prin.post nu.2. vers.& debent, C.de testam.& ita ẽt obseruat consuetudo, vt dicit Iaso.in l.serui electione, num.41.ff.de leg. primo. ita ẽt tenere Doctores affirmat Iac.de Rauenna in §.fin.Instu.de testa.quem refert Soc.in l.si quis ita, nu. 3.ff.de rebus dubijs: subdens hoc esse notandum: quia aliàs fuit multũ dubitatum super hoc.& ita fuit consultum per oẽs Doctores Italiæ: & ꝙ ideo, ab hac sententia nullo modo esset in practica recedendum. Reperio tamen quòd Bauer.in §.sed hæc quidẽ, post nu.41. Instit. de testam. videtur affirmare contrariam sententiam esse magis communem, quòd scilicet testes ab ipsomet testatore, & non ab aliquo alio, debeant esse rogati. Sed, vt ex prædictis colligitur, proculdubio in hoc Bauc.deceptus est. Propterea à priore sententia non recedas, quæ verior est & communior, æquior, & consuetudine roborata.

7 An autem testes in dubio præsumantur rogati, & quomodo probetur rogitus testium, dixi supra, libro 2. §.testis.

8 Quòd verò dictum est in testib. idem dicendũ est in notario. Ad hoc enim vt notarius possit de ipso testamẽto conficere instrumẽtum, requiritur quòd & ipse sit de hoc à testatore rogatus. ita dixit glossa, in §.nos autẽ, in verbo Iniunguntur, in auth.de tabellio. quam dicit esse cõiter approbatam Socin.iun.cons.178.num.3.lib.2. & ita videmus quotidie obseruari. Hoc tamen locum non habet in testamento condito inter liberos, vt dixi supra quæstio.8. vers. tertio infertur.

An etiam in dubio rogitus notarij præsumatur, dixi supra lib.1.§.notarius.

ADDITIO.

a Fuisse rogatos.] *Item quoad septem testes qui requiruntur in testamento rogari etiam debeant, communem* dicit

dicit Rol.conf.33.num.3.vol.3. quod etiam dixi in collec. mea com.opin.in verbo.testis.vbi addidi reg.cum trib fallent.num.62.Et num 63.& 64.posui de communi,& magis communi.opin. An scilicet sufficiat testes esse adhibitos,esto,quòd haud constaret illos fuisse rogatos. Adde etiam atque vi.pro opin.negatiua, quæ vt ibid.videtur magis communis,per Diaz regula mihi 751.ubi citat Ias.limitantem quatuor modis in l.sciendum, ff.de verb.oblig. Item quod testis rogatus a testatore,ex quo eius fides fuit approbata haud postea reprobari dixi supra sub quæstio. 46.in fin. Giacbar.I.V.C.

QVAESTIO LIX.

SVMMARIVM.

1 *Speciale est in testamentis, ut requiratur quod testes uideant testatorem,& audiant ipsum loquentem.*

2 *Princeps non potest naturalem rationem immutare.*

1 LIcet aliàs in contractibus testes de auditu proprio probent, modo habeant notas voces contrahentium,vt dixi supra,libr.2.§.testis,tamen in testamentis ob maximam suspicionem fraudum, quæ in illis quotidie committuntur, specialiter requiritur quòd testes videant testatorem, & audiant ipsum loquentem text. est in l.si non speciali,C.de testam.& ita communiter tenetur per Legistas, vt dicit Abbas in c.ex literis,post num. 5.de consuet.& dicit Corn.cons.18. in litera D.libro 2. quòd in hoc concordare videntur Doctores omnes. Hanc etiam dicit esse communem ferè omnium sententiam Corn.consil.166.in princ.libr.3.Paris.cons.33.nu. 1.lib.2.Rimin.in d.l.si non speciali,num.3.Et ideo,si in testamento conficiendo esset cortina,vel paries,inter testes & testatorem,non valeret testamentum,etiamsi testes haberent notam vocem testantis. ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Alex. in d.l.si non speciali,num.6.Nec quidquam facit quòd glo.in l.2.§.idẽ Labeo,in verbo,Meminerint, ff.de aqua pluuia arcen. tenuerit contrarium: quia illa glos.communiter reprobatur,vt dicit Raph.ibi,quem refert, & sequitur Corn. consil.200.in litera G, lib.2.Porc.Insti.de testa.milit. in princ.post num.8.Bauer. in §.sed hæc quidem, num.4. in fin.Institut.de testa. Nostris tamen temporibus quædam mulier sagax maritum statim postquam expirauerat,è lecto extrahi fecit,& alium pro eo supposuit, qui fenestris thalami ferè in totum clausis,& capite pannis inuoluto,simulans se propter infirmitatẽ vix loqui posse,condidit testamentum, in quo vxorem instituit hæredem, & alijs personis diuersa legata reliquit: & omnes testes credebant ipsum esse vere eius maritum, qui quasi in extremis laboraret, fuit deinde quasi diuino miraculo res omnis detecta, & nisi mulier ipsa vnà cum notario,qui solus erat particeps fraudis, fuga sibi consuluisset, credo quòd non euasisset pœnam vltimi supplicij.

ADDITIONES.

a Videant testatorem.] *Etiam hic adde,testamentum nõ ualet, si testes haud uideant testatorem licet sint post aliquam cortinam circa lectũ ipsius.uide per Diaz hanc reg. cum suis ampliatio.atque limitatio.regu.mihi 729.Item quod pro forma & ualiditate testamenti inductum sit, ut testes uideant testatorem ratione fraudis euitandæ,atque falsitatis,quæ de facili committi potest,si testes solum audierint testatorem,& non uiderint, cum potuisset supponi alius,qui testatoris uocem potuisset simulare,& fingere,uide in collec.mea com.opi.uerb.testamentum.nu.32. & 33.ubi communem hanc opin.ampliatam atque firmatam remissiue posui.*

b Non valere testamentũ.] *Amplia etiam quod speciali priuilegio concedi haud potest per principem,quod ualeat*
2 *isto singulari fundamento,quia † princeps non potest naturalem rationem immutare secundum cõmunem Docto. sententiam in l.si non speciali.C.eo.quòd tamen fallit vrgente necessitate, puta ob sæuissimum mœrorem pestis tũc vrgentis,quia tunc testamentum ualet tametsi factum extra conspectum testium mediante pariete non ex priuilegio, sed ex necessitate cogente.Vide per Mari.Augui.consil.126.num.8.cum multis seq. Giacbar.I.V.C.*

QVAESTIO LX.

SVMMARIVM.

1 *Duo an possint in eadem charta coniunctim facere testamentum.*

1 OCcurrit etiam in hac materia pulchra quæstio, nunquid duæ personæ possint coniunctim in eadem charta facere testamentum,& se inuicem instituere,& de bonis suis disponere.Respond.quòd sic: & est communis opinio,vt ait Bello.consil.85.num.9.Erunt tamen quasi duo testamenta separatim facta.Sed hæc rarò contingunt.

QVAESTIO LXI.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatem testatoris pro lege haberi.*

2 *Notarius non præsumitur rogatus à testatore, etiam si testes id dicant nisi talem rogitum notarius redigat in scriptis.*

1 DIctum est,quæ solennitates in testamento requirãtur:Nunc de ipsius testatoris dispositione videamus. Et vulgaris quidem est regula, quòd in quolibet actu humano duo præcipue cõsiderantur,Potestas scilicet,& voluntas.In primis ergo videndũ est,quid testator in suo testamento facere possit:deinde de eius volũtate coniecturanda nonnulla subijciemus.In hac autem materia facienda est generalis conclusio, quod voluntas testatoris pro lege habetur. tex.est vulgaris in §.disponat in auth.de nuptijs,cũ simil.Quã tamen intellige,vt procedat in ijs,quæ ab ipsius testatoris volũtate depẽdent: Cæterum nõ põt testator facere quò minus leges in suo testamento locum habeãt l.nemo potest,ff.de leg.1.ita dixit glo.in verbo,Cautione,C.de vsu & habita. quam dicit esse cõiter approbatã Soc.iun.cons.115.n.19.li.1.

ADDITIO.

a Voluntas testatoris.] *Hinc aduerte, quod volũtas testatoris dicentis se velle notarium de illa esse rogatum licet per testes probetur,nisi tamen per notarium in scriptis solemniter sit redacta, haud valet communem dixi in collectanea com.opin.in verb.voluntas,num.5.Giacb.I.V.C.*

QVAESTIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit prohibere Trebellianicã detractionẽ.*

2 *Et an in codicillis,vers.Et hac conclusio, Remissiue.*

3 *Et an possit testator illam tacite prohibere, vers.Habet etiam.*

4 *Et an*

4 *Et an si vsus sit testator verbis uniuersalibus, uel aequipollentibus, censeatur detractionem Trebellianicae prohibuisse. ver. Sed nunquid.*

5 *Trebellianica potest prohiberi etiam uerbis generalibus.*

6 *Haeres approbans testamentum amittit Trebellianicam.*

1 TV scis quòd haeres grauatus per fideicommissum restituere haereditatem alteri, potest de ipso fideicommisso detrahere Trebellianicam, vt dixi supra hoc eo. libr. §. substitutio: Quaero nunquid possit testator in testamento prohibere Trebellianicae detractionē. Haec est terribilis & ardua quaestio, in qua adeo variae fuerunt Scribentium sententiae, vt aliquando vix discerni posset, quae opin. esset magis communis. Sed omittendo superflua, facias conclusionem, quòd testator potest haeredi prohibere Trebellianicae detractionem. ita tenuit gloss. in §. sed quia stipulationes, in verbo, Liceat, Instit. de fideicommiss. haered. & ita magis communiter concluditur, vt in Rom. consi. 206. num. 5. in fin. Ita etiam magis communiter teneri attestatur Alexan. consil. 29. post num. 2. lib. 5. quem refert Cassiodor. decis. 4. de testament. num. 1. Hanc etiam opin. dicit esse communem Imola in l. Marcellus, in fi. princip. vers. & per hoc etiam, ff. ad Trebellia. quem refert & sequitur Benedict. de Bened. de Perusio, & vulgò Capra nominatus, consil. 36. circa princ. & consil. 83. vers. circa secundum: Comensis consil. 25. num. 9. Alex. in d. l. Marcellus, in princ. num. 8. & consil. 67. num. 1. lib. 1. & cōsil. 5. num. 16. lib. 3. & consil. 201. num. 15. lib. 6. referēs idem attestari Paul. de Cast. in authē. sed cùm testator, C. ad l. Falcid. quem tamen in lib. meo id dicentem non reperio: Ang. Aret. in d. §. sed quia stipulationes, num. 3. Barb. cōs. 10. col. 10. lib. 4. quem refert & sequitur Io. Dilec. de arte testandi, tit. 5. caut. 31. num. 2. in fi. Aret. cons. 37. num. 10. Roman. consil. 239. post nu. 3. Corn. cons. 207. in litera H, lib. 2. Petr. Mathe. in reper. l. filiū quem habentem, num. 107. C. fam. herciscundae, quem refert & sequitur Ias. in d. l. Marcellus, in princ. nu. 40. Bal. Nouel. de dote, in 6. parte, priuileg. 13. post num. 2. & in eadem 6. parte, priuilegio 62. post num. 1. Ias. consil. 84. post num. 9. libr. 1. & consil. 89. post num. 2. vers. successiue, eo. vol. & consil. 99. col. 5. vers. transeo ad secundum, lib. 4. & consil. 156. num. 5. eo. volum. & in d. l. filium quem habentem, post num. 11. C. fam. hercisc. Dec. consil. 81. num. 3. Claud. in d. l. Marcellus in princip. vbi etiam dicit quòd haec opinio seruatur in pract. Bertrand. consil. 96. post num. 1. lib. 1. in 2. parte, & consil. 130. num. 4. lib. 3. in secunda parte, & consi. 144. nu. 2. eod. volum. & consil. 158. post num. 17. eod. volum. & consilio 205. numero quarto, eo. vol. Galiaula in repet. l. centurio, post numer. 87. vers. aduerte itaque primò, ff. de vulg. Picus in reper. l. in quartam, post num. 101. versic. secundò & fortius, ff. ad legem Falcid. vbi etiam subdit quòd ita solet teneri in scholis, & seruatur etiam in practica, referens idem attestari Paul. de Castro in l. 1. §. ad municipium, ff. ad Trebellianic. qui tamen in lib. meo hoc non dicit: Crott. in reper. d. l. nemo potest, numer. 30. Probus in Apostil. ad Io. Mon. in c. si pater, num. 16. de test. in 6. Goza. consil. 45. nu. 21. Ruin. consil. 37. num. 15. lib. 1. & consil. 77. num. 1. lib. 2. & consil. 111. num. 17. eod. vol. & consil. 160. num. 21. eod. volum. Ripa in d. l. nemo potest, numero 44. & sequen. ff. de leg. 1. & in l. 1. in princ. post num. 15. ff. ad Trebellian. Cotta in verbo Trebellianica licet: Socin. iun. consil. 131. post num. 7. libro 1. & consilio 137. nu. 6. eod. volum. & consilio 170. post num. 19. libr. 2. Ioā. Anni. in rep. d. l. nemo potest, num. 235. Paris. consilio 16. num. 58. libr. secundo, & consil. 21. num. 33. libr. 3. Et sic ex quo adsunt tot illustres Doctores attestantes de communi opin. Doctorum, & obseruantia, fatuus, & temerarius esset iudex, qui in practica auderet illam in dubium reuocare.

2 Et haec conclusio satis de plano procedit in testamento: sed quid in codicillis, dixi supra §. Codicillus.

3 Habet etiam haec conclusio minus difficultatis, vbicunque liquidò apparet testatorem ita voluisse, puta, quia expressè dicit, Prohibeo haeredi meo detractionē Trebellianicae: & hoc modo communem conclusionem esse, quòd prohiberi possit, affirmat Parisius cons. 21. num. 24. libr. 3. Sed quid si hoc expressè non dixit, potest tamen ex eius verbis colligi, eum ita voluisse, nunquid dicendum est, posse testatorem etiam tacitè hanc Trebellianicae detractionem prohibere? Respondeo quòd sic: & est communis opin. vt dicit Parisius in d. cons. 21. num. 95. Bello. consil. 65. num. 2. Dicitur autem testator tacitè illam prohibere, quando verba apposita à testatore sunt huiusmodi, vt nihil aliud possint importare quàm Trebellianicae detractionem: & haec etiam est communis conclusio vt attestatur Bello. in d. consil. 65. numer. 3. quam tamen intellige secundum ea quae statim dicam: nam ita absolutè intellecta, non esset communis nec vera. 5

4 Sed nūquid si testator vsus sit verbis vniuersalibus, vel aequipollentibus, censebitur tacitè Trebellianicam detrahi prohibuisse: puta, si dixerit volo vt haeres meus restituat totam & integram meam haereditatem, vel sine aliqua diminutione, vel pleno iure, vel huiusmodi? Respon. in hoc articulo magna est inter Doctores altercatio. Aliqui enim tenuerunt, quòd per haec verba non censetur prohibita detractio Trebellianicae. & hanc opinionem dicit esse communem Rom. consilio 239. post num. 3. Capra in d. cons. 36. in fi. & consil. 83. in fi. quem refert Gratus cons. 102. num. 14. lib. 2. Crottus in repe. l. nemo potest, nu. 35. ff. de leg. 1. vbi reprehendit Alexan. qui dixerat contrariam opin. esse magis communiter approbatam: Bertrand. consil. 148. lib. 3. in 1. parte, Bellō. cons. 65. num. 1. & cons. 67. num. 1. Contrariam verò sententiam, scilicet quòd per huiusmodi verba vniuersalia vel aequipollentia censeatur prohibita detractio Trebellianicae, dicit esse communem Alexand. consil. 5. post num. 15. lib. 3. quem refert & sequitur Curt. iun. consil. 16. post num. 12. & Ripa in l. cum filiofam. num. 96. ff. de leg. 1. & in l. 1. §. sed & quoties, num. 5. ff. ad Trebellian. & Ioann. Dilc. in d. cau. 36. nu. 3. Cors. de potestate regia in materia Trebellianicae in 2. dubio, num. 10. & sequitur Guido Papae decis. 537. post num. 2. vers. sed contrarium videtur: Galiaula in rep. l. centurio, num. 399. Dec. consil. 395. nu. 21. Clau. in d. l. centurio, num. 33. vbi dicit quòd fallitur Roma. qui dicit contrarium: Bertran. sibi contrarius cons. 241. lib. 2. in prima parte: Ripa in dict. l. centurio, num. 130. Io. Annib. in reper. d. l. nemo potest, num. 250. Parisius cons. 93. num. 45. lib. 2. & consil. 9. num. 9. & 10. libr. 4. & consil. 21. num. 35. eo. vol. & consil. 52. num. 11. eo. vol. Franciscus Maruffus inter consil. Bello. consil. 64. num. 1. Et licet contraria opin. aequior videatur, nihilo minus ego semper hanc opin. secutus sum, tanquam veriorem, & magis communem. In vltimis enim voluntatibus, in quibus mens & volūtas testatoris maximè dominatur, sufficit quomodocunque de ipsa mente testatoris appareat, vt dixi infra q. 76. in 1. regula: Et ab hac opin. in practica non recedas, nisi tamen ex aliquibus coniecturis colligi posset testatorem aliter sensisse: hoc enim casu tenenda esset contraria opinio, quae, vt dixi, aequior est. Et in his casibus bonum esset habere iudicem fauorabilem: quia in huiusmodi opinionum controuersia, multum potest iudicis religio in perscrutanda mente defuncti, cui semper in iudicando adhaerere debemus.

ADDITIONES.

a Trebellianicæ detractionem.] *Hanc conclusionē cum suis ampliationibus atq; limitationib. vi. per Gabr. Rom. in suis conclu. ad Treb. concl. 1. fol. 489.*

b Conf. 67. nu. 1.] *Adde atque vide quæ ibi. adnotaui in Additio. meis.*

c In dubium reuocare.] *Verum tu aduerte, quia pract. Papien. in for. libel. pro lega. rei sing. glo. 1. num. 5. dicit Trebellianicam quartam prohiberi non posse secundum communem opin. Doctor. quam etiam retuli in collect. mea com. opin. in versi. Trebell. num. 10. & num. seq. dixi etiam haud posse extenuari præcipiendo, vt ne fructus hæreditatis imputentur secundum opinion. æquiorem atque magis communem & filijs fauorabilem. & Iaso. vi. ibi.*

d Ex eius verbis colligi.] *Vnde adde Trebellianica detractionem censeri prohibitam per alienationis prohibitionem. commune dixi in mea collec. comm. opin. in verb. Trebellianica. num. 4. & num. 5. dixi commune esse, hæredem concurrere non posse cum vsufructuaria vxore testatoris instituta ex d. Card. Paris. in eius cons. 94. sub num. 45. vol. 2. quod non deduxit Author hic.*

e Prohibere.] *Nota quod Gabriel. Rom. in suis com. conclu. ponit octo conclus. ad Treb. & æquiparantur. testatorem mandare bona capi auctoritate propria, vel prohibere Trebel. Anguis. in cons. 179. num. 20.*

f Verbis vniuersalib.] *Et quòd possit prohiberi etiā ver-*
5 *bis † generalibus communem dicit Mari. Anguiso. in cons. 281. num. 16. esse conclusio. quam in pract. dicit esse amplectendam ex Alex. in cons. 5. num. 14. vol. 3. vbi de communi opin. quòd per substitutionem generalem in tota hæreditate censeatur prohibita Trebellianica. vide etiam per eundem Anguisol. in consil. 66. col. 2. vbi num. 8. cum plurib. seq. dicit probatque satis expressum dici, quod verbis generalibus dicitur, & num 45. dicit quod sufficit constare de intentione testatoris per vrgentes & necessarias coniecturas, & resultantes ex verbis testatoris. Adde & per eum. in consilio 281. num. 16. quod istud comprobat, vi. ibi.*

g Aliter sensisse.] *Adde etiam, quod si hæres siue † ver-*
6 *bo, siue facto approbet testamentum, quod amittit Trebellianicam, vi. per Angui. eo. cons. col. fin. nu. 21. vbi tamen retulit Cur. in contrarium. Giachar I. V. C.*

QVAESTIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit prohibere detractionem Trebellianicæ in filijs primi gradus.*

2 *Et quid si possint detrahere duas quartas, versic. Sed recenta.*

1 SEd hæc quidem omnia satis de plano procedunt in liberis non primi, sed vlterioris gradus: illis enim potest proculdubio testator prohibere Trebellianicæ detractionem: & hæc est communis opin. vt attestatur Guid. Papæ, cons. 140. nu. 5. de qua, stantibus ijs, quæ in præallegatis locis tradita sunt per Doctores, nō est aliquo modo dubitandum. Difficultas est, nunquid testator possit illam prohibere etiam in filijs primi gradus, & in hoc articulo tantus est opinionū conflictus, vt multi adhuc dubitent, quæ sit magis communis sententia. Et in primis quidem, quod testator possit prohibere detractionem Trebellianicæ, etiam in filijs primi gradus, dixit esse communem opin. Cors. de potestate regia in materia Trebellianicæ, in primo dubio, per totum, quem refert Paris. cons. 17. nu. 18. lib. 2. & consil. 18. num. 98. eo. vol. & consil. 26. num. 26. eo. vol. in quibus tamen consilijs ipse Paris. non aperit quam putet esse magis communem; Galiaula in repe. d. l. centurio, post num. 56. vers. Secundo, in quantum; Bertran. consil. 152. nu. 12. lib. 1. in secunda parte, & cons. 130. num. 5. lib. 3. in secunda parte: Picus in repe. d. l. in quartam, post nu. 101. Alciat. in l. cū proponas, C. de pactis, quē refert Cotta in verbo Trebellianica licet: Rubeus cons. 2. nu. 24. & cons. 43. num. 12. vbi dicit, quòd Dec. qui contrarium asseruit, non bene enumerauit Doctores, & cons. 73. nu. 11. Bello. cons. 8.. num. 20.

Contrariam vero sententiā, quòd scilicet non possit pater prohibere Trebellianicam in filijs primi gradus, tenet Bart. in l. iubemus, num. 2. & nu. 8. C. ad Trebell. quam decis. dicit esse communiter approbatam Iason. in l. Marcellus. in princ. num. 53. & seq. ff. ad Trebell. quem refert Gozad. consil. 97. num. 14. & Paris. consil. 15. num. 59. lib. 2. & consil. 93. numer. 46. eo. vol. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Ias. consil. 99. colum. 6. versic. & ista opin. libr. 4. & consil. 146. num. 6. eo. vol. Dec. cons. 81. post num. 5. & cons. 269. num. 13. quem refert Gozad. consil. 104. quod est consilium vltimum, num. 25. & Io. Dilect. de arte testandi in dict. caut. 51. num. 4. Gozad. cons. 81. post num. 15. & cons. 94. post num. 19. Curt. iun. consil. 70. num. 16. & cons. 260. post num. 10. vers. accedit: Ripa in d. l. centurio, num. 65. in fin. & in d. l. nemo potest, num. 52. Rubeus sibi contrarius consil. 120. in fin. & consil. 104. num. 1. & cons. 143. num. 6. Socin. iun. consil. 131. nu. 58. libr. primo, vbi enumerat auctoritates, & consil. 138. nu. 7. eo. volum. vbi pariter recenset authoritates, & dicit ita fuisse iudicatum, & consil. 28. nu. 2. libr. 2. & cons. 112. nu. 3. lib. 3. vbi dicit quòd errant, qui dicunt communē opin. esse in contrarium: Paris. inter consil. Socin. iun. consil. 132. num. 1. libr. 1. Grattus consil. 160. num. 25. libr. 2. Insignis Doctor & præceptor meus d. Iacob. Alba consil. 7. num. 6. in fin. Et hanc opin. seruari in curia Delphin. attestatur Guido Papæ decis. 50. num. 1. & in d. cons. 140. num. 5. Non potest negari, quin verè passus sit arduus, & authoritates magnæ hinc inde; ita vt in tanta varietate Doctorum mirum non sit, si aliquando iudices vacillant. Et bene dixit Curt. iun. consilio 554. numero 2. quòd hæc difficultas indigeret decisione Imperatoria. Nihilominus diligenter enumerando authoritates Doctorum, iuxta supputationem huius temporis, proculdubio opin. Bal. est magis communis, quòd scilicet non possit per testatorem prohiberi detractio Trebellianicæ in filijs primi gradus, quæ etiam tanquam æquior, & magis fauens filijs esset tenenda in practica, & ita, si casus contingeret, secundum illam consulerem, & iudicarem, si hæreditas esset restituenda extraneo: Sed si hæreditas esset restituenda descendentibus, cessaret ratio æquitatis in fauorem filij, & militaret fauor conseruandæ agnationis, & sustinēdæ voluntatis defuncti, in fauorem descendentium: quo casu non putarem errare iudicem, qui adhæreret contrariæ opinio. quòd scilicet etiam filio primi gradus potuisset Trebellianica prohiberi, secundum quam, vt scribit Cotta in d. verbo, Trebellianica licet, sæpe fuit iudicatum per nonnullos Doctores venerandi Collegij Mediolanensis. Et cogita super hac distinctione: quia iudicio meo sapit magnam æquitatem: & in dubijs semper tenenda est æquior sententia, & per quam opiniones contrariæ ad concordiam reducūtur. Bene verum est, quòd vbi in aliqua ciuitate vel prouincia esset altera ex istis opinionibus viu recepta, non putarem esse in iudicando à communi obseruantia recedendum.

2 Sed recēta indistincte opinio. Bal. & communis, quòd scilicet testator in filijs primi gradus non possit prohibere detractionem Trebellianicæ, dicunt aliqui quòd

illa

illa intelligẽda est vt procedat, quando tales filij nõ possunt nisi vnam quartam ex fideicommisso detrahere, prout est quando sunt grauati pure hæreditatem restituere: Secus autem quãdo possunt detrahere duas quartas, prout est quando sunt grauati restituere hæreditatem sub conditione, vt declaraui supra, §. substitutio. Nam tunc, secundum eos, bene potest testator illis prohibere Trebellianicæ detractionem. & ita communiter intelligi attestatur Bello. consil. 80. supra allegato, post num. 20. versic. Secundo respondeo: & fuit noua declaratio Pauli de Castr. ad l. iubemus, C. ad Trebell. vt ipse ait in l. mulier, §. cùm proponeretur, post num. 4. ff. ad Trebell. quam secutus est Alex. consil. 29. post num. 2. lib. 5. & dicit seruari in practica, Picus in d. l. in quartam, prout illum refert Paris. cons. 16. nu. 25. libr. 2. & cons. 18. numer. 105. eo. vol. & cons. 26. num. 37. eo. vol. & cons. 93. num. 99. eo. volum. Ego, vt verum fatear, nunquam potui intelligere quid sibi velint isti Doctores. Nam quando filius est grauatus pure, quo casu non potest detrahere nisi vnam quartam, & sic legitimã, non video quomodo tractari possit, an valeat prohibitio Trebellianicæ facta per testatorem, cum præsupponamus eius detractionem eo casu iam esse prohibitã à lege, quæ non vult quòd possit nisi legitimam detrahere: & sic ista declaratio destrueret totam conclusionem. Neque in hoc credo quòd D. Bello, præceptor meus verum dicat, quòd scilicet hæc intelligentia sit communis: quia in terminis l. iubemus, ego ostendi communem opinionem esse in contrarium supra in d. §. substitutio, quòd scilicet dispositio d. l. iubemus, locum habet etiam quando detrahuntur duæ quartæ. neque ego reperio Picum in dict. l. in quartam, dicentem quòd hæc declaratio seruetur in practica; & si diceret, credo quòd non esset hoc ei credendum, vt ibi dixi. Propterea non attenta hac intelligentia & declaratione, vtroque casu persisto cum communi opinione, scilicet quòd indistinctè pater non possit filijs primi gradus prohibere detractionem Trebellianicæ, siue possint detrahere vnam quartã, siue duas. Et hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica.

ADDITIONES.

a In filijs primi gradus.] *In ista q. vide commune atque magis cõmune vtrumque in colle. mea com. opin. in verb. Trebellianica, num 14. & in verb. testator. num. 7. vbi tamen fusius dixi, ideo ea missa facio.*

b Opinionum conflictus.] *Adde quòd aliqui arbitrati sint esse hoc casu mediam viam eligendam. Et sic Trebellianicam inter hæredes filios, & fideicommissarios diuidẽdam. Vt voluit Curt. iun. in cons. 154. col. 2. iuxta cons. Anch. 310. & not. per Alex. & alios quos ab eo citatos in l. Titius, ff. ad S.C. Trebell. quòd solum faciendum esse dicit Gabr. Eugub. in cons. 99. num. 2. vel consentientibus partibus, vel quando pro neutra parte rationes præponderant, nec iudex magis in alterutrum inclinat, vide per eund. ibi.*

c Esset restituenda, descendentib.] *Adde quòd reijcitur ista dist. Clar. per Gabr. Eugu. d. cons. 93. colum. 2. vide per eundem.*

d Duas quartas.] *Et hanc distinctionem alij probabiliorem esse dicit Gabr. Eugub. d. cons. 93. sub num. 4. qui num. 7. 8. eam alijs rationibus comprobat, vide per eundem. ibid.*

e Consi. 93.] *Vbi retulit hanc esse peregrinã & notab. limitationem ad d. l. iubemus, quod etiam notaui in dicta collect. mea com. opinio. vbi sup.*

f Nunquam potui intelligere.] *Aduerte hic quoniam Gabr. Eugu. in sæpè allegato consil. 93. sub num. 5. redarguit Authorem nostrum de imprudentia: atque successiue docet de veritate euidenti, num 6. 7. & deinde prosequitur disputando subtiliter, & tandem concl. fin. recenset Doctor ad partes, & tenet negatiuam, a qua putat haud esse recedendũ: nisi stylus in loco iudicij adsit. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit remittere vsufructuario cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*

2 *Et quid respectu bonorum mobilium, versic. Et hæc quidem.*

3 *Testator non potest concedere licentiam vxori nubendi infra annum luctus.*

1 TV scis quòd vsufructuarius tenetur præstare hæredi cautionẽ de vtendo fruẽdo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito vsufructu, & de præstanda æstimatione earum rerum, quæ vsu consumuntur, de quo dixi supra hoc eo. lib. §. legatum: Quæro, nunquid testator possit in suo testamento remittere vsufructuario, quo minus teneatur dictam cautionẽ præstare. Respon. quòd nõ: text. est expressus in l. 1. C. de vsufruc. & hæc est etiam communis opin. vt dicit Soc. cõs. 331. nu. 14. li. 1. quem refert & sequitur Bello. cons. 54. nu. 3. & Io. Dilect. de arte testandi, tit. 8. cau. 1. num. 1. Hanc etiam cõclusionem dicit esse cõiter approbatam Ioan. Annib. in repet. l. nemo potest, nu. 164. ff. de leg. 1. nam ex tali remissione præstaretur vsufructuario occasio male vtendi, & consequenter delinquendi.

2 Et hæc quidem cõclusio de plano procedit in bonis immobilibus, in quibus proprie cadit vsusfructus, & militat ratio allegata, ne scilicet vsufructuarius inuitetur ad delinquendũ. Sed quid in bonis mobilibus, quæ vsu consumuntur? Resp. Pet. in d. l. 1. tenuit quòd hoc casu cautio à testatore remitti possit, ex quo non subest timor delinquendi, cùm vsufructuarius nõ teneatur res ipsas restituere, sed earum æstimationem iuxta tempus traditionis. Contrarium tenuit Bart. in d. l. 1. nu. 10. & hæc est communis opin. vt dicit Alex. cons. 58. nu. 10. lib. 3. Dec. cons. 565. nu. 5. tum quia illa lex generaliter loquitur, ideo est etiã generaliter intelligenda, vt vtroque casu locum habeat: tum etiam quia id à lege introductum fuit in fauorẽ hæredis, quia ita militat in vno casu sicut in alio: cui quidã fauori hæredis testator non potest renunciare. ita dixit gl. in l. scire debetis. in gl. fin. C. vt in poss. leg. caueat, quam dicit esse approbatam per Doctores Guido Papæ cons. 63. nu. 4. Sed hæc secũda ratio nõ satisfacit: quia imò põt testator de bonis hæredis, sicut de proprijs disponere, secũdum communem opi. vt dixi infra quæst. 71. & consequenter etiam illius
* fauori, sicut proprio renunciare, * & est cõmunis opi. vt dicit Crauetta cons. 174. num. 10. vbi dicit quòd Guid. Papæ in allegato cons. inaduertenter locutus est, dicendo, quòd illa gl. est per Doct. approbata; quia imò est communiter reprobata, vt ibi per eum, qui in hoc proposito eleganter loquitur. An autẽ hæres possit hanc cautionem vsufructuario remittere, dixi supra. §. legatum.

ADDITIONES.

a Respond.] *quod non. Adde quòd hoc crebrius omnes concludunt in d. l. 1. in textu allegata, vt attestatur Caphal. in consil. 59. num. 3. quòd etiam habet, quòd maritus haud potest præstare vxori licentiam nubendi infra annum luctus tanquam contra bonos mores: licet possit conce-*

concedere vt nubat lapso anno luctus. Quoniam hoc fuit fauore pœnaliter est prohibitum, sicuti etiam potest remittere cautionem legatarijs, & fideicommissarijs ab hærede præstandam: quòd ipsius fauore est inducta. vide per Craue. in consil. 174 colum. finali. Giacbar I.V.C.

* Renunciare.] *Adde Bar. in l. nemo potest. in 3. oppos. & ibi Ias. col. fi. in 1. & 2. lect. ff. de leg. 1. Guiottus.*

QVAESTIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit prohibere insinuationem testamenti à statuto requisitam.*

2 *Et quid si interuenit iuramentum, vers. Sed quid. Remissiuè.*

1 QVæro, stat statutum, quòd testamenta insinuentur: aliàs non valeant: Modò testator in suo testamento prohibet illud insinuari: nunquid testamentum valebit non obstante defectu insinuationis? Respond. quòd non: quia testator nō potest prohibere insinuationem a statuto requisitam, ita tenuit Bar. in d. l. nemo potest, nu. 8. ff. de legat. 1. & est communis opin. vt attestantur Scribentes in ead. l. nemo potest, & in specie Ias. in 2. lectu. no. 41. & Ripa, nu. 67. & Ioan. Annib. nu. 272. faciunt ea quæ dixi supra, quæst. 61.

2 Sed quid si interuenisset iuramentum? Vide quæ dixi infra, lib. 4. §. Donatio. q. 18.

ADDITIO.

a Quod non.] *Sed pone quòd quis testamentum haud insinuatum, & sic nullum approbauerit pro se, An censeatur approbasse etiam contra se. credo quòd sic. per ea quæ tradit Ceph. cons. 294. nu 22. maximè vbi est approbatum cum interuentu rei. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit remittere confectionem inuentarij.*

2 *Et an hæredi ver. Quoad primum.*

3 *An vsufructuario, versic. Quoad secundum.*

4 *An tutori, vers. Quoad tertium.*

5 *Quid si non prohibuit, sed simpliciter remisit confectionem inuentarij. versi. Sed quidem.*

6 *An eo casu possit iudex, non obstante huiusmodi remissione, cogere tutorem vt inuentarium conficiat, versic. Sed quid si testator.*

7 *Inuentarij remissio quid operetur.*

1 QVæro, an testator possit in suo testamento remittere confectionem inuentarij. Hæc quæstio potest multipliciter contingere, prout etiam multæ sunt personæ, quæ tenentur inuentarium conficere. Primò, tenetur hæres conficere inuentarium, l. fi. in princ. C. de iure delib. de quo dixi infra, hoc eo. li. §. fi. Item vsufructuarius tenetur inuentarium conficere, de quo dixi supra hoc eo. lib. §. legatum. Tenetur etiam tutor conficere inuentarium. l. tutor qui repertorium, ff. de admi. tutor. de quo dixi supra. l. 2. §. tutor. De his ergo singulis videndum est.

2 Quò ad primum de hærede; Aliqui simpliciter dicunt, quòd testator non potest remittere hæredi confectionem inuentarij. & dicit Franc. Crem. inter consilia Alex. cons. 62. nu. 1. lib. 4. quòd ita tenēt communiter Doctor. Sed hæc resolutio ita indistinctè intellecta, nō est vera. Ideo debes considerare, quòd ex non confectione inuentarij, oriūtur plures effectus in præiudicium hæredis, quorum aliqui cōcernunt beneficium creditorum defuncti, puta quia si hæres non facit inuentarium, tenetur creditoribus vltra vires hæreditatis, & sic de proprio satisfacere, vt dixi in d. §. fin. Aliqui verò concernunt beneficium legatariorum, & fideicommissariorū: quia hæres non conficiens inuentarium, non detrahit Falcidiam, neque Trebellianicam, sed tenetur præstare integra legata & fideicōmissa, vt dixi infra, §. substitutio. Dico ergo, aut quæris, an testator possit remittere hæredi confectionem inuentarij in præiudicium & fraudem creditorum: & respon. quòd non potest: quia creditoribus suis non potest aliquo modo testator in suo testamento præiudicare. & ita volunt communiter Doctores, vt dicit D. Crauetta compater meus, cons. 174. nu. 11. ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Io. Annib. in repet. d. l. nemo potest, nu. 406. & ideo huiusmodi remissione non attenta, si hæres non confecerit inuentarium, tenebitur nihilominus ipsis creditoribus in solidum satisfacere. Aut verò quæris an possit testator illam remittere in præiudicium legatariorum & fideicommissariorum: & Bal. in l. fi. nu. 6. C. arbi. tutelæ; tenuit quòd non: Sed in contrarium est communis opin. quòd scilicet in præiudicium legatariorum & fideicommissariorum & cohæredum, possit testator remittere confectionem inuentarij. & dicit Paris. cons. 68. nu. 57. lib. 2. quòd ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. contra Bald. esse communem, attestatur Crauet. in d. consi. 174. nu. 11. Dida. in c. 1. num. 17. de testa. & ideò hoc casu poterit hæres, etiam si inuentarium non confecerit, retinere sibi Falcidiam, & Trebellianicam in eorum præiudicium. Sicut enim potuit testator ipsis nihil relinquere, ita multo magis & in eo quod reliquit, poterit eis præiudicare. faciunt quæ dixi infra q. 70.

3 Quò ad secundum, an scilicet possit testator remittere vsufructuario confectionem inuentarij: dic, quòd non. & hæc est communis opi. vt dicit Socin. iun. cons. 115. nu. 18. lib. 1. Bellon. cons. 54. num. 3. quod manifesta ratione comprobatur: si enim testator non potest remittere vsufructuario cautionem de vtendo &c. vt dixi supra q. 64. neque etiam debet posse remittere confectionem inuentarij, quæ est necessarium antecedens ad ipsam cautionem præstandam.

4 Quò ad tertiū, an possit testator remittere tutori confectionem inuentarij, dic, quòd sic: tex. est clarus in l. fi. C. arbit. tute. & ita tenuit Bart. in d. l. nemo potest, nu. 12. & ita communiter tenetur, vt ait Clau. ibi, nu. 31. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias. in d. l. nemo potest, in secunda lectu. num. 65. & seq. Licet enim tutor, qui inuentarium non facit, videatur esse in dolo: d. l. tutor qui repertorium, in prin. tamen ex quo aliquādo interest pupillorum illud non confici, ne secreta patrimonij pandantur, vt ibi, præsumendum est testatorem illud remisisse in beneficium pupilli; & ideò dicendum est, huiusmodi remissionem confectionis inuentarij à testatore factam, valere, & obseruandam esse.

5 Sed hoc quidem de plano procedit, vbi testator expresse prohibuit confici inuentarium: potest enim videri hoc casu id fecisse ad beneficium ipsius pupilli, vt supra dictum est. Sed quid si non expresse prohibuit, sed simpliciter remisit tutori ipsius inuentarij confectionem, quo casu potius videtur id in gratiam tutoris fecisse? Respond. quòd vtroque casu idem dicendū est. Verbalis enim tantum est differentia verum dicatur, Veto fieri, inuentarium: vel Remitto confectionem inuentarij: & ita Doc. communiter non faciunt hanc differentiam, vt dicit Crot. in rep. d. l. nemo potest, nu. 49. quem refert Io. Annib. in rep. eiusdem l. nemo potest, nu. 588.

Et

Et hanc opin. ꝙ vtroque casu idem sit dicendum, attestatur magis esse communem Ripa, in d.l. nemo potest: nu.85. Vt verum fatear, subtiliter considerando, contraria opi. est multum colorata, & sapit etiam maiorem æquitatem, & aliquando dum essem scholaris Bononiæ, illam disputando sustinui in circulis: tamen in practica non recedas à communi.

6 Sed quid si testator confectionem inuentarij tutori in testamento remiserit, nunquid poterit Iudex illũ cogere, vt inuentarium conficiat, remissione ipsa non attenta?
* Respond. ꝙ sic, si ita minori expedire * ei visum fuerit: ita tenet Bart. in d.l. nemo potest, num. 12. qui in hoc est cõmuniter receptus, vt attestatur Didacus li. 2. resolutionum, cap. 14. nu. 4. Potuit enim testator putare è re pupilli futurum, vt inuentarium non conficeretur, vt in hoc falli: vel forte tale quid post testamentum conditum, aut mortem testatoris emersit, quod noua prouisione indigere videtur, & hæc opi. tanquam verior & æquior tenenda est.

ADDITIONES.

a Craue.] *qui ibi dicit atque probat plene. Guid. Papæ, qui contrarium dixit, satis inaduertẽter loquutum fuisse, eumque iure merito reprobat.*

b Possit remittere confectionem inuentarij.] *Sed quid*
7 *operetur † ista remissio, vide per pract. Papien. tit. tutel. ratio. gl. in suo vltimo testamento, nu. 15.*

c Confectionem inuẽtarij.] De *ampla liberatione tutori facta a testatore tam ab inuentarij confectione, quam à ratione reddenda. Vide per Dec. in cons. 178. vbi dat cautelam & plenam formam, & late de materia. Et idem in consil. 192. & 418. in vlt. dub. atque per Crau. in consilio 195. col. 4. & 230. Giacbar I.V.C.*

* *Expedire. Vide tex. in l. vtilitatem, vbi Bart. ff. de confir. tut. Ang. consil. 144. circa fin. Ias. in l. cum necessitatem, C. de fideicom. Guid. Pap. q. 352. & de remissione inuentarij vide eundem Guid. Pap. consi. 63. Guiotius.*

QVAESTIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit probibere diuisionem inter hæredes.*
2 *Et an usque ad certum tempus, uers. Scias tamen.*
3 *Diuisionis probibitio facta a testatore intelligitur quo ad dominium.*

1 QVæro, an testator possit prohibere diuisionem inter hæredes. Respon. ꝙ non: & hanc opin. fatetur esse communem Curt. iun. consil. 112. nu. 1.

2 Scias tamen, quòd hæc conclusio intelligẽda est, vt procedat quando testator absque aliqua adiectione, in perpetuum diuisionem ipsam prohibuit. Sed si prohibitio facta esset ad tempus certum, vel vsque ad vitam alicuius personæ tantum, vtique valeret. & hæc est cõmunis opinio, vt dicit Gratus consil. 66. num. 24. lib. 2. Hanc etiam conclusionẽ dicit esse ab omnibus approbatam Crot. in reper. d.l. nemo potest, nu. 88. Vide quæ dixi infra, lib. 4. §. pactum.

ADDITIO.

a Prohibere diuisionem.] *Aduerte quod prohibita diuisione*
3 *† per testatorem, intelligitur quo ad dominium, non autem quo ad fructus & ius fruendi, comm. Socin. iun. consil. 79. colum. 2. & quod etiam dixi in collec. mea. comm. opinio. in uerb. diuisio. num. 2. Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit concedere legatario licentiam, ut propria authoritate capiat possessionem rei legatæ.*
2 *Et quid si hæres resistat, uersic. Sed quid si hæres.*

1 TV scis ꝙ legatarius debet capere rem legatam de manu hæredis: aliàs si eam accipiat propria authoritate, illam amittit, vt est in iure notissimum, & tradunt omnes in l. non est dubiũ, C. de leg. Quæro nunquid possit testator in suo testamento concedere licentiam legatario, vt propria authoritate capiat possessionem rei legatæ. Respon. ꝙ sic, ita dicit Bar. in d.l. nemo potest, num. 10. & est communis opinio, vt attestantur Scribentes, ibi, & in specie Ias. in 2. lectu. nu. 48. & Ripa num. 61. Cùm enim illud in hæredis fauorem à iure introductum fuerit, meritò potest testator illi derogare, vt dixi supra q. 64. versic. Et hæc quidem.

2 Sed quid si hæres rem ipsam legatam possideat, & legatario volenti propria authoritate eam apprehendere virtute licentiæ sibi à testatore concessæ resistat: nũquid poterit etiam per vim illam apprehendere? Respond. ꝙ non: & est communis opinio, vt dicit Ripa in l. centurio, num. 52. & seq. ff. de vulg. quem refert & sequitur nouissime D. Plotus in sua eleganti repet. l. si quando. C. vnde vi, post num. 54.

ADDITIONES.

a Concedere licentiam.] *Quæ dicit etiam concessa per verbum, libera, appositum in legato ipso. Item vbi testator prohibet vim fieri legatario in rebus sibi relictis, vt per Plot. tracta. suo, de in lit. iuran. §. 2. nume. 28. & 29. Adde & vide per Menoch. de recup. poss. in 7. remed. q. 9. vbi alia habes.*

b Plotus.] *Adde quod in libro meo, & in vltima impressione illius est §. 2. sub nu. 29. vbi tamen subdit, quòd si istud faciat legatarius, non tamen incidit in pœnam amissionis iuris sui per ibi allegatos. sicuti etiam si occupauerit bona sibi relicta propria authoritate absque dolo malo, & lata culpa. puta quia nondum sepulto cadauere defuncti legatarius vel fideicommissarius ignorauit, vt præsumatur hæreditatem aditam possessionemque adeptam per hæredem, nam tenetur illam restituere, & postea petere.*

QVAESTIO LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit priuare hæredem hæreditate si aliquid fecerit vel non fecerit.*
2 *Et quid operetur huiusmodi priuatio, versi. Intellige tamen.*
3 *Cui restituenda sit eo casu hæreditas, si testator id non expressit. ver. Sed pone.*

1 QVæro, nunquid testator possit priuare hæredem hæreditate, si aliquid fecerit, vel non fecerit contra eius voluntatem, puta, si nupserit sine consilio alicuius, vel huiusmodi. Respon. quòd sic: & est communis opin. vt dicit Crauetta, cons. 1. post nu. 3. vers. Non obstat. Sicut enim licet testatori ita sine adijcere quamcunque conditionem voluerit, non turpem, neque improbam,

probam, ita & licere ei debet, in ipsius conditionis defectum hæredem priuare hæreditate sibi relicta.

2 Intellige tamen, non vt talis priuatio ipso iure operetur, ita vt hæres desinat esse hæres: hoc enim secundum communes iuris regulas esse non potest: sed valet huiusmodi priuatio in vim fideicõmissi, vt scilicet, si contra fecerit, teneatur hæreditatem restituere per fideicõmissum. ita tenuit Paul. de Cast. cons. 300. nu. 1. li. 1. & est communis opi. vt dicit Bert. consi. 191. nu. 5. lib. 3. in secunda parte, Crauetta in d. cons. 1. nu. 6.

3 Sed pone, testator non dixit cui hæreditas restitui debeat in casum priuationis: quæro, si hæres contrafecerit, cui teneatur illam restituere. Respon. quòd si adsunt cohæredes, vel substituti, illis debet restitui: si verò non adsunt, debet restitui venientibus ab intestato. ita dixit Bar. in l. paterfamilias, nu. 7. ff. de hæred. instit. & est communis conclusio, vt attestatur Ias. in l. fin. §. fin. post nu. 3. ff. si cert. petat. Quod nota, quia quotidie testatores relinquentes vsumfructum vxoribus suis, solent apponere pœnam priuationis hæreditatis, si hæres aliquam molestiam illis intulerit.

QVAESTIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit in suo testamento iubere, ne eius bona pro legatis sint tacite hypothecata.*

1 TV scis quòd bona testatoris sunt pro legatis per eum relictis tacite hypothecata legatarijs, de quo dixi supra §. legatum. quæro, nunquid testator possit in suo testamento iubere, ne eius bona sint legatarijs hypothecata. Respon. ꝙ sic: ita dicit gl. in l. 2. in gl. vnica, C. vt in poss. legat. quam sequuntur magis communiter Doctores, vt attestatur Alex. in d. l. nemo potest, n. 13. Ita etiam tenere communiter scribẽtes attestatur Crot. in repet. d. l. nemo potest, num. 45. Sicut enim potuisset testator nihil eis legare, ita potuisse debuit illam qualitatem adijcere legato, quæ sibi placuit: & in proposito faciunt ea quæ dixi supra q. 66. versic. quò ad primum.

QVAESTIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit obligare bona hæredis, versicu. Sed nunquid.*

2 *Et an possit prohibere hæredi alienationem rerum suarum ver. Item quæro.*

3 *An possit grauare fideicõmisso hæredem super re prius ab eo ipsi hæredi donata, ver. Sed pone.*

1 SEd nunquid poterit testator expressè obligare & hypothecare bona hæredis? Respond. Doctores in hoc articulo variè loquuntur: Tu dic, Aut testator obligauit bona hæredis, nomine hæredis, vel pro eo de rato promisit: & tunc potuit testator illa hypothecare: intelligendo tamen, vt supra dixi: quia scilicet hæres adeundo hæreditatem censetur ratificasse ipsam obligationem factam per defunctum; Aut verò defunctus in ipsa obligatione nullam mentionem fecit de ipso hærede, sed simpliciter obligauit eius bona: & tunc per aditionem hæreditatis factam per hæredem non censetur confirmata ipsa hypotheca quantum ad hoc, vt creditor possit agere hypothecaria contra hæredẽ possidentem ipsam rem obligatam à defuncto; sed bene si creditor ipsam rem possideret, & hæres vellet ab eo illã auocare, posset creditor repellere hæredem exceptione, & opponere confirmationem obligationis factæ per defunctum, resultantem ex eius aditione: posset etiam creditor agere contra hæredem actione pignoratitia contraria, quæ est personalis, vt scilicet tradat pignus sibi constitutum á defuncto, iuxta no. in l. si Titio. ff. de pignori. hypothecaria verò, vt dixi, agere non potest: & hæc distinctio colligitur ex traditis per Alex. in l. hæredis seruus, colum. 2. vers. in ea. gl. ibi. ff. de lega. 1. quam ita declaratam dicit esse veriorem, & magis communem, Negusan. de pignor. in 2. membro secundæ partis, num. 57. in fin.

2 Item quæro, nunquid posset testator prohibere hæredi alienationem rerum ipsius hæredis? Respon. quòd non: ita tenet Bart. in l. filiusfam. §. diui. post nume. 8. ff. de leg. 1. & est communis opin. vt dicit Ripa in d. §. diui, num. 54. & seq.

3 Sed pone, Testator donauerat inter viuos alteri aliquam rem; deinde illum sibi hæredem in testamẽto instituit: quæro, nunquid poterit in ipso testamẽto super re iam per eum donata grauare hæredem fideicommisso? Respon. gl. in l. si mulier, in prin. in verbo, Si mortis, ff. de leg. 3. tenet ꝙ non, quasi onus imponi non possit rei, quæ nõ sit habita ex iudicio vltimo: Sed tu dic contrarium, modò testator in specie, & nominatim iusserit illam rem restitui per fideicõmissum. textus est clarus in l. sequens quæstio. in fin. ff. de lega. 2. Nec curandum est de illa gl. in d. l. si mulier, quia per Doctores communiter reprehenditur, vt attestatur Paris. consi. 2. nu. 47. lib. 3. & consil. 33. nu. 79. eod. vol. Bene verum est ꝙ si testator in genere grauaret hæredem suum ad restituẽdum quidquid ad eum peruenisset: in tali fideicõmisso non veniret ea, quæ testator prius inter viuos hæredi donasset, sed solum ea quæ ex vltima eius voluntate ad eum peruenissent.

QVAESTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommisso.*

2 *Et quid si non ipse filius grauatus sit, sed eius hæres, vel substitutus pupillaris, vers. In secundo casu.*

3 *Quid si filius ad pubertatem peruenerit, ver. Et ideo.*

4 *Quid si fideicommissum simpliciter iniunctum fuerit, vers. Tertius est casus.*

1 DIxi supra quæst. 62. ꝙ testator põt prohibere hæredi detractionem Trebellianicæ: quæro nũc, an possit in suo testamento prohibere filio, ne detrahat legitimam de fideicommisso. Hæc quæstio licet prima facie videatur facillimæ resolutionis, ex quo secundum communes regulas, non potest pater in præiudicium legitimæ filiorum aliquid ordinare, sed de ipsa legitima reijcitur omne onus, omnis conditio, & grauamen, vt dixi supra §. legitima: est tamen ardua quæstio, & in ea multi Doctores æquiuocarunt. Tu igitur pro intelligentia distingue tres casus. Primus est, quando filius ipse nominatim est fideicommisso grauatus. Secundus est, quando nõ filius, sed eius hæres, vel substitutus pupillaris est in specie grauatus fideicommisso. Tertius est, quãdo fideicommissum est simpliciter iniunctum, puta, quia testator non grauauit in specie, neque ipsum filium, neque eius hæredem, aut substitutum pupillarem, sed simpliciter dixit, Volo vt hæreditas mea restituatur Titio, si filius meus sine liberis decesserit, &c.

Circa primum, quando filius ipse est grauatus fideicommisso, fac conclusionem, ꝙ siue testator expresse

pro-

prohibeat filio ne de fideicommisso detrahat legitimã, siue simpliciter illum grauet, vt hæreditatem restituat, semper filius potest legitimam ex fideicommisso detrahere: quia testator nõ potest (vt dixi) legitimæ filiorum aliquod onus imponere: & consequenter non potest etiã expresse grauare filium primi gradus, ne detrahat ipsam legitimam de fideicommisso. & hæc est communis opin. vt dicit Galiaul. in reper. l. Centurio, nu. 407. Et quòd non valeat grauamen iniunctum in legitima, quando nominatim est iniunctum ipsi filio, attestatur esse communem opin. Curt. iun. consi. 71. nu. 8. & ideò poterit hoc casu filius (non obstante ipsa prohibitione) detrahere legitimam de fideicommisso, & si ipse non detraxerit, poterit eius hæres vel substitutus ex persona ipsius filij illam detrahere: nam hoc ius detrahendi legitimam ad hæredes extraneos trãsmittitur, secundũ conclusionem quæ est indubitabilis, & de plano procedit secundum omnes vt dicit Paris. consi. 50. nu. 8. li. 3. & hic primus casus modicam habet difficultatem, Et hæc quidem conclusio locum habet etiam in milite. licet enim aliàs miles posset in suo testamento prohibere, ne legitima de fideicommisso detraheretur, secundũ communem opin. de qua per Galiaul. in reper. d. l. centurio, post num. 87. Ripam in ea. l. centurio, nume. 45. hodie tamen secus est. nam de iure nouissimo miles non potest priuare filium legitima.

2 In secundo casu, quando expresse grauatus est hæres, vel substitutus pupillaris ipsius filij, pariter non videtur dubitandum quò minus possit pater eos grauare vt totam hæreditatem tam ipsius patris quam etiam filij, per fideicommissum restituant. text. est clarus in l. si Tirio. §. fi. ff. de leg. 1. & est communis sententia, vt attestatur Ias. in d. §. fi. num. 15. & seq. & nu. 30. & in l. ex tribus, num. 2. & seq. C. de inoff. testa. Neque hoc casu tractandum est de legitima: quia cum hæredi, siue substituto pupillo, ex eorum persona nulla debeatur legitima, non possunt ipsi illam detrahere ex fideicommisso: & ita se habet communis opin. vt dicit Ias. in locis præalleg. Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 5. caut. 34. in fi. Non etiam possunt ipsi ex persona filij illam detrahere, quia filius non fuit grauatus: adeò, quantũ ad ipsum non est locus detractioni alicuius legitimæ: esset bene ex eorum persona locus detractioni Trebellianicæ, ex quo ipsi sunt grauati fideicommisso, nisi testator illam prohibuisset tacitè vel expresse, quod proculdubio facere potuisset, cum non essent ipsi ex liberis primi gradus, vt latè dixi sup. q. 63. Et si dicas, Nonne filius trãsmittit detractionem, seu deductionẽ legitimæ ad suos hæredes, etiam extraneos? Respon. ꝙ filio, qui non erat grauatus, non competebat aliquod ius detrahendi legitimam, vt statim dixi: meritò illud ius quod non erat, non potuit ad hæredes transmitti. Postquam autem talis legitima peruenit in ipsos hæredes filij, nõ habet amplius nomen legitimæ, sed de ea iudicatur tãquam de reliquo hæreditatis: meritò potuit hæres filij vel substitutus pupillaris in ea grauari: ipsi enim huiusmodi hæreditatem habere dicũtur ex iudicio & dispositione ipsius patris testantis: & consequenter potuit pater in ipsa hæreditate illis quodcunque grauamen imponere. & hæc est communis ratio Doctorum, vt dicit Ias. in d. §. fin. num. 6.

3 Et ideo hæc omnia cessarent, vbicũque filius ad pubertatem peruenisset, vel tempore facti fideicommissi iam pubes fuisset: his enim casibus, potest filius de sua legitima libere disponere & testari, non obstante ipso fideicõmisso: & si non testetur, vel de ea disponat, censetur non testando voluisse illam relinquere hæredi suo ab intestato; meritò illius hæres, siue ex testamẽto, siue ab intestato posset ex persona filij sibi legitimam retinere ex fideicommisso, quia illam habere videtur ex iudicio ipsius filij, non autem ex dispositione testatoris: & propterea ab ipso testatore in illa grauari non potuit: & sic istud fideicommissum, siue grauamen, quantum ad legitimam, & quantum ad propria bona ipsius filij, statim eueniente pubertate euanescit. Et hoc sine dubio est de intentione omnium Doctorum, vt dicit Ruinus consil. 58. post num. 19. lib. 2. subdens, quòd aliter sentire, vel dicere esset erroneum.

4 Tertius est casus, quando testator in specie aliquem fideicommisso non grauauit, sed simpliciter dixit: Si filius meus sine liberis decesserit, volo ꝙ bona mea restituantur Tirio. Et in hoc Doctores multum torquentur, an censeatur tale fideicommissum iniunctum filio, an verò eius hæredi. Vtilitas autem est maxima: quia si est iniunctum filio, poterit ex eo detrahi legitima per eius hæredem ex persona filij; si verò est iniunctum hæredi, non poterit hæres detrahere legitimam, neque ex persona filij, quia ipse non fuit grauatus, neque ex persona propria, quia illi non debetur legitima: Et magis communis sententia est, quòd fideicommissum in dubio censeatur relictũ ab eo, à quo relinqui potest, & sic ab hærede filij, vel ab eius substituto pupillari, non autem ab ipso filio: & consequenter quòd iste hæres filij non possit de ipso fideicommisso aliquo modo detrahere legitimam: & ita passim allegatur tenere Bar. in l. qui duos, in fi. ff. de vulg. quem communiter omnes sequuntur, vt dicit Alex. cons. 67. nu. 2. lib. 1. & in l. 1. §. fi. post nu. 3. ff. de vulg. Hanc etiam opi. dicit esse communem Alex. consi. 12. nu. 32. lib. 3. & in l. cohæredi. §. cũ filiæ. nu. 7. & seq. ff. de vulg. quem refert Paris. cons. 81. nu. 9. & 10. lib. 2. Ias. consi. 186. col. 7. vers. non obstat in quãtũ quarto loco, lib. 2. & cons. 98. col. 2. vers. Imò fortius, lib. 4. & in l. ex tribus, nu. 5. C. de inoffic. testa. & in d. §. cum filiæ, nu. 16. quem refert Curt. Iun. in d. consil. 71. nu. 8. & seq. & consi. 72. nu. 10. & Paris. cons. 21. nu. 48. lib. 3. & Ioan. Dilec. de arte testandi, tit. 5. caut. 34. nu. 2. Clau. in d. l. 1. §. fin. nu. 7. & seq. Paris. consil. 45. nu. 44. lib. 2. Crottus consi. 134. nu. 45. l. 1. & cons. 103. nu. 12. lib. 2. Apost. ad Alex. in d. consi. 12. sub nu. 12. l. 3. Contrariam tamen opinionem, ꝙ scilicet in dubio fideicõmissum simpliciter relictum censeatur iniunctum ipsi filio instituto, non autem eius hæredi, tenuit Bar. in d. l. cohæredi. §. cum filiæ, ver. quod si hæredem. num. 3. & hanc opi. dicit esse magis communem Ripa in d. l. Centurio, post nu. 128. Dicit etiam Galiau. in d. l. Centurio, post nu. 409. vers. aliquando autem facit, se putare ꝙ d. Ias. decipiatur; asserendo contrariam opinio. esse magis cõem, & re vera, neque Bar. in d. l. qui duos, dicit id ad quod allegatur, neq; multi ex Doctoribus, qui pro hac parte adducuntur, loquuntur in his terminis, vt ostẽdit Galiaula in loco præallegato. Cæterum, quicquid sit de stricto iure, non esset in practica recedendum à prima opi. quæ proculdubio est magis communis, vt ex prædictis apparet. Fauendum est enim voluntati testatoris, quantum fieri potest; tanto magis vbi de præiudicio filiorum nõ tractatur. & aliàs cum hæc dubitatio fuisset mihi proposita in facto à quodam arbitro non Doctore, in loco Sarauallis agri Alexandrini, & ego, alijs etiã negotijs implicitus, petijssem terminum octo dierum ad deliberandum quid sentirem in hoc articulo, ille arbiter dixit se valde mirari quòd ego peterem terminum in quæstione tam clara, in qua duo alij DD. ex improuiso responderant. Dixi mei moris non esse, in quæstionibus præsertim arduis, non inspectis libris respondere. Tandem excitatis nonnullis motiuis, cùm res nõ videretur carere difficultate, partes acquieuerũt vt amicabiliter componerentur: & ita factum fuit.

5 Hæc autem omnia intellige vt procedant, quando filius ipse est adhuc pupillus. nam si esset pubes tempore iniuncti fideicommissi, vel etiam postea ad pubertatem

tem peruenisset, tunc indistinctè, siue fideicommissum sit iniũctum expressè ipsi filio, siue eius hæredi, siue simus in dubio, semper detrahitur legitima de fideicommisso, per rationem, quam posui supra vers. Et ideo.

ADDITIO.

a Cons. num. 32.] *Vide etiam per Apostill. ad eund. in apostil. litera b, in dubio.* *Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ. Remissiuè.*
2 *Testator an possit legare administratori, vel tutori, liberationem à ratione reddenda, versi. Item quæro. Remissiuè.*
3 *Testator an possit prohibere hæredi, ne detrahat falcidiam ver. Sed quæro.*

1 QVæro nũquid testator possit prohibere filio alienationem suæ legitimæ. Dixi supra hoc eo. lib. §. legitima.

2 Item quæro, an possit testator a legare administratori
a vel tutori liberationem a ratione reddenda. * Dixi su-
* pra, hoc eo. lib. §. legatum.

3 Sed quæro, nunquid testator possit prohibere hæredi, ne detrahat Falcidiam. Respond. quòd sic: text. est in authe. sed cùm testator, C. ad l. Falcid. & est communis opi. vt dicit Io. Anni.b. in repe. d. l. nemo potest, nu. 191. ff. de lega. 1. & in hoc nemo dubitat.

4 An autem possit prohibere detractionem Trebellianicæ, vel legitimæ. Dixi supra q. 62. & seq. & q. 72.

ADDITIO.

a *De ampla atque larga administratione reddenda legata tutori vel administratori. vide plene per Dec. cõs. 178. vbi docet cautelam & in consil. 192. post nume. 3. & per Crane. in consi. 195. col. 4. & cons. 230. & quod non possit omnimoda rationum redditio & reliquor. præstatio remitti tutori, sed solum scrupulosa inquisitio, quo ad culpam, non quo ad dolum, vide per prac. Papien. in tu tutel. ratio glo. anologistas, & illic per Masuer. & quòd tutor cui legata est liberatio in assumendo tutelam si promiserit reddere rationem integram, quod non censeatur renuntiasse legato, vide per Alex. in cons. 164. li. 5. & quod ratio semel reddita haud sit de nouo reddenda, vide per Caph. in consil. 192. Nisi minus plene, & sufficienter reddita & calculata fuerit. & calculi error allegetur. Et sequuto pacto de non obseruando, an & quando possit prætextu erroris reuocari, vide de his omnibus per Tob. Non. consil. 64. per tot.* *Giachar. I.V.C.*

* A ratione reddenda.] *Adde quòd tutori non prodest testatoris prohibitio de non reddenda ratione, si quid ex dolo fecit. Bar. consi 68. lib. 2. & Dec. consi. 178. dicit communem opin. esse, etiam si dictum sit per testatorem, quòd non teneatur reddere rationem. & quod omne in quo fuerit cõdemnatus, vult per hæredem sibi restitui. Vide Alc. in tract. præsump. reg. 1. præsump. 6. nu. 2. Guiotius.*

QVAESTIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Testator an possit prohibere ius accrescendi.*
2 *Et quid in successione vniuersali, versi. Aut verò.*
3 *An eo casu res reducatur ad causam intestati, ver. Punctus est.*

1 QVæro, nunquid testator possit in suo testamento prohibere ius accrescendi. Hæc est trita quæstio, sed non ab omnibus bene intellecta. Scire igitur debes, quòd ius accrescendi potest dupliciter considerari, scilicet in particulari, & in vniuerso. In particulari habet locũ ius accrescendi, puta inter legatarios, quando sunt inter se coniuncti, iuxta notata in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. quia altero repudiante, illius portio alteri accrescit: de quo dixi supra hoc eo. lib. §. ius accrescendi. In vniuerso autem considerari potest ius accrescẽdi inter ipsos institutos: quia si alter hæredum repudiet hæreditatem, vel decedat priusquam adeat, illius portio accrescit cohæredi, vt habetur per Doctores in rub. C. quando non peten. part. & dixi in d. §. Ius accrescẽdi. & hoc casu procedit ius accrescẽdi, non solum inter institutos in quota parte hæreditatis, sed etiam inter institutũ in re certa, & hæredem vniuersalem: nam si hæres vniuersalis repudiet hæreditatẽ, vel decedat priusquã adeat, tota hæreditas accrescit instituto in re certa, vt latius dixi supra hoc eod. lib. §. institutio. Si ergo quæris, nunquid testator possit prohibere ius accrescẽdi, est distinguendũ. Nam Aut loquimur in iure accrescendi quod versatur circa particularem successionem, prout est in legatis, & in fideicommissis etiam vniuersalibus: & in illis potest testator prohibere ius accrescendi, siue expressè, siue etiam simpliciter prohibendo, ne plus petere possit: & eo casu, si cõiunctus repudiet legatum, vel fideicommissum, accrescet hæredi instituto. & hic casus apud DD. nullam habet difficultatem.

2 Aut verò loquimur in successione vniuersali, & sic in institutionibus, puta, si testator instituat aliquem in re certa, & prohibeat ne quid vltra petere possit, & contingat hæredem vniuersalem repudiare: nunquid possit prohibere, ne reliquum hæreditatis accrescat illi instituto in re certa. Et videtur quòd nullo modo id facere possit: quia si illud residuum non accrescit instituto in re certa, necesse est quòd deuoluatur ad hæredes ab intestato: & sic resultaret absurdum, quòd scilicet institutus in re certa succederet ex testamento in ipsa re sibi relicta: in residuo autem succederent proximiores ab intestato. & sic daretur casus, in quo aliquis decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra communem regulam iuris, de qua in l. ius nostrũ, ff. de reg. iur. Breuiter non videtur dubitandum in hoc quòd scilicet testator non potest prohibere ius accrescẽdi in institutionibus, & quòd talis prohibitio non valeat, quàtum ad hoc, vt testator possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: quia hoc esset valdè absurdum, vt statim dixi: & in hoc omnes conueniunt, vt affirmat Dec. in d. l. ius nostrum, nu. 4.

3 Punctus est, vtrum prohibitio ipsa non valeat quò ad hoc, vt ea non obstante, sit locus iuri accrescendi, & sic institutus in re certa habeat totam hæreditatem, an autem prohibitio valeat, ita quod nihil accrescat ipsi instituto in re certa, & consequenter testamentum annulletur, etiam quò ad ipsam institutionem in re certa; & res penitus reducatur ad causam intestati. Et in hoc variæ sunt opi. Doct. Aliqui enim tenent, quod non obstante prohibitione, tota hæreditas accrescat instituto in re certa: & hæc fuit opinio Dy. quam dicit esse cõiter approbatam Gul. de Benedi. in prima parte rep. c. Raynutius, in verb. in eo. testõ 1. fol. 108. nu. 272. Hãc etiam dicit esse cõem Alex. in l. si quis priore, post nu. 9. ff. ad Trebel. Dec. in d. rub. C. qñ non pet. part. in prima lectura, post nu. 3. ver. sed ista rñsio. & in secunda lectura, nu. 21. Sapia in l. vnica. nu. 61. C. quan. non. pete. part. Curt. Sen. cons. 74. nu. 3. quem refert & sequitur Soc. Iu. cõs. 1 1. nu. 16.

num.16.libro 1. Crot.in repet. l.re coniuncti, num. 61.& seq.Ripa in d.l.re coniuncti,nu.114.Gratus cõsi. 58.nu.108.lib.2.Apostill.ad Alc.consi.162.sub numero 10.lib.2. Contrariam autem sententiam, scilicet quòd imò talis prohibitio valeat, & consequenter quòd testamentum ipsum corruat, & res tota reducatur ad causam intestati,tenuit Bart.in l.quoties.§.si duo, nu. 1.& sequ.ff.de hæred. insti. & hanc opin.dicit communiter teneri Corn.in l.quoties,nu.37.in fin. C. de hæred. instit.quem refert Dec.in l.1.num. 2. C. de testam. milit. Hanc opin.dicit esse communem Ias.in d. l. re coniuncti,& consilio 8 column.9.versic.Decimò istud,lib. 3. quem refert D. Crauet.ta in suo elegantissimo tractatu de antiq.temp.in 4.parte,sectione prima,num.130. Vt vides opin. Dyn. contra Barto. est proculdubio magis communis: Ego tamen considerabam quòd ius accrescendi dicitur prouenire ex tacito iudicio testatoris, vt latius dixi in d.§.ius accrescendi: Propterea, vbicunque testator verbis ad id expresse conceptis prohiberet ius accrescendi, non dubitarem sequi opin. Bartol. quia vbi expresse quid à testatore dispositum reperitur illud debet præferri tacitæ eius menti,quæ ex coniecturis colligi possit. Pariter etiam vbi subessent coniecturæ adeo liquidæ; vt aperte conijci posset testatorē nullo modo voluisse quod talis institutus in re certa haberet residuum hæreditatis, facile inclinarem in sententiam Bart. Quia bonus Iudex semper debet amplecti in iudicando illam opi. quæ magis conuenit verisimili menti testatoris.Consulo tamen, ꝙ de facili quis nō recedat ab opin. Dy. quæ magis fauet sustinendo testamento,& præterea(vt dixi)est magis communis,& ideo in practica sequenda.

QVAESTIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Contractus an possint in testamento celebrari.*
2 *Substitutio fieri potest in contractibus.*

1 QVæro, nunquid in testamento possit celebrari con
2 tractus.aRespon.glo. vulgaris quæ semper ad hoc solet allegari in l.hæredes palam.§.fi. in glos.fi. in fi. ff. de testam.tenuit simpliciter quod sic: & illam dicit esse communiter approbatam Paris.consil.2.num.19.lib.3. & consilio 46.nu.36.lib.4.Et dicit Ro.cons.171.num. 6.in fi. quod communis omnium sententia illam sequitur.quem refert Dec.consilio 196.post num. 1. ver. ex quibus omnibus:& consi.283.post nu.2. versi. verum supradictis;& Boer.decis.353.nu.4.Dida.in rub. de testa.in 3.par.post nu.17. Illam tamen intellige, vt procedat,quando conuentiones & cōtractus qui celebrantur in actu testamenti, non sunt penitus extranei ab ipso testamento:sed si essent contractus penitus extranei, non possent in ipso testamento celebrari. Ita declarant Doctores per me supra allegati:& hanc dicit esse communem sententiam Alc.in l.1.§.qui præsens,nu.21. ff. de verb.oblig.& ita tene.

ADDITIO.

2 Contractus.] *Et econuerso,quod substitutio in contracti*
2 *bus fieri possit commune dixi in collec.mea commu.opin. verbo substitutio num.80.* *Giacb.I.V.C.*

QVAESTIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas ante omnia attendi debet Reg.1.*
2 *Et quid in fideicommissis,ibi.versicu.Idque maxime.*
3 *Quid in alijs substitutionibus,ibi. versiculo In alijs tamen.*
4 *Vbi clare non apparet de mente testatoris, verbis est inhærendum reg.2.*
5 *Vna pars testamenti per aliam declaratur,regu.3.*
6 *Verbum æquiuocatum positum in vna parte testamenti, debet interpretari prout reperitur clare positū in alia parte testamenti ibid.vers.Hinc infertur.*
7 *Quid si in vna substitutione testator mentionem fecerit de filijs masculis.in alia vero simpliciter tantum de filijs,ibidem,versicu.Sed pone.*
8 *Nunquid hæc regula locum habeat etiam de uno testamento ad aliud,ibid.ver.Sed nunquid.*
9 *Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem quam fieri possit,reg.4.*
10 *Dispositio testatoris facta in vnum casum,non extenditur ad alium,reg.5.*
11 *In dubio mens testatoris præsumitur conformis dispositioni iuris communis. regu.9.*
12 *Et vbi adsunt statuta,præsumitur conformis dispositioni statutorum,ibi.ver.Scias tamen.*
13 *Dispositio testatoris facta de personis, quæ sibi ab intestato succedere possent, intelligitur facta eo modo, & ordine, quo de iure ad successionem vocarentur, ibid. ver.Secundo infertur.*
14 *Testator substituens proximiores an censeatur vocasse proximiores vltimi decedentis,an ipsius testatoris,ibi. vers.Sed hic occurrit.*
15 *Testator quatenus dilexit in institutione,ita in substitutione præsumitur.*
16 *Voluntas testoris declaratur et ex testamento reuocato.*
17 *Voluntas testatoris totum facit.*

DIximus de potestate testatoris: nunc de eius vo-
a luntate videndum est.In hac autem materia, cū præcedentibus §§. præsertim vbi de substitutionibus, & fideicommissis tractatum est, multa iam à nobis explicata sint, hoc loco breuiter(præmissis nunnullis conclusionibus)duas tantum quæstiones attingemus.
1 In vltimis voluntatibus, vbicunq; de aliqua re con-
b trouersia contingat, semper & ante omnia ipsius testatoris voluntas attendi debet: l. non aliter, ff. de leg. 3. cum simil.& est communis reg. vt attestatur Paris.consil.41.nu.15.lib.2.& consi.52.nu.6.eod.volu.& consi. 88.nu.16 eod.vol.& consi.90.nu.10.eod.vol. & cons. 23.nu.9.lib.3.& consi.25.nu.31.eod.vol.& consil.53. num.10.eo.vol. & hanc regulam dicit esse ab omnibus approbatam Soc.Iun.consi.110.num.10.lib.3.Adde,ꝙ
c non solum attendenda est testatoris voluntas expressa (hoc enim absq; dubio procedit, vt dixi supra q.61.)sed etiam illa,quæ ex coniecturis colligitur. l. cum proponebatur.in fi.ff.de leg. 2. cum simil. & est cōmunis reg. vt dicit Dec.in l.prima post nu.4.C.de collatio.
2 Idque maxime in fideicommissis locum habet: in il
d lis enim licet voluntas testatoris ex verbis expressis col
e ligi non possit,sed tantum ex coniecturis,e illa tamen attendenda est, adeo vt plerunque propter coniecturatā mentem testatoris, à vi & proprietate verborū sit recedēdum:l.hæredes mei,§.cum ita,cum ibi no.ff. ad Trebel.& est communis conclusio, vt dicit Paris.consi.43. nu.24.lib.2.& consilio 75.num.50.eod.vol.& consilio 17.nu.17.lib.2.consi.25.nu.35.eod.volu.Quinimò fideicommissa ipsa amplianiur, restringuntur, extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem & causam, propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum, adeò vt talis ratio & causa potius attendi debeat, quàm verba expressa:l.cū pater, §.dulcissimis, vbi nota, ff.de lega.2.& est communis conclusio, vt dicit Paris.consi.6.numero 20.lib.3 & consil.18. nu.21.eo.vol.& consi.22.nu.37.eod.volu.& cons.25.

num.29.eod.vol.Fr.Coniecturata mens testatoris in fideicommissis adeò potens est, vt plerunque operetur quod aliqui admitterentur, qui aliàs non admitterentur, & aliqui excluderentur, qui aliàs non excluderentur, & est communis regula vt dicit Curtius Iunior. consilio 57.nume.6.

3 In alijs tamen substitutionibus, si quæ in testamentis factæ sunt, hæc conclusio non ita absolute procedit; in eis enim vltra in illis contenta nihil est subaudiendum. Et hæc est communis reg. vt dicit Soc. Iun. consi.101.nume.3.lib.1. maxime vbi de substitutione non extendenda, aut declaranda, sed inducenda ageretur: tunc enim non ita de facili coniecturas tacitæ mentis admittimus, sed illud fideicommissum, siue substitutio quæ in testamento expressa non reperitur, non debet dici facta; & dicens cõtrarium debet illud ostendere, & hæc est communis reg. vt dicit Soc.Iun. consi. 176.nu.8.li.2.& cons.78.nu.4.li.3. In proposito huius conclusionis videnda sunt, quæ dixi sup. §. substitutio.

4 Vbi clare non apparet quæ sit mens testatoris, tunc inhærendum est verbis ipsius. & hæc est cõmunis conclusio, vt dicit Curt.Iun.consi.169.num.1.Cæterum si etiam verba ipsa dubia essent, ita vt colligi non posset quæ mens testatoris fuisset, tunc ante omnia spectanda est ipsius testatoris consuetudo: deinde regionis in qua versatus est: præterea qualitas personarum, charitas, & necessitudo. Item & ex præcedentibus, aut sequentibus verbis coniiciendum est quid testator senserit. sunt verba Iuriscon. in l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg. primo? Qui ordo à Iuriscon. traditus ad inuestigandam mentem testatoris, formaliter & præcisè est obseruandus, ita vt prima coniectura præferatur secundæ, & sic successiue, & hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. §. fi.num.2.quod nota.

5 Dixi, quòd vna pars testamenti per aliam declaratur: & hoc receptissimum esse attestatur Aemil. Ferret. in l.qui filiabus, in prin.nume.4.ff.de lega.1. Regulariter enim mens testatoris præsumitur fuisse in vna parte, quæ fuit in alia. ita dicit Barto.in l. Centurio, col. 9. vers.vel quid si in præcedentibus, ff. de vulg. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Soc.Iun.cons. 101.num.7.lib.1.

6 Hinc infertur, quod si reperiatur aliquod verbum æquiuocum, vel commune; puta, Substituo, in vna parte testamenti, debet illud verbum interpretari, prout reperitur clare positum in alia parte testamenti: ita dixit Bar. in loco præallegato, quem sequuntur communiter Scribentes, vt dicit Paris.consi.72.num.48.libr.2. & consi. 86.nu.55.eo.vol.& consil.72.num.42.lib.4.

7 Sed pone, quod testator in aliqua substitutione fecerit mentionem de filijs masculis, deinde in alia substitutione fecerit mentionem simpliciter de filijs: nunquid in hac secunda substitutione debet etiam subintelligi de masculis? Dixi sup. in §. substitutio.

8 Sed nunquid, sicut præsumitur de vna parte testamenti ad aliam, ita etiam erit præsumendum de vno testamento ad aliud? Respond. quod non: & ideo, si testator in primo testamento aliquid disposuit cũ vna qualitate, & postea faciat secundum testamentum, in quo repetat eandem dispositionem, omissa illa qualitate, intelligitur talis qualitas potius reiecta, quàm repetita in secundo testamento. ita tenet Bar. in l. Statius Florus, in princ.nume.2.ff. de iure fisc. qui in hoc per omnes approbatur, vt dicit Curt.Iunior, consi. 163.num.14.

9 Testator in dubio censetur velle minus grauare hæredem quàm fisci posse. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2.& est communis regula, vt dicit Soci. Iunior. consi.9.num.4.lib.1.

10 Dispositio testatoris facta in vnum casum, non extenditur ad aliũ: l.commodissime, ff. de lib. & posth.& est communis regula, vt dicit Paris.consi.87.nu. 50.lib. 2. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat quando aliter de testatoris ipsius mente non apparet. nam eo casu bene procedit regula, quòd casus omissus habetur pro omisso: sed si subsit coniecturata mens testatoris, vtique dispositio facta in vnum casum extenditur ad alium: l.Titius. §. Lucius, ff. de lib. & posth. & est cõis regula, vt dicit Dec. in l.si mater, post nume. 2. vers.sed iste, C. de instit. & substit. In proposito huius regulæ videnda sunt, quæ dixi supra §. substitutio.

11 In dubio mens testatoris præsumitur fuisse conformis dispositioni iuris communis, ita allegatur dicere Bar. in l.hæredes mei. §.cum ita, ff.ad Trebel. quem in hoc dicit cõiter approbari Curt.Iun.consi. 57. post nu. 8. Hanc etiam cõclusionem attestatur esse communem Galiaula in repe.l.Gallus.§. quidam recte, post nu. 21.

12 Scias tamen ꝙ vbi adsunt statuta, præsumitur mens testatoris potius fuisse conformis dispositioni statutorum quàm iuris cõmunis: & ad hoc allegatur Bart. in d.§.cum ita.nu.4.ff.ad Treb.& est communis conclusio, vt attestatur Soc.consi.51.num.33.libr.4.Curt.Iun. consi.168.post nu.63.lib.2.Hinc infertur, ꝙ stante statuto, quod extantibus masculis fœminæ non succedãt, si testator in testamento suo simpliciter instituat filios suos, non censetur instituisse fœminas à statuto exclusas: ita allegatur tenere Bal. in l.tres fratres: quem tamen ego ibi hoc dicentem non inuenio, ff.de pact.& est cõmunis conclusio, vt dicit Curt.Iunio.de feud.in prima parte tertiæ partis principalis, in 12.limitat.

13 Secundò infertur, quod dispositio testatoris facta de personis, quæ sibi ab intestato succedere possent, in dubio intelligitur eo modo & ordine, quo de iure communi, vel municipali ad successionem ab intestato vocarentur. ita colligitur ex nota.per Bart.in d.§.cum ita, nu.4.quem omnes sequuntur, vt dicit Socinus Iun. cõsil.104.nu.26.lib.1. Et ideo, si plures vocati sunt ad fideicommissum sub nomine collectiuo, puta, Substituo omnes de familia mea: censentur vocati ordine successiuo, ita vt gradatim proximiores admittantur, secundum ꝙ succeditur ab intestato. ita tenuit glos. in l. cum ita §.in fideicommisso, in verbo, nominati sunt, ff.de leg.2.quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris.consil.3.num.41.lib.primo, & consilio 38.nu. 1.lib.2.& consi.51.numero 16.eo.vol.& consilio 75. numero 16.eod.vol.& consilio 76.nu.6.eo.vol.& cõsilio 83.numero 14.eodem volum.& consilio 56.num. 26.libro tertio, & consi.50.num.18.eo. vol. & consilio 65.nu.48.eod. vol. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Soci.consi.43.nu.8.libr.3.& consil. 86. nu.8.eodem volum.Curt.Iun.consi.22.nume.12.Vide quæ dixi supra quæst.70.in prima conclusione.In proposito etiam illius glo. videnda sunt ea quæ dixi supra §.substitutio: vbi diffusius de eius veritate tractaui.

14 Sed hic occurrit pulchra quæstio, & quæ sæpe contingit in practica. Pone ꝙ habens plures agnatos, vel cognatos, vnũ instituat, & eidem per fideicommissum substituat alios proximiores agnatos, & cognatos. quæro nunquid præsumãtur ex tali substitutione vocari illi agnati, vel cognati, qui erunt proximiores ipsius testatoris, an autem proximiores ipsius grauati, cui facta est substitutio. Resp. Aliqui dicunt, quod censentur vocari proximiores ipsius testatoris, quos in dubio præsumitur testator magis dilexisse quàm proximiores eorum quos instituit, & hanc opinio. dixit esse communem Ioan. Dilect. de arte testan. titu.3. cau.54. nu.3. Hæc tamen opinio mihi nunquam placuit, & videtur directò contrariari regulæ supra positæ: Si enim testator præsumitur voluisse in suis bonis succedi iuxta ordinem à iure communi constitutum in successionibus ab intestato, de necessitate, iudicio meo, fatendum est

quod

quod semper voluerit proximiores illius, de cuius hæreditate agitur, illi succedere, nõ autem eius remotiores, licet sint proximiores ipsius testatoris, quos illi de iure communi proculdubio excluderent. Nec dicatur, quod in fideicommissis succedatur fideicommittenti, non autem grauato, vt dixi supra, §. substitutio. quia per hoc non tollitur quò minus inter vocatos ab ipso testatore sit succedendum eo gradu & ordine, secundum quem ipse testator disposuisse præsumitur, scilicet secundum quem inter ipsos procedet successio ab intestato, & licet hæc sententia mihi verior videretur, tamen propter authoritatem tenentium contrarium, non audebam me firmãre. tandem reperij Soc. Iun. consil. 126. libr. 1. qui per totum illud consilium tractat eleganter hanc quæstionem: & post multa concludit secundum hanc opinionem, quod scilicet attẽdatur proximitas vltimò morientis, siue grauati, non autem testatoris. & post relatas multas authoritates Doctorum, qui illam tenuerũt, num. 56. attestatur eam esse magis communem; subdẽs quòd nefas putaret ab ea recedere in iudicando. Hanc etiam opi. dicit esse communem Gozad. consilio 4. post nu. 51. vers. ad sextum. Cùm ergo hæc opi. sit verior, & ex allegatis per Soc. Iun. in d. consi. appareat eam etiam esse magis communem, dicerem consulendo aut iudicando nullo modo esse ab ea recedendũ. Vide in hoc proposito, quæ dixi supra §. substitutio.

25 Quatenus testator dilexit instituendo, censetur etiam dilexisse substituendo, est communis regula, vt dicit Curt. Iun. consilio 91. num. 8. Hinc infertur, quòd si testator in institutione excludit fœminas propter masculos, censetur eas pariter voluisse excludere in substitutione. ita dixit Bar. in l. fi. num, 2. ff. ad Treb. & est cõmunis conclusio, vt dicit Curt. Iun. consi. 11. circa fin. Rub. consi. 62. in fi. Hoc tamen limita, vt nõ procedat, quando ita intelligendo sequeretur mala grammatica: nam eo casu præsumendum est illam fuisse mẽtem testatoris, quæ secundum rationem recti sermonis procedere potest. Ita dicit Bart. in d. l. fi. post num. 2. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. Iun. consil. 57. post nu. 6. quem refert & sequitur Bello. consilio 53. num. 6. & lib. 4. supputa. c. 20. num. 6.

ADDITIONES.

a Voluntate.] *Adde vt voluntas testatoris attendatur, quod a proprietate verbor. receditur Bar. & alij in l. in ambiguo ff. de rebus du. & nota quod voluntas hominis consistit in verbis sicut facies in speculo, per Crau. in consil. 35. colum. 2.*

b Contrauenti.] *Hic nota quod voluntas testatoris † de*
26 *claratur etiam ex testamento reuocato per Crau. in consilio 113. in fi. Item ubi est dubia debet interpretari ex eo, quod est uerisimilius, per eundem consi. 25 nu. 15.*

c Voluntas.] *Dic quia uoluntas testatoris totum † facit.*
27 *l. ex facto, la grande, ff de hære. inst. Et dicit imperator in l. 3. C. de libe. præte. quod cum appareat de mente testatoris verbor. interpretatio nusquam tantum valet, ut melior sensu existat. Et expressa facit cessare tacitam, per Cephal. consi. 158. numero 15.*

d Fideicommissis.] *Ad idem etiam adde ut per Io. Ceph. in consil. 134. nu. 27. ubi dicit quod uoluntas potius quam uerba inspicitur in fideicommissis, etiam si colligatur ex coniecturis, nu. seq.*

e Ex coniecturis.] *Adde quod hodie adsunt amplissimi tractatus de coniecturis ultimarum uoluntatum. nec non de ea. interpretatione; Mantica inquam, & de Pretis qui sunt duo solemnes Moderni, qui formant examinantq; quæst. plene, & eleganter, istos uideto.*

f Interpretari.] *Adde quod sumitur declaratio etiam ex testamento reuocato, ut dixi supra. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Filij, uel descendentes positi in conditione, an censeantur uocati.*
Et quid si adsint aliquæ coniecturæ. ibid.

1 NOn est hoc loco, in quo de mente testatoris conijcienda principaliter agitur, omittenda trita illa
2 & vulgaris quæstio, nunquid filij, vel descendentes positi in conditione, censeantur vocati. In qua quidem, ne in authoritatibus citandis (quod semper abhorrui) nimius esse viderer, mihi modum potius, quàm copiam quærendam esse animaduerti. Citaui itaque tantum locos magis insignes, cæteris, in quibus obiter huius quæstionis fit mentio, de industria prætermissis. Pone ergo quod testator in suo testamento ita cauerit: Instituo Titium mihi hæredem: voloq;, vt si ipse Titius sine filijs decesserit, restituat hæreditatem Mæuio. Quæro, nunquid isti filij Titij, qui non sunt expresse a testatore institui vel substituit, sed tantum positi in conditione, censeantur vocati. Vtilitas autem huius quæstionis est maxima: quia si censentur vocati, non poterit Titius tanquam per fideicommissum grauatus vt illis restituat hæreditatem, in eorum præiudicium aliquid de ipsa hæreditate disponere: Si verò non censentur vocati, sed solummodo intelligitur eis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato, ipsi quidem si Titius intestatus decesserit, proculdubio erunt Mæuio substituto præferendi, ex quo per eorum existentiam defecit conditio sub qua Mæuius erat vocatus: sed si Titius facto testamento alium hæredem reliquerit, ipsi remanebunt exclusi à successione testatoris. & in hoc articulo semper allegatur vulgarissima illa Glosella in l. Lucius la 2, in gl. fi. ff. de hære. instit. quæ voluit quod testator ipsos liberos censeatur prætulisse substituto ab intestato tantum: & sic quod isti filij & descendentes non censeantur à testatore vocati, sed solummodo sit illis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato. Hanc autem opi. glo. attestantur esse communiter receptam ac canonizatam tam in iudicijs, quàm in scholis, atq; ab ea non esse consulendo aut iudicando recedendum, hi qui sequuntur: Imol. in l. si filiusfa. §. cum quis, vers. & hæc faciunt. ff. de leg. 1. & in d. l. Lucius, post nume. 2. versi. in glo. fi. ff. de hær. insti. quem refert Alex. consil. 149. nume. 6. lib. 2. Paul. de Cast. in l. cum acutissimi, post num. 4. C. de fideicom. Rapha. Comen. in d. l. filiusfa. §. cùm quis, quem refert Alex. consil. 38. post nu. 6. vers. & per prædicta, li. 6. Rom. in l. ex facto. §. ex facto ex ff. ad Treb. quẽ refert Guido Papæ consil. 25. nu. 1, & cons. 37. nu. 2. Ioan. de Ana. consil. 68. circa fi. Alc. consilio 91. nu. 6. lib. 1. & consi. 108. num. 3. eo. vol. & consi. 66. nu. 5. lib. 2. & consi. 109. nu. 4. eo. vol. & consi. 185. num. 15. eo. vol. & cons. 33. nu. 3. lib. 3. & consil. 13. post nu. lib. 4. & consi. 55. nume. 14. eod. vol. & cons. 139. nu. 7. lib. 9. & cons. 201. nu. 2. lib. 7. & cõsi. 133. nu. 2. eo. vol. & in d. l. ex facto, §. ex facto post nu. 3. in glo. in verbo Defecisset, ff. ad Treb. quem refert Soc. Iun. consil. 26. nu. 14. lib. 1. & Boer. decis. 147. post nu. 15. vers. sed ad prædicta: Aret. cons. 27. in fin. Corn. cons. 21. in litera C. lib. 1. & cons. 118. in litera G. lib. 2, & cons. 119. in litera P. eod. vol. & cons. 46. in litera A. eod. vo. & cõsi. 186. in litera C. eod. vol. & cons. 207. in litera B. eo. vol. & cõsi. 1. col. 10. in litera V. li. 3. & consilio 186. in princ. eo. vol. & consi. 243. in litera S. eo. vol. & consil. 89. in litera A libr. 3. & consilio 101. in litera A eodem volu. & consi. 180. in litera A. eod. vol. & consi. 226. in litera B. eod. vol. & in l. 1. num. 9. C. de cond. inser. Soc. in l. cùm auus, post nu. 11. ff. de cond. & de-

& demonst.& consi.140.nu.2.lib,primo,& consil. 42. nu.1.lib.3.& consi.116.nu.1.co.vol.& consi.33.num. 1.lib.4.& consi.33.nu.30.co.vol.& consi.74.nu.2.co. volu.quem refert Soc.Iun.consi.176.num.16.lib.2, & consi.177.num.8.& seq.eod.volu. Guido Papæ consi. 140.paulò ante nu.1,& consi.216.nu.9.& consi. 218. nu.2.Iaſ.in l.pecuniam,nu.1.in fi.ff. si cert. pet. & in l. generaliter,in prin.nu.2.C.de insti.& substit.& consil. 143.post nu.6.lib.2.& consi.206.nu.3.co.vol. & consi. 228.col.3.versi.pro eadem,eod.volu.& consil.41. circa fi.lib.3.& consi.108.col.5.vers. non quoque obstat, lib.4.Curt.Sen.consil.42.nu.14,& consi.45.numer. 12, quod consilium fuit compilatum per ipsum Curt.& D. Christophorum Burigellam nomine venerandi Collegij Papiensis,& consi.63.nu.3.& 4,& in repe.d.l.1. num.6.C.de pact.Dec.in d.l.1.nume.15.C.de pact. & consi.91.post num.4. versi. sed respondetur, & consil. 270.post num.1,& consi.291.in fin.& consi.422.nu. 2, Claud.in l.Centurio,num.44.ff.de vulg.& in d.l. ex facto.§.ex facto,num.2.ff.ad Treb.Ruin.consi.40.num. 2.in fi.lib.1,& consi.108.nu.11.lib.2.& consi.111. nu. 3.eo.vol.& consi.113.nu. 3.eod.vol.& consi.179. num. 1.eo.vol.Per.Girard.sing.61.habes: Bertrand. consilio 18.post nume.21.libr.1.in secunda parte,& consil. 82. num.5.& 6.eod.volum.& consi.31.nu.4.lib.2.in secũda parte, & consilio 96.nume.6.eo.vol.& consil. 103. post num.7.versi.præterea præmitto,eod.volu.& consilio 170.num.1.eo.vol.& consil.183.num,21.lib.3.in secunda parte,& consil.182.num.2.eod.vol. & consil. 236.num.1.eo.vol.& consi.250 nu.4.eo.vol.& consi. 286 nume.4.eo.vol.Gozad.consi.104.quod est consil. vlt.nume.7.Ripa in l.Centurio,num. 159.ff. de vulg. & in d.l. ex facto,§.ex facto num.10. ff. ad Treb. & in d.l.1.nu.7.C.de pact. Cotier. in repert. Abbatis in verbo Substitutio: Aposti. ad Guid. Papæ consilio 22. sub num.5.Rubeus consilio 144.post nume.1.Paris.consil. 18.num.10.lib.2,& consilio 31.numero 3. eodem volum.& consi.37.numero 19. eodem volum. & consil. 63.numero 9.eodem volum.& consilio 74. numero 3. eodem volum.& consilio 75.numero 44.eo.volum.& consi.78.num.6.eod.volum.& consil.86.num. 6. eod. volum.& consi.87.nu.7.eod.volum.& consi.14.num. 5.lib.3.& consi.17.num.27.eod.vol.& consi.42.num. 2.eo.vol.& consi.53.num.9.eod. vol. Corta in verbo, Filij in conditione, Bello.consi.81.num.4.Purpurat.in d.l.1.nume.112.C.de pact.Soc.Iun.consi.60.num. 65. lib.1,& consi.111.nu.25.& num.30.eod.vol. & consi. 118.num.19.eo.vol.& consi.119.num. 9. eod. vol. & consi.126. num.29.eo.vol.& consi.108.num.6. lib. 2, & consil.141.num.3.eo.vol.& consi.151. nu. 10. eod. volum.& consi.154.num.4. eod. vol. Crauetta consil. 109.num.2.& consil.155.nu.2.& consi. 288. post nu. 3.versi.3.considero:Aemil.Ferret.in d.l.1.num.6.C.de pact.Zuccard.in rep. d. l. 1. numero 74. & seq. Gratus consil.106.num.43.lib.2.Io.Dilect.de arte testandi,tit. 5.caut.19,nu.1.& caut.24.nu.2.& caut.36.nu.1. Et dicit Guido Papæ decis.39.post nu.1.quod hanc opin.seruat curia parlamenti Delphinalis in iudicando.

Contrariam verò sententiam,quòd scilicet filij positi in conditione, censeantur à testatore vocati saltē tacite, tenuit Oldra. consilio 21. in fi.cuius opi.multos etiam habuit sequaces,quos recenset Barb.consil.55.col.5.& seq.lib.2.subdens quod licet Ioan. de Imola in d. l. Lucius,dixerit opinio.glo.esse magis communem , tamen salua pace sua, quod ista est verior & cōmunior , quem refert Boer.decis.155.post nu.33,& Socin.Iun. consil. 168.num.75.libr.2.Dicit etiam Socin.consilio 77.post nume. 4. libr. 1. quod multi Doctores tenent contra illam glo.& quod vidit consultum per multos solemnes Doctores , qui dicebant hanc esse communem opin. Moder. quem refert Gratus consi.32.nume.1.lib.2.& consilio 101.nu.13.eo.vol.Dicit etiam Curt.Sen.consi. 51. post num.22. quod cùm hanc opin. tenuerint plurimi Doctores supremæ authoritatis, & cū sit æqua opinio , vt omnes fatentur , certe illa in iudicando sequenda est , quia multoties errant homines discedentes ab æquitate, vbi locum habere potest , sequendo subtilitates; referens verba Ang.in l.sequitur,in princip. ff. de verbo. oblig.monentis vt caueant aduocati,Doctores , & iudices , quando sequi possunt æquiorem sententiam , ne rigorosam amplectantur , quia perniciose errarent , & tandem subdit,quod hæc opi. non potest dici nisi communis,& sequenda:quem refert Pari.consil.50. num. 37.lib.3.Dicit etiam Soci.Iun.consi.158.numer.71.lib. 2.& consil.174.numero 21. eodem volu. quòd ab hac opinio.tanquam veriori , & fortè hodie communiori, non esset iudicando recedendum:& in vtroque consil. late recenset authoritates, dicens , quod non est dubiū communem opinio. posse mutari temporis cursu , ex quo sæpe contingit quòd aliqua opinio, quæ à quinquaginta , vel sexaginta annis supra communiter tenebatur , desinat esse communis , si plurimi ex sequentibus contrarium teneant : & quòd ita fortasse contingit in ista difficultate. Idem etiam dicit idem Socin. Iun. consilio 110. numero 20. libro 3, & consilio 145. numero 36. eod. volum. Et dicit Gratus consilio 48. nume. 22.libro primo,quòd licet olim opin.illius glos. esset communis, hodie tamen est dubium an sit communis, & re uera negari non potest , quin magnæ sint authoritates hinc inde. Tamen vt potes ex prædictis colligere,non videtur dubitandum,quin etiam hodie opi. illius glo.sit magis communis: & credo quòd sint plures Doctores qui attestantur illam esse communem , quàm illi qui tenent opinion. contra glos. Nihilominus,quia contraria opi. vt omnes fatentur, est æquior , & forte etiam est verior in puncto iuris,non est ita absolute adhærendum opinioni illius glos.sed pro concordia , etiam ex communi mente Doctorum , putarem ita posse distingui : Aut ille , qui fuit institutus in testamento , erat extraneus ipsi testatori (& intelligo extraneos omnes illos , qui non sunt descendentes ipsius testatoris , licet sint ei sanguine coniuncti)& tunc procedat opin.gl. in d. l. Lucius , vt scilicet eius filij in conditione positi non censeantur vocati : & hic casus procedit absque dubio , vt dicit Curt. Sen. in d. consil. 45.num.2. quod consilium vt dixi, fuit editum sub nomine Venerandi Collegij Papiensis.Et dicit Soc. consilio 73.post num.30.lib.4.quòd opi.gloss. in transuersalibus est multum communis, & indubitata in consulendo & iudicando . Non enim potest vlla affectio testatoris erga tales filios verisimiliter considerari , vt eorum fauore dicatur voluisse imponere instituto onus fideicommissi . Aut isti filij positi in conditione erant descendentes ipsius testatoris : & tunc aut nulla subest coniectura quòd testator eos vocare voluerit , præterquam quòd simpliciter eos posuit in conditione:& hoc casu etiam procedat opi glos. & magis communis,scilicet quòd solummodo censeatur testator voluisse eis reseruare ius legitimæ successionis ab intestato , non autem voluisse grauare hæredem institutum , vt hæreditatem illis restituat. Nam conditio ipsa nihil ponit in esse:& regulariter non inducitur tacitum fideicommissum, nisi vbi ex coniecturis colligitur mentem testatoris illam fuisse, vt fideicommissum induceretur. Et ab hac opi. vbi nullæ subsint coniecturæ , temerarium esset, iudicio meo, consulendo aut iudicando recedere . Aut vero aliqua subest coniectura mentis testatoris , quòd voluerit istos filios in conditione positos vocare : & tunc intrepide tenenda est opi. Oldrad. & sequacium , quòd censeantur tacite vocati. &

sta dicunt communiter Doctores nostri, etiam qui regulariter negant eos vocatos esse, vt dicit Socin. Iun. consi. 128. num. 73. lib. 2. Dicit etiam Crauetta consil. 62. nu. 6. ꝙ licet Doctores magis communiter videantur sequi gl. in d. l. Lucius, tamen cum tot, & tantæ sunt authoritates in contrarium, de facili ex aliquibus coniecturis receditur ab illa communi opi. Idem etiam dicit Soc. Iun. in d. consi. 110. post num. 20. versi. verum si quis, lib. 3. Et hanc cõclusionem, ꝙ vbi adest aliqua coniectura, filij seu descendentes positi in conditione censeantur vocati, non solum ad exclusionem vltimo loco substituti, sed etiam ad hoc, vt possint grauari, dicit esse communem Soc. consi. 63. libr. 3. prout illum refert & sequitur Paris. consi. 78. nu. 7. lib. 2. Et licet ego non reperiam Soc. in allegato consi. id attestantem, hæc tamen conclusio proculdubio tanquam communis tenenda est in practica, neque ab ea esset consulendo aut iudicando recedendum.

A D D I T I O.

a Quæstio.] *Adde ac diffusius vide de ista q. in collec. mea com. op. in verbo positi, in conditione nu. 3. cum octo seq. Item quod filij positi in conditione haud censeantur positi in dispositione dixi d. collec. mea com. opi. in verbo, filius, num. 34. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prosequitur eundem articulum, tractaturque quid si testator huiusmodi filios in conditione positos grauauerit.*

1 SED videndum est quæ sint huiusmodi coniecturæ, propter quas sit præsumendum quòd testator voluerit tales filios in conditione positos vocare, & in hoc diligenter aduerte, quia non sufficit dicere testatorem ita verisimiliter voluisse, nisi coniecturæ sint sufficientes, & ex ipso testamento colligi possint. & ita communiter concluditur, vt dicit Paris. consi. 77. numero 18. libro secundo. In primis autem Bartol. in d. l. Centurio, nume. 37. tenuit, quòd si testator ipsos filios grauasset, censeretur etiam in necessariam consequentiam eos vocasse: aliàs enim non valeret grauamen, tanquam relictum ab eo, qui non fuisset honoratus. & ideo si testator iusserit hæreditatem suam restitui Titio, si filius ipsius testatoris sine liberis decesserit, & etiam si filij ipsius filij quem instituit, pariter sine liberis decesserint, secundum hanc opin. Bartol. videbuntur tacite vocati etiam filij ipsius filij, qui fuit institutus, licet tantum positi in conditione, ex quo testator eos pariter grauauit, iubendo, eis decedentibus sine filijs, hæreditatem suam Titio restitui: quos tamen grauare non potuisset (vt dixi) nisi præsupponamus quod eos prius honorasset, & sic vocasset. & hanc dixit esse communem theoricam Doctorum Corn. consil. primo, colum. 9. in litera R. lib. 3. Soc. consi. 259. nume. 5. lib. 3. Dicit etiam Corn. consi. 22. colum. 3. in litera R. lib. 2. & consil. 258. in litera R. lib. 3. se vidisse quosdam consulentes qui allegabant Paul. de Cast. in l. ab eo. C. de fideicom. dicentem, quod hæc opi. Bart. sit communis, & credo, quod Corn. in consilijs supra allegatis senriat de Alexan. qui ita allegat consi. 64. nu. 2. lib. 5. licet reuera Paul. de Cast. in lecturis, quæ communiter habentur, ibi hoc non dicat. Dicit etiam Cur. Sen. consi. 51. post num. 20. versicu. si ita est, quem refert Bertrand. consi. 173. post nume. 24. lib. 6. quod videtur magis communis ista sententia Bart. quotiescunque cum grauamine concurrit aliqua coniectura mentis testatoris. Hanc etiam opi. dicit esse hodie magis communem Soc. Iun. in d. consi. 110. nume. 21. Ferd. Loaz. in Apostil. ad repert. Galiaol. supra d. l. centurio, sub nume. 548. Et hanc opin. Bar. dicit seruari in actu practico, iudicando, & consulendo, Aug. Aret. in §. fin. in fi. Inst. de pupil. substit. quem refert Dec. in l. 1. post num. 15. C. de pact. Et secundum hanc opi. Bart. in facti contingentia iudicare solet curia parlamenti Delph. vt dicit Guido Papæ in d. decis. 39. & refert etiam se audiuisse Crauetta consi. 155. nu. 5. illam etiam dicit teneri iudicando & consulendo Mantua. consil. 92. num. 10. lib. 1. & secundum illam fuisse iudicatum attestatur Ripa in d. l. 1. nume. 11. C. de pact. prout etiam intellexi proximis diebus iudicatum fuisse in Venet. Collegio huius ciuitatis.

Sed quidquid dicant præallegati Doctores (salua eorum reuerentia) opi. contra Bart. est magis communis, quod scilicet ex eo quod filij positi in conditione sint grauati, non tamen propter hoc censeantur vocati, sed quòd quantum ad ipsos tale grauamen prorsus reijciatur tanquam iniunctum personis à testatore non honoratis, & censeatur iniunctum sub duplici conditione, scilicet si ipse sine liberis decesserit, vel si eius filij pariter sine liberis decesserint. & ita hanc opinio. contra Bart. esse magis communem attestatur Alex. consi. 219. nume. 2. lib. 2. vbi dicit quod opi. Bart. est damnata, & consilio 13. colum. fi. lib. 4. prout illum refert Soc. consilio 69. post num. 7. vers. præterea & secundò, libr. 3. & consilio 104. post num. 8. versic. 2. respondeo, lib. 3. Ego tamen non reperio Alex. in d. consilio 13. attestantem de communi in hoc articulo, licet multos alleget qui tenent contra Bart. Eandem opi. contra Bar. attestatur esse magis communem Soc. consi. 62. post num. 10. lib. 3. Ias. in d. l. Centurio, num. 57. & in d. l. 1. post nu. 12. C. de pact. vbi dicit, quod Bar. solet communiter in hoc reprehendi per Scribentes: & consi. 35. colum. 2. vers. sed præmissis, & col. fi. libr. 3. Curt. Sen. consil. 42. nume. 7. & consil. 45. sæpe allegato, nume. 15. & consi. 63. nu. 6. quem refert & sequitur Ruin. consil. 136. nu. 16. lib. 3. Dec. consilio 270. post num. 1. versic. nec obstat: & consi. 291. in fi. & consil. 384. post num. 6. versi. secundò non obstat, & cons. 422. nu. 2. Curt. Iun. consi. 21. num. 2. Rui. consi. 113. nu. 4. li. 2. & consi. 134. nu. 4. eo. vol. Aemil. Ferret. in d. l. 1. nu. 8. C. de pactis, & consilio 59. post num. 5. Bertr. consi. 129. num. 1. lib. 2. in secunda parte, & consilio 182. num. 3. lib. 3. in 2. parte, & consilio 136. post num. 1. eo. vol. & consi. 251. num. 3. eo. vol. Ripa in d. l. Centurio, nume. 166. & seq. in d. l. 1. num. 11. C. de pactis: Bello. consilio 81. post num. 5. Paris. consi. 31. num. 4. lib. 2. & consi. 44. num. 7. eo. vol. & consil. 87. num. 13. eo. vol. Soc. Iun. sibi contrarius consil. 112. num. 4. lib. 1. & consi. 118. num. 22. eod. vol. & nouissime idem attestatur Illust. vir, & summæ eruditionis D. Didacus in cap. Raynutius. §. 3. nu. 3. cuius scripta in titulum de testamentis nuper edita ad manus meas peruenerũt postquam hic §. iam ferè pro maiori parte erat impressus, vbi dicit apud se dubium non esse hanc sententiam contra Bart. frequentiori calculo receptam fuisse. Et sic (vt vides) nõ est dubitandũ quin hæc opinio cõtra Bar. sit magis cõmunis. Quia tamen multi, & magnæ authoritatis Doctores tenuerunt cum Bar. cuius sententiæ meritò deferre debent omnes iuris professores, bonum esset etiam ex cõmuni mente Scribentiũ opiniones concordare, distinguendo tres casus. Primus casus est, quando expresse grauamen iniunctũ est 1
ipsi filio instituto, sub duplici tamen conditione: puta, Instituo filiũ meũ: & si filius meus sine filijs decesserit,

vel eius liberi sine filijs decesserint volo, vt prædictus filius meus restituat hæreditatem meam Titio. Et hoc casu ex quo filius expressè est grauatus, nō autem eius filij, non videtur tractandū an tales filij censeantur vocari, vel grauari, cùm illis nullum sit grauamen iniunctum: & ita etiam videtur fuisse de mente Bar. quē omnes sequuntur, ita vt nemo discrepet, vt ait Bello. in d. cons. 81. nu. 6. qui refert ita attestari Soc. cōs. 218. col. 3. lib. 2. Cur. Iun. cons. 239. nu. 20. qui dicit ꝙ in hoc omnes transeunt cum Bar. Secundus est casus, qñ expresse grauamen est iniunctū ipsis filijs in conditione positis: puta quia testator dixit, Instituo filiū meum: & si filius meus sine filijs decesserit, volo vt restituat hæreditatē meā Titio: & si filij nati, vel nascituri ex ipso filio meo instituto pariter sine filijs decesserint, volo vt restituat hæreditatem meam eidem Titio, quo casu, vt verum fateamur, opi. Bar. videtur magis conformis menti testatoris, & etiam æquior. Dico ergo, ꝙ aut isti filij sunt ex descendentibus ipsius testatoris: & tūc teneo opi. Bar. ꝙ censeantur vocari, ex quo in illis consideratur ordinata affectio testatoris, vt sui descendentes illi succedant. Aut sunt extranei, scilicet qui non sunt descendentes testatoris: & tunc absolute teneo opin. contra Bar. ꝙ non censeantur vocari, sed ꝙ quantum ad ipsos, grauamen rejciatur. Tertius autē est casus, qñ grauamē non est expresse iniunctum ipsi filio instituto, neque etiam eius filijs in conditione positis, sed simpliciter testator dixit, Si filius meus sine filijs decesserit, vel etiam eius filij sine liberis decesserint, volo vt hæreditas mea perueniat ad Titium. & hoc casu pariter est tenenda opin. contra Bar. quæ (vt dixi) proculdubio est magis cōis; vt scilicet tales filij in conditione positi, non censeantur vocari, nec grauari, sed censeatur iniunctum grauamē filio instituto sub duplici conditione, vt supra dixi. Bene verum est, ꝙ si tales filij essent ex descendentibus testatoris, & vltra grauamen adesset aliqua alia etiam leuis coniectura mentis testatoris, de facili inclinarem in sententiam Bar. Et secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, intrepide consulerem & iudicarem.

ADDITIO.

a Filios grauasse.] *Adde quod istam opinio. vt filij positi in conditione atque grauati censeantur vocati, dixi nouissime Ioan. Cephal. in consil. 93. quem vide per tot. quia & ipse concordantes retulit, frequentiorem humaniorem, ac veriorem sententiam dicens: quam procedere maxime dicit, ubi uoluntati testatoris alia coniectura concurrunt, & vide in dicta collecta mea comm. opinio. vbi supra. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Successiuè tractatur, quid si testator in tali substitutione apposuerit verbum masculis.*

2 *Et quid si sint ex descendentibus ipsiusmet testatoris ver. Tertia coniectura.*

3 *Quid si testator digressus sit ad plures gradus substitutionum, ver. Quarta allegatur.*

4 *Quid si testator adiecerit, quia vult bona sua in familia conseruari, vers. Quinta est.*

1 PRosequendo alias coniecturas, ex quibus colligi possit mentem testatoris fuisse, vt filij in conditione positi, censeantur vocati: reperio quòd Guido Papæ decisio. 184. dicit sibi videri optimam coniecturam, si testator in conditione ipsa apposuerit verbum Masculis: puta, quia dicat, Si filius meus sine liberis & descendentibus masculis decesserit, substituo Caium. nam hoc casu, secundum eū, illa qualitas masculinitatis adiecta operabitur vt censeantur vocati. Sed tu tene contrarium. Eadem enim ratio vtroque casu militat: & propterea ista coniectura communiter non recipitur, vt attestatur Ripa in d. l. Centurio, nu. 162. & in d. l. prima, nume. 8. C. de pactis, quem refert excellens Doctor, & multæ eruditionis d. Hieron. Manfred. lib. 1. attentatorum in sexta parte, nu. 2. vbi & ipse fateri videtur contra Guidon. Papæ esse communem Doctorum opinio. Hanc etiam opinio. contra Guid. Papæ, dicit esse magis communem Paris. consi. 31. num. 22. libro secundo, & consilio 44. nume. 1. eodem volum. Socin. Iun. consil. 118. numero 15. libro primo, & consi. 177. num. 10. & sequen. lib. 2. & ita contra istam coniecturam in facti contingentia iudicauit curia parlamenti Delphina. vt ipsemet Guido Papæ refert in d. decisio. 184. & decis. 60c. Et licet Dec. consi. 546. circa princ. dicat, quòd illud dictum Guid. Papæ non est contra communem opinio: & quòd imò non habet contradicentem: tu tamen ipse per te videre potes in locis præallegatis, an Dec. verum dicat. & ideo consulendo, aut iudicando nullo modo adhæreas dictæ opinio. Guid. Papæ. quia caret substantia veritatis.

2 Tertia coniectura allegatur, quando isti filij positi in conditione sunt ex descendentibus ipsius testatoris: & secundum hanc coniecturam conclusio glo. in d. l. Lucius, esset limitanda, vt non procederet in descendentibus. & hæc fuit opin. Salyc. in l. 1. num. 5. C. de cond. insertis: pro qua facere videntur ea, quæ dixi supra. §. substitutio. Sed tamen hæc fallentia communiter damnatur, vt dicit Ripa in d. l. Centurio, post nu. 159. versic. 3. verba. Et dicit Soc. consi. 116. post num. 8. col. fin. vers. ex quibus patet, quòd communis opin. est in contrarium. & ita inter authores supra allegatos in q. 77. potes videre multos in specie loquentes de descendentibus, & attestantes etiam illis, opin. gl. esse magis communem. & de hoc non est dubitandum.

3 Quarta allegatur coniectura, quando testator digressus est ad plures gradus substitutionum, semper adiecta illa conditione, Si sine filijs &c. quo casu cum testator toties posuerit istos filios siue descendentes in conditione, videtur eos maxime dilexisse, & cōsequenter sumendam esse coniecturam quòd eos vocare voluerit: & hæc fuit opin. Pet. de Ancha. consi. 74. num. 2. in fin. vbi subdit, quod hæc modificatio ad dictam glo. sibi videtur iustissima & æqua. Hæc tamen coniectura ita simpliciter deducta communiter reprobatur, vt dicit Ripa in d. l. Centurio, num. 165. Et re uera multi ex Doctoribus sequentibus opin. gl. & attestantibus illam esse communem, loquuntur in casu, in quo testator fuerat digressus ad plures gradus substitutionum: & tamē eo non obstante, transeunt cum opinio. ipsius glo. Ideo propter hanc solam coniecturam non esset in practica à communi opin. recedendum.

4 Quinta est coniectura, quando testator expressit rationem, quia scilicet volebat bona sua in masculis, & familia conseruari: nam eo casu vtique censetur voluisse inter ipsos descendentes inducere fideicommissum, & consequenter etiamsi tantummodò sint in conditione positi, tamen censentur vocati. & hæc est communis & firma conclusio, vt attestatur Paris. consil. 6. nu. 16. lib. 3. Sed in hoc proposito videnda sunt ea, quæ dixi sup. §. substitutio.

In his tamen omnibus coniecturis, maxime versabitur religio iudicare debentis, qui secundum suam conscientiam diligenter æstimabit, an testator verisimiliter ipsos filios siue descendentes in conditione positos,

tos, vocare voluerit: & licet singulæ forte non prodessent, secundum communes sententias superius relatas, si tamen duæ vel plures concurrant, & conscientia ita suadeat, poterit intrepide iudicare contra opin. illius gl. Præsupposito tamen semper, quòd isti in conditione positi, sint ex descendentibus ipsius testatoris: aliàs non esset à communi opin. aliquo modo recedendum, vt supra sæpius dixi.

ADDITIO.

a Non recipitur.] *Adde etiam quod communiter ista limitatio de masculinitate damnatur, attestatur Rolan. in cons. 51. col. 6. vol. 3. in versiculo secundo, non obstat. Giacbar. I.V.C.*

QVÆSTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Quando plures simul sint instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul & semel, an autem ordine successiuo.*
2 *Et quid si vocati sint copulatiue. Concl. 1.*
3 *Quid si eo casu cadat inter ipsos non solum ordo charitatis, sed etiam necessitas instituendi. Conclus. 2.*
4 *An censeantur uocati per fideicommissum, an vulgariter substituti, ibid. vers. Sed quæro.*
5 *Quid si sint vocati per alternatiuam Conclus. 3.*
6 *Quid si per dictionem Cum. Conclus. 4.*
7 *Quid si sub nomine collectiuo. Conclus. 5.*

1 ALia nunc est quæstio absoluenda circa testatoris mentem interpretandam valde vtilis, & quotidiana, Quando plures simul sunt instituti, vel substituti, an censeantur vocati simul, & semel, an autem ordine successiuo. Et quia materia est satis confusa, procedemus per conclusiones, ita, vt quantum fieri potest, clarior reddatur. Sciendum tamen in primis, quòd inter personas à testatore vocatas, duplex ordo potest considerari, charitatis scilicet seu affectionis, & necessitatis. Ordo charitatis seu affectionis est, quãdo personæ vocatæ sunt positæ in diuersis gradibus ab intestato, puta, quia instituo fratrem meum, & eius filios, vel huiusmodi. Certum est enim quòd frater meus est mihi in gradu proximior, quàm eius filij: neque erga istas personas à testatore institutas, potest considerari aliqua necessitas eas instituendi, sed tantummodo voluntas, & sic charitas, vel affectio. Ordo autem necessitatis est, quando personæ, quas testator instituit, erant de necessitate ab ipso testatore instituendæ. Intelligo de necessitate causatiua, quia si eas nõ instituisset, testamentum posset esse nullum, puta, quia testator instituit filium suum in potestate, & nepotem ex eo natum vel nasciturum. quo casu videtur non solum filium de necessitate instituisse, quem omninò instituere tenebatur, vt dixi supra quæst. 38. sed etiam nepotẽ, ne testamentum rumperetur, casu quo filius esset præmortuus, & ipse nepos qui primum locum teneret, repeteretur præteritus.

2 Hoc præmisso, prima sit conclusio, quòd quando plures vocantur per copulam, inter quos solum cadit ordo charitatis & affectionis, absque vlla necessitate instituẽdi, vel substituendi, puta, Instituo Titium fratrem meũ, & eius filios: tunc tales personæ cẽsentur vocatæ simul, & semel, non autem ordine successiuo. & licet Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthu. tenuerit contrarium, hæc tamen conclusio magis communiter tenetur, vt dicit Alex. cons. 129. num. 7. lib. 5. Dec. consil. 95. nu. 2. & dicit Capolla cons. ciuili, 53. post num. 4. quòd ita tenẽt communiter Doctores Legistæ & Canonistæ. Hanc etiam conclusionem attestantur esse communem Scribentes in d. §. quidam recte, & in specie Imol. post num. 20. vers. Interdum verò, & d. Iacob. Butr. Doctor clarissimus & conciuis meus, & Iaso. num. 22. & seq. & Rubeus, pariter conciuis meus, nu. 37. & seq. Idem etiã dicit Alex. consil. 22. post. num. 8. lib. 3. quod est duplicatum in consil. 13. lib. 4. Cor. consil. 229. in litera I. libr. 4. Soc. cons. 90. nu. 1. lib. 1. & cons. 213. nu. 1. eo. vol. quod est duplicatũ in cons. 238. lib. 2. Guido Papæ cons. 122. num. 1. & cons. 135. post num. 1. vers. sed circa præmissa, & consil. 136. post num. 1. vers. sed an dubium: Iason. consil. 206. nu. 2. lib. 2. Dec. cons. 205. post nu. 2. & consil. 237. post num. 1. col. 2. vers. sed illa, & consi. 248. nume. 2. & consilio 253. post nu. 3. & in fi. consi. & consil. 291. nu. 1. Rum. consi. 168. nu. 9. libr. 2. Bertrand. consil. 9. nu. 1. lib. 1. in secunda parte, & consil. 215. nu. 5. libr. 2. in secunda parte: Curt. iun. cons. 22. num. 4. & consil. 128. post num. 1. vers. aut quæro: Boer. decis. 185. num. 6. Ioã. Dilc. de Arte testandi, tit. 4. cau. 6. num. 1. Berous in cap. Raynutius, num. 82. & seq.

3 Quando inter eos qui vocantur per copulam, cadit non solum ordo charitatis, sed etiam concurrit necessitas instituendi, saltem causatiua, vt est quando instituitur filius, & nepos ipsius testatoris: eo casu non censentur vocati simul & semel, sed ordine successiuo, scilicet filius solus in primis, deinde nepos post eum. Et hæc est communis opin. vt attestantur Scribentes in d. §. quidã recte, & in specie Alex. post num. 6. ver. in ea glo. ibi, & Ias. num. 20. Idem dixit Alex. consil. 14. num. 10. libr. 1. Corn. consil. 159. in litera H. lib. 4. Bert. in d. consil. 9. num. 1. lib. 1. in secunda parte, & consil. 82. num. 2. eo. vol. & consil. 182. num. 1. libr. 3. in secunda parte: Curt. iun. in d. cons. 128. num. 1. Berous in cap. Raynutius nume. 68. & seq.

4 Sed quæro, an hoc casu censeantur isti filij & nepotes vocati ordine successiuo per fideicommissum, ita vt filij censeantur grauati fideicommisso, vt restituant hæreditatem nepotibus, an autem solummodo censeantur vocati per vulgarem substitutionem, scilicet nepotes vulgariter substituti in casu in quo filij non sint hæredes. Respondeo quòd solummodò cẽsentur vocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum. & hæc est communis opin. vt attestatur Dec. consil. 205. post num. 9. & consil. 248. post num. 6. Paris. cõsil. 82. num. 11. libr. 2. Aemil. Ferret. consil. 10. num. 1. Vtilitas autem est euidens & maxima, quia si cẽseretur inductum fideicommissum, non posset filius de ipsa hæreditate libere disponere & testari, sed tenetur illam restituere ipsis nepotibus: si verò tantummodo est vulgaris substitutio, filio adeũte, statim expirat, iuxta ea quæ dixi supr. §. substitutio.

5 Quando plures personæ, inter quas cadit ordo charitatis, vocantur per alternatiuã, puta, Instituo Titium, vel eius filios: tunc videtur vocari non simul, & semel, sed ordine successiuo, scilicet primò Titius, & deinde eius filij per fideicommissum: & in hoc Doctores omnes conueniunt, vt dicit Dec. consil. 75. nu. 4. circa fin. Et ideò, si quis substituat filios, uel nepotes Titij, hæc alternatiua posita inter personas inter quas cadit ordinata affectio, stat proprie, & non resoluitur in coniunctã: & donec vnus ex filijs superest, nullus ex nepotibus admittitur. ita communiter concluditur, vt dicit Paris. cõsil. 21. num. 11. lib. 3.

6 Quando plures personæ inter quas cadit ordo charitatis vocantur per dictionem Cum, puta, Instituo Titium cum Mæuio eius filio: hoc casu Titius & Mæuius admittuntur simul & semel, non autem ordine successiuo, & hæc est cõis conclusio, vt attestantur Scribentes in

in d. §. quidam recte: & in specie Iaso. num. 30. vbi dicit quod cum ista decisio. omnes indifferenter tenent.

1 Quando plures personæ vocantur sub nomine collectiuo cum alijs sub duplici denominatione, puta, Instituo Titium, & nepotes Mæuij, isti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vno tantum, & ideo faciendæ sunt duæ partes, nulla habita ratione quod nepotes Mæuij sint plures numero, & hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. iun. cons. 104. nu. 25. lib. 1. Et hæc omnia no ta, quia quotidie contingunt in practica.

ADDITIONES.

a Ordine successiuo.] *De q. ista videlicet de matre hære de instituta, & filijs eius masculis legitimis, & naturalibus gradatim & successiue vocatis ab auia materna in suo elogio, An intelligantur vocati vna cum eorum matre, an vero ordine successiuo, vide nouissime per Osasc. decisio. 81. vbi plene & ad vtramque partem eam discutit; atque pro negatiua tandem ad fauorem matris concludit, & dicit pro ea senatum iudicasse vi. ibidem.*

b Et Canonistæ.] *Vide per Osas. d. decis. 80. col. 4.*

c Secunda conclusio.] *Adde & vid. etiam per Osas. plene d. decisio. 81. post nu. 12. qui citat auctorem nostrũ hic, & dixi etiam in collect. mea comm. opin. in verb. Institutis & opinionem huius secundæ conclusionis comprobat & sequitur Osas. vbi sup.*

d Cum.] *Adde atque vide per Osasc. d. decis. 81. col. fin. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Præteritione filij an testamẽtum annulletur.* Remissiue.

Explicatis quæstionibus, quæ ad testatoris voluntatem interpretandam pertinent, videndum est quibus modis testamenta infirmentur, & in primis

a quæro, an præteritione filij, a testamentum ipso iure annulletur. Dixi late supra, quæst. 42. & seq.

ADDITIO.

a An præteritione filij.] *Et quod filior. naterum præteritione reddatur testamentum ipso iure nullum, est tex. in d. l. inter cætera. ff. de lib. & posth. Etiam si illico filius decedat. Inst. de exhære. libe. in princ. Idem dic de præteritione filiar. quia omnia disposita in testamento paterno conseruantur, secundum communem præter hæredis institutionem, vt attestatur Roland. cons. 71. numero 56. & dixi in collect. mea comm. opin. in verb. præteritio, num. 1. Et quid in præteritione posthumi ignoranter facta, an conseruentur legata in magna quantitate facta, vtrunque communes vi. in d. collect. mea vbi sup. nu. 3. 4. 5. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Præteritione parentum, vel collateralium an testamenta annulletur.* Remissiue.

1 Qværo etiam, an propter præteritionem parentum, vel collateralium, testamenta annullentur? Dixi supra quæst. 48. & seq.

QVAESTIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatione filiorum, vel parentum, an testamentum rumpatur.* Remissiue.

2 *Exhæredatio & præteritio filij quando non rũpat testamentum.*

a 1 Qværo, an propter exhæredationem a filij testamẽtum rumpatur. Dixi supra q. 40. & 41. vbi dixi ex quibus causis filius à patre exhæredari possit.

ADDITIO.

a An propter exhæredationem filij testamentum rum-

2 patur.] *Nota hic † quod præteritio & exhæredatio facta in commodum & in prouisionem filiorum ne iuuenili calore impulsi amittant bona contrahendo, uel delinquẽdo haud nitiat testamentum, uide per Natt. in cons. 472. sub num. 3. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatione filij naturalis, uel spurij an testamentum rumpatur.*

1 Qværo, an legitimatione filij naturalis, vel spurij te-

a stamentum rumpatur. Respõdeo quod sic, a perinde ac si ipse post testamentum legitimus natus fuisset. & ideo si pater post conditum testamentum filium naturalem legitimauerit, vel etiam iam legitimatum præterierit, vel sine causa exhæredauerit, rumpitur testamentum, poteritque talis filius legitimatus, si fuerit præteritus, dicere testamentum nullum, vel contra tabulare: & si sit exhæredatus, habet querelam, & hæc est cõmunis conclusio, vt attestatur Alex. in rub. ff. de liber. & posth. post num. 3. & consil. 139. num. 1. lib. 2. quem refert Dec. in l. posthumo, in additio. ad primam lecturã, num. 17. in fi. C. de bon. possess. contra tab. Socin. consil. 126. num. 5. libro 2. prout illum refert & sequitur Paris. cons. 7. num. 2. libr. 2. & cons. 55. nu. 2. lib. 3. Iaso. in d. rub. ff. de lib. & posthum. numer. 5. & seq. & cons. 202. col. 2. ver. stat ergo, libr. 2. Dec. consil. 52. & consil. 345. post nu. 2. ver. nec obstat si dicatur, & consil. 365. post nu. 7. ver. Quarto, concludunt, & consil. 366. num. 5. Regulariter enim legitimatus æquiparatur legitimo, vt dixi supra, libro 2. §. filius. & ideo omnia iura loquentia de filijs legitimis, habent etiam locum in legitimatis. & hæc est communis conclusio, vt dicit Socinus in allegato consil. 126. post nu. 5.

ADDITIO.

a Quod sic.] *Adde etiam atque uide de ista q; per Marsi. Anguissol. in cons. 10. in 4. quæsito, ubi similiter de magis communi opinio. ex Alex. in ea rub. col. 1. in uersi. Adde, quam confirmat alior. etiam authoritatib. Giacb. I. V. C.*

QVAESTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an rumpatur per ingressum religionis.* Remissiue.

2 *Creditores intrantis monasterium quem debeant conuenire.*

Quæ-

QVæro, an per ingressum religionis testamentum rumpatur. Dixi supra, quæstio. 28. versiculo sed
a retenta, a

ADDITIO.

a Sed retenta.] *Vide quæ ibid. dixi. Sed hic obiter † quæ-*
2 *ritur, creditores intrantis religionem quem debeant conuenire, an debitorem vel monasterium. Vide per Specul. titul. de stat. monachor. numer. 53. de quo etiam dixi sub q. 28. in ver. dixi. Et quod testamentum conditum ab eo, qui intrauit religionem, confirmetur per professionem haud expectata morte naturali, commune dixi in collecta mea commu. opinio verb. testamentum, vbi etiam retuli regul. negatiuam. Giachar I.V.C.*

QVAESTIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum an rumpatur resurrectione testatoris.*

1 QVæro, si testator moriatur, & deinde resurgat, an rumpatur eius testamentum. Est pulchra quæstio, sed de raro contingentibus; si tamen contingeret, prout in Lazaro, quē Christus Dominus noster à mortuis suscitauit, tenendum est quòd Lazarus à mortuis resurgens hæreditatem suam de iure recuperauerit, & ruperit testamentum, si quod prius condiderat, vel tanquam ipsemet (non enim videtur defunctus, qui tam citò reuixit) vel tanquam posthumus, qui de nouo natus esset. Ita tenuit gloss. in l. ex his, in gloss. 1. ff. de leg. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Albe. in d. l. ex his, nu. 1. Alex. in l. si matrio, in princ. nu. 5. ff. sol. matrim.

QVAESTIO LXXXVII.

SVMMAIVM.

1 *Testamentum conditum per metum, an sit ipso iure nullum. Remissiue.*
2 *Quæ mina inducant metum iustum.*

1 QVæro, nunquid testamentum conditum per me-
a tum, a sit ipso iure nullū, b an autem veniat rescin-
b dendum ex capite metus. Dixi infr. libr. 7. § metus.

ADDITIONES.

a Metum.] *Hic scias quod metum iustum non † indu-*
2 *cunt minæ, nisi tribus concurrentibus, quod periculū comminatum sit magnum puta de persona, vel de bonis, quod persona minans possit verisimiliter damnum inferrē. Tertio, quòd minans sit solitus minas exequi, de omnib. istis vide per Rolan. in cons. 83. nu. 23. Et de metu dixi in collec. mea commun. opin. in verbo, metus.*
b Nullum.] *Commune dixi in collect. mea ver. testamentum, nu. 57. Giachar I.V.C.*

QVAESTIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vltima volūtas an vitietur falsa latinitate. Remissiue.*

1 QVæro, nunquid vltima voluntas, vel fideicommissum vitietur mala grammatica, vel falsa latinitate. Dixi supra hoc cod. lib. 5. substituto.

QVAESTIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in quo debitæ solemnitates non interuenerunt, an sit ipso iure nullum.*

1 QVæro, an testamentum, in quo non interuenerunt debitæ solemnitates, sit ipso iure nullum. Respon. quod sic: text. est in leg. 1. ff. de iniusto rup. Quæ autem sint solennitates in testamento requisitæ, dixi supra q. 35. & seq. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat regulariter. Sed si sit testamentum priuilegiatum,
a puta, conditum à milite, vel inter liberos, a vel ad pias
b causas, istis casibus, etiamsi solennitates à iure aliàs requisitæ deficiant, testamentū sustinetur, b vt latius dixi sup. q. 6. & q. 8. & q. 15. &c.

ADDITIONES.

a Inter liberos.] *Amplia dupliciter, atque limita sex modis, vt per Ias. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, colum. 1. & 2. C. de testam.*
b Sustinetur.] *De testamento vero quod ex dementia testatoris dicebatur nullum atque de illius validitate, vide per Rimin. iun. cons 376. Giach. I.V.C.*

QVAESTIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Ex testamento minus solemni an oriatur naturalis obligatio.*
2 *Et quid in legatis. ver. Sed hæc quidem.*
3 *An legatarius eo casu possit retinere rem legatam ope exceptionis, versic. Hinc infertur.*
4 *An hæres teneatur in foro conscientiæ persoluere legata huiusmodi, testamento relicta, versic. Secundo infertur.*
5 *Quid in hæreditate, ver Cæterum.*
6 *An hæres scriptus possit eam retinere in foro conscientiæ, ver. Sed quid si iste.*
7 *Quid si hæres aliquibus ex legatarijs legata persoluit, an possit cogi etiam alijs præstare, versic. Sed hic occurrit.*
8 *Legata ex testamenta non solemni quibus remedijs debeantur.*

1 SEd quæro, an testamentum minus solēne, a vel aliàs
a inualidum, sit adeo nullum, vt aliquem iuris effectum producere non possit. Respondeo quòd lex adeo fauet defunctorum voluntatibus sustinendis, vt non patiatur eorum dispositiones etiam nullas, & inualidas, omni prorsus effectu carere, sed illis etiam præstat aliquod iuris fomentum: & in primis quidem videmus, quòd licet testamentum sit nullum ex causa præteritionis, vel exhæredationis, sustinentur tamen omnia in ipso testamento contenta præter institutio-
b nem. b de quo late dixi supr. q. 52.

Præterea ex testamento, vel vltima voluntate minus solemni, oritur naturalis obligatio. ita tenet glo. in l. pri-
c ma, in gl. 1. ff. de cond. inde. & est communis opi. c vt attestatur Alber. in l. cùm quis, circa princ. C. de iuris, & facti igno. Bald. in l. si post diuisionem, in fin. C. de iur. & facti igno. Corn. consil. 261. in litera Q. libro primo, & consilio 119. colum. 8. in litera G. libr. secundo, in quibus consilijs allegat Paul. de Castr. idem attestantem in l. 2. C. de fideicommissis, qui tamen in libro meo hoc non dicit, Soc. in d. l. 1. colum. 2. versic. circa secundum,

dum,ff.de condi.indeb.Alciat.in c.nouit, post numerū 30,extra de iud. Dicit etiam Io.Anni. in rep.l.nemo potest,nu. 3. ff.de leg.1. quòd ita dicunt cōmuniter Doct.

2 Sed hæc quidem conclusio intelligenda est vt procedat in legatis:nam illa, licet in testamento minus solenni relicta sint, debentur legatarijs naturaliter. & ita loquitur glo.in d.l.1.& est communis opi.vt dicit Iaso. in d.l.cum quis, nu.9. & seq.& in l. planè.§ si coniunctim, post num.15.ff.de leg.1.& consil.82.col.pen.lib. 3.quem refert Didacus in c.cùm esses, nu.5.de testam.

3 Hinc infertur,quòd si legatarius possideat ipsam rem sibi legatam in huiusmodi testamento minus solenni, poterit illam retinere ope exceptionis. ita tenet Bart. in l.nemo potest,nu.18. ff.de leg.1. quem omnes Doctores sequuntur, vt dicit Capic.decis.89.nu.2.Et ita communiter tenetur, vt dicit Ias.in d.l.nemo potest,in 2.lectur.nu.84.quem refert Io.Dile.de arte testan.ti.3.cau. 3.nu.3.& Didacus in d.c.cum esses,post num.10. vers. tertiò ex hoc. Hanc etiam opinionem dicit esse cōmunem Bertr.cons.212.nu.19.lib.1.in 2.parte.

4 Secundò infertur, quòd hæres tenetur in foro conscientiæ persoluere legata in huiusmodi testamento minus solenni relicta. Ita tenet Abb.in d.c.cùm esses.nu. 19.& seq.& est communis opin.vt attestatur Didacus in eo.c.cum esses,post num.5.Quæ tamen opi.fortulimis argumentis conuincitur a Didaco in loco præallegato, vt per te videre potes. & certe, si casus contingeret,facilè posset sustineri contrarium.

5 Cæterum in hæreditate secus est: illa enim si relicta sit in testamento minus solenni, non debetur hæredi scripto,neque naturaliter: & ideo non potest neque ad illam consequendam intentare aliquam actionem, neque si illam possideat, retinere ope alicuius exceptionis,si hæredes ab intestato illam petant,sed tenetur omnino eam illis restituere. & hæc est communis opin.vt dicit Ias.in d.l.nemo potest, in prima lectura,num.75. & in d.l.si post diuisionem, num.5. & seq.Bertrand.in d.consil.212.num.21.in fi. Ripa in d.l.nemo potest,numero 202. Regulariter enim lex multo plus fauet sustinendis legatis, quàm institutioni hæredis, vt de hoc multa exēpla congerūt Doctores in locis præallegatis.

6 Sed quid si iste hæres scriptus hæreditatē ipsam possideat,& hæredes ab intestato eum non molestēt,nunquid poterit illam retinere,& erit tutus in foro consciētiæ? Respon.quòd sic:& ita concludūt Doctores, vt dicit Capic.in d.decis.89.nu.103.Hanc etiam opin.dicit esse communem Ripa in d.l.nemo potest, nu.97.quæ tamen (vt verum fatear) mihi nunquā placuit, prout neque etiam placet Didaco in d.ca.cum esses,post nu. 10. vers.sextò non possum. Si enim talis hæreditas non est illi neque naturaliter debita,nō video quo iure posse debeat illam retinere:& hoc multo magis, si esset in mala fide: quia scilicet haberet scientiā nullitatis testamenti. & certe non auderem pro hac parte consulere, saltem ante factum.Bene post factum posset retineri cōmunis opinio, vt excusaretur ipse hæres à restitutione perceptorum,maxime si fuisset in bona fide. Cogita.

7 Sed hic occurrit vna quæstio, super qua proximis diebus fui interrogatus. Pone, testator condidit testamentum minus solenne, & consequenter inualidum,in quo pluribus personis diuersa legata reliquit.hæres scriptus,adita hæreditate, nonnullis persoluit legata à testatore relicta. Cum deinde alius ex legatarijs peteret etiam ipse legatum sibi relictum, hæres opponebat testamentum esse inualidum, quærebatur an talis exceptio illi prodesset. Respondeo quòd sic:& consequenter, q nō potest cogi ad alia legata præstanda. ita tenet gl.in l.non dubium,in glo.fi.C.de testa. & est cōis opi. vt dicit Alex.in ead.l.non dubium, nu.3. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

ADDITIONES.

a Minus solemne.] *Sed quibus remedijs debeātur † le-*
8 *gata,& fideicommissa ex testamento haud solemni, vide per Durand.de arte testandi,tit.2.caut.per totam Verum aduerte, quia testamento eodem non licet uti contrarijs remedijs.nedum eod.tempore, sed nec diuersis, quā ergo à principio agit tanquam hæres directus,& tanquā testamentū valeat, nō pōt postea agere iure codicillor.uel fideicommissi, istam regulam cum quatuor limitationibus,uide per Iason.in l fi.C.de codicil.*

b Præter institutionem.] *Vt dixi etiam supra q 81.*

c Est communis opinio.] *Immo quod testamentum inualidum dicatur hæres approbare ex promissione uel solutione si scienter id facit, sciens dispositionem non ualere com.uide per Soc in cons 79.nu 39.uol 4 dixi in collecta mea comm.opin.in uerb.testamentum,num 30 uel ducatur ignorantia iuris, secus si ducatur ignorantia facti. quia tunc secundum d.gl.& Doct. non dicitur approbare. Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum contraria voluntate reuocatur.*

2 *Et an requiratur, quod fiat aliud testamentum solemne,vers Sed quæro.*

3 *Quid si concurrat cursus decennij, versicul. Bene verum est.*

4 *A quo tempore computandum sit huiusmodi decēnium, ver.Sed nunquid.*

1 Dictum est,ex quibus causis testamenta annullentur, vel rumpantur:nunc videndum quemadmodum testamenta reuocentur.Et in primis quidem sciendum est,quòd testamentum à testatore conditum contraria voluntate reuocatur:idque rationi est valde consentaneum.Sicut enim in testamentis condendis volūtas testatoris maxime consideratur,ita etiam in illis reuocandis eiusdem testatoris voluntas præcipue consideranda est, vt iuxta cōmunes regulas,eo genere quodque dissoluatur,quo colligatum est, vulgata l.nihil tam naturale,ff.de reg.iur.

2 Sed quæro,nunquid ad reuocationem testamēti sufficiat, quòd testator etiam coram septem testibus dicat se testamentum condidisse, & quòd non vult tale testamentum valere,sed illud reuocat,& annullat, &c.Re-
a spon.quòd nō: *a* sed requiritur quòd faciat aliud testamentum solenne,cum institutione hæredis, & alijs in testamento requisitis. ita tenet Bart. in l.si iure,nu.3.de leg.3.cuius opi.communiter approbatur, vt dicit Natta in repe.authē.hoc inter,nu.10. C.de testa.Et est cōis opi.vt dicit Alex.cons.159.post nu.8.lib.7.Rui.n.consil.6.nu.1.lib.2.Rubeus consil.41.nu.4.& 5.Soci.iun. consil.42.nu.1.libr.3.Non enim potest testamentum solenniter conditum infirmari, nisi aliud testamentū conditum sit,ex quo hæreditas adiri possit.

3 Bene verum est quòd si cum huiusmodi reuocatio-
b ne coram testibus saltem tribus facta, *b* concurrat perseuerantia longi temporis, & sic cursus decennij, vtique his concurrentibus,censebitur reuocatum primum.textus est singularis in l.sancimus, C.de testam.& est communis opinio.vt dicit Alexand.in dict.l.sancimus,post num.8.vers.extra glo.Bertr.consil.213.nu.3. lib.1.in secunda parte.

4 Sed nunquid istud tempus decennij est computandum,

ctum, vt curras à die conditi primi testamenti, an autem à die reuocationis? Respon. quòd est computandum à die conditi primi testamenti, ita quòd si talis reuocatio fiat intra decennium à die conditi primi testamenti, nihil operabitur. ita dicit glo. in d. l. sancimus, in gloss. fin. quam Doct. magis communiter sequuntur, vt dicit Ias. in ead. l. sancimus, nu. 15. Et hanc opin. communiter teneri attestatur Ruin. in d. cons. 6. num. 2. Illam etiam dicit esse magis communem Gulielm. de Bened. in prima parte rep. c. Raynutius, fol. 158. num. 8. in fin.

ADDITIONES.

a Quod non.] *Aduerte tamen, quòd si inter præcedens testamen. & talem reuocationem intercesserit lapsus decem annorum quòd talis reuocatio facta coram non minus tribus testibus esset efficax, vide per Alex. eodem consil. 159. col. 2. qui etiam tenet quod non sufficeret reuocationem esse factam apud acta nisi interuenisset cursus decennij. Facta tamen hoc modo, quia volo intestatus decedere, coram septem testibus. fatetur Alex. ibid. sub num. 8. intelligi reuocatum primum testamentum per text. in l. 1. §. si hæres, ff. si tab. testa. nul. extra. & no. per Bart. in l. si iure. ff. de leg. 3. vide q. sequen.*

Saltem tribus.] *Aduerte hic. quòd ad hoc, vt sufficiant tres testes, qui probent contrariam voluntatem cum cursu decennij oportet, quod sint idonei, & sic rogati, qui nisi sint rogati haud sufficiunt, & hoc no. esse dicit Angel. de Aret. in §. ex eo autem, numero 5. vbi testatur vidisse de facto in quodam testamento auunculi vxoris suæ. numer. 10. haud posse dari remedium propter quod primum testamentum non possit tolli. vide ibidem per eum.*

QVAESTIO XCII.

SVMMARIVM.

1 *Si testator coram septem testibus reuocet testamentum, quia dicat se velle intestatum decedere, an id sufficiat.*

1 QVæro, quid si testator coram septem testibus dicat, Reuoco, & annullo testamentum à me prius conditum, quia volo decedere intestatus: nunquid hoc sufficiet ad reuocationem testamenti? Respó. quòd sic: ex quo enim testator asserit se velle intestato, iuxt. text. in l. prima, §. si hæres. ff. si tab. testa. nul. extra. & ita tenet Bar. in d. l. si iure, post nu. 3. ff. de leg. 3. & ita præcedens conclusio communiter limitatur, vt dicit Bertran. consil. 12. post num. 2. lib. 2. in secunda parte. Hanc etia esse communem opinio. attestatur Alexan. in d. l. sancimus, numero nono, & cons. 30. num. 3. lib. 3. quē refert Dec. cons. 582. nu. 1. & Bert. cons. 25. in princ. libr. 3. in prima parte, & Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 10. cau. 3. num. 2. & Didac. in rub. de testa. in 2. parte, post numero 11. versic. sexta conclusio, Nam in d. authen. hoc inter, num. 11.

QVAESTIO XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Si testator testamentum à se conditum incidat, vel cancellet, annullatur illud testamentum.*

2 *Et an eo casu hæreditas applicetur fisco vel venientibus ab intestato, ver. Sed quæro.*

1 QVæro, quid si testator voluntatem suam non verbis, sed facto declaret, puta, quia testamentum à se prius conditum incidat, vel cancellet, nunquid tale testamentum annullabitur? Respond. quòd sic. text. est in l. nostram, C de testam. & ita concludunt communiter Doctores, vt ait Crauett. cons. 228. num. 1. Hanc tamen intelligo, vt procedat in testamento condito in scriptis: sed si esset testamentum nuncupatiuum in scriptis redactum, prout hodie communiter testamenta condūtur, & testator forte habens à notario exemplum authenticum, illud incideret, vel cancellaret, non crederem hoc solum sufficere ad annullandum vel reuocandū ipsum testamentum. Bene verum est quòd si testator ipsum exemplar, seu originale existens apud notarium cancellari faceret, crederem tale testamentum prorsus reuocatum, & annullatum censeri debere, dummodo legitimè appareret cancellationem coram septem testibus factā fuisse ex iussu ipsiusmet testatoris.

2 Sed quæro, an in casu huiusmodi cancellationis, vel incisionis testamenti per testatorem factæ, hæreditas transeat ad venientes ab intestato: an autem applicetur fisco, tanquam si hæredes à testatore fuissent reputati indigni, & consequenter fiscus eam ab illis auferre posset. Respond. quòd si apparet de voluntate testantis, illa attendi debet. ita cōiter dicitur, vt ait Imola in cap. cum esses, post nu. 30. vers. an quando, de testa. Si verò non apparet de voluntate testatoris, tunc in dubio tenendū est, quòd hæreditas vadit ad venientes ab intestato, nō autem ad fiscum. & hæc opinio est magis cōis, vt dicit Alex. in d. l. nostram, nu. 3. dicit etiam Ang. Aret. in §. ex eo, post nu. 2. vers. 2. principaliter, Instit. quib. mo. testa. infir. Quod ita dicunt communiter Doctores, intellige quando testator totum testamentum incidit: sed si tantummodo deleat nomina hæredum, videtur illos reputasse indignos: & ideo fiscus ab illis auferre poterit hæreditatem, exclusis venientibus ab intestato.

QVAESTIO XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter primum testamentum reuocatur per secundum.*

2 *Et quid in testamento conditor coram Imperatore, vers. Et hæc quidem.*

3 *Quid si in primo testamento appositum sit iuramētum, ver. Sed quid si testator.*

4 *An eo casu facta reuocatione, testator dicatur periurus, ver. Sed nunquid.*

5 *Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ derogatoriæ, ver. Vnum tamen.*

1 QVando testator post conditum primum testamentum condit aliud, & sic secundum testamentum validū, & solenne, nulla est inter Doctores controuersia quin regulariter primum tollatur per secundum. b

b text. est in §. posteriore, Insti. quib. mod. testa. infirm. & hæc est communis regula, vt dicit Deci. consil. 264. nu. 1. circa fi.

2 Et hæc quidem conclusio locum habet non solum in testamentis priuatim confectis, sed etiam in testamento facto coram Imperatore, vel etiam auctoritate ipsius Imperatoris confirmato: adhuc enim per aliud

c testamentum etiam sine consensu Imperatoris postea conditum, reuocetur: & ita dicit Bar. in l. omnium, nu. 4. C. de testamen. qui in hoc est communiter receptus, vt Didac. in rub. de test. in 2. parte, post num. 2. Faciunt quæ dixi supra dub. 2.

3 Sed quid si testator in primo testamento apposuit iura-

iuramentum, promittendo, & iurando quòd illud non b reuocaret: nunquid si postea condat secundũ testamen-
d tum, illud primum censebitur reuocatum, d non obstan te illo iuramento? Respon. Aliqui dixerunt φ secundũ testamentum factum post primum iuratum non valet: & dicit Albe. in l. 1. circa fi. C. de sacros. Eccles. quòd ita tenent communiter Canon. Tu verò tene contrarium, scilicet quòd non obstante iuramento, primũ testamen tum per secundum reuocatur: & ita tenet glo. in c. vltima voluntas, in glo. vnica post med. 13. q. 2. & ita concludunt omnes, vt dicit Alexan. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 5. ff. de verb. obl. quem refert Didac. c in rub. de testa. in 2. parte, post num. 15. & dicit Imol. in c. cum contingat, nu. 31. de iureiur. φ in hoc omnes cõ cordant. Hanc etiam dicit esse communem determina- d tionem Doctorum, Pau. de Cast. consil. 339. post num. 1. libr. 1. Alex. in l. pactum quod dotal. nu. 3. C. de pact. & consi. 18. nu. 2. lib. 2. Mayner. in l. nemo potest mutare, col. 25. & 26. ff. de regul. iur. quem refert Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchio. Velez fol. 384. num. 160. Alc. in d. c. cum contingat, num. 77. Cotta in verbo, Testatorem inducere, colũ. 1. Et sic vides quòd hæc est magis cõis opin. Legist. & Cano. quæ etiam optima ratione fundatur: quia nemo potest sibi legem inducere, quò minus dispositionem suam in tempus mortis collatam, ante mortem quandocunque mutare possit.

4 Sed nunquid testator reuocando illud primum testamentum erit periurus? Respond. Bartolus in dicta lege si quis in principio testamenti, in principio, num. 14. ff. de leg. 3. tenuit quod non. & dicit Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 2. quòd ita tenent communiter Legistæ, quem refert Cotta in d. verbo Testatorẽ inducere, col. 2. & Didacus in d. secunda parte, post numer. 15. vers. secunda opinio. Sed contrarium est verius scilicet quòd imò est periurus, & ideò debet petere absolutionem à iuramento. & hæc est communis opin. vt dicit Alex. in d. cons. 18. nu. 2. Alc. in d. c. cum cõtingat, nu. 78. Natta in d. auth. hoc inter. nu. 83. & de hoc non videtur dubitandum.

5 Vnum tamen nota in hoc proposito, quod tale iuramentum appositũ in primo testamento, habet vim clausulæ derogatoriæ: & sic operatur quòd non poterit per aliud testamentum reuocari, nisi in ipso secundo testator apposuerit reuocationem ipsius iuramenti. ita dicit Bar. in d. l. si quis in principio testamenti, in princ. num. 15. post Io. Andr. in Mercurial. in c. quod semel de reg. iur. in sexto, quem sequuntur cõiter Doct. vt dicit Bertrand. consil. 143. nu. 2. libr. 3. in secunda parte. Hanc ẽt opin. dicit esse communem Soc. in d. l. si mihi & tibi. §. in legatis, col. pen. vers. Sextò infertur, ff. de leg. Natta in d. auth. hoc inter, nu. 56. C. de test.

ADDITIONES.

a Tollatur.] *Adde, quod sufficit testamentum primum, vt tollatur per secundum quòd testator ad interrogationem Notarij dicat sic; communem attestatur Dec. in consil. 489. nu. 3. Item vnum hic not. quòd testamentum primum in quo testator voluit, quòd non possit per secũdum reuocari, nisi in illo registrata sint quædam formalia verba: haud reuocatur per secundum: nisi per expressam reuocationem: atque facta mentione de dictis verbis derogatorijs, commune attestatur Natt. in consil. 639. & vide per Dec. in cons. 475. & 479. Et ampliat Natt. vbi supr. nu. 5. procedere etiam stante statuto, quod vltimum testamentum teneret haud facta mentione de dictis verbis derogatorijs. Vide de hoc etiam in collect. mea commu. opi. in verb. testamentum, nu. 9. & 10.*

b Per secundum.] *Aduerte hic, quod testamentum etiã secundum factum coram quinque testibus in quo instituti sunt venientes ab intestato, licet valeat, haud tamen valeret quando in primo testamento sunt instituti venientes ab intestato, etiam si non omnes. sed si aliqui: commune vide per Socin. in cons. 219. colum. 2. & in d. collec. mea commu. opinio. uerb. testamentum. numero 12. Item nota quod testamentum secundum non reuocat primum, ubi rite & recte factum haud fuit, commune per Rolan. in consil. 33. nu. 4. uol. 3. uide per Cephal. in consilio 519. atque 548.*

c Reuocatur.] *Adde commune etiam per Dec. in c. cum accessissent col. 2. de consti. dixi etiam d. collect. mea com. opinio 44.*

d Reuocatum.] *Et quod haud sit dare remediũ propter quod primum testamentum non possit tolli, etiam si fuerit iuratum ut sup. & per Old. cons. 28. & 360. Gabr. I. V. C.*

QVAESTIO XCV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in pœnam mutationis testamenti an ualeat.*

2 *Et quid si hæres promittat legatarijs legata præstare, uer. In hoc tamen.*

1 QVæro etiam, quid si testator in actu condendi testamenti dicat se ita testari, & nolle ipsum testamentum aliquo modo reuocare, & quòd si illud aliquã
a do reuocaret, eo casu ex nũc donat *a* omnia bona sua hæredi scripto, &c. Nunquid talis donatio facta in pœnã mutationis testamenti valebit, ita quòd testator nõ possit illam per aliam posteriorem voluntatem reuocare? Respon. Dyn. in c. quod semel, in fi. verbis, de reg. iur. in 6. tenuit, quòd talis donatio irreuocabiliter valeat. & hanc opin. dixit esse communem Bald. consil. 338. libr. 2. prout illum refert Ioã. Dilect. de arte testandi tit. 10. cau. 2. nu. 1. Contrariam verò sententiam scilicet, quòd imò talis donatio non valeat, tenuit Cyn. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & hæc opin. est magis communis, vt dicunt Scribentes in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, ff. de verb. obl. & in specie Alex. nu. 3. & Ias. nu. 7. Crot. nu. 13. & Burigella, nu. 7. Idem dicit Roma. consil. 181. circa princip. Maria. de oblatio. in libello 13. nu. 17. qui dicit, quòd ita concludunt communiter Doctores: Alexan. consil. 25. nu. 6. lib. 3. & cons. 156. nu. 5. lib. 7. vbi dicit quòd ita cõiter concluditur: Didac. in rubr. de testa. in 2. parte, num. 17. Apostil. ad Dyn. in d. c. quod semel, in fi. Nam lex (vt dixi) noluit reperiri aliquem modũ, per quem tolli possit libera testandi facultas, cùm ambulatoria sit hominis voluntas vsque ad mortem.

2 In hoc tamen proposito nota cautelam, quòd si testator faciat quòd hæres promittat legatarijs, vel fideicommissarijs præsentibus, vel si sint absentes, notario eorum nomine stipulanti, præstare illis legata, vel fideicommissa in testamento relicta: in lib. anni 1578. non est an eo casu talia legata transeant in vim contractus & poterunt probari per duos testes tantum: & ita poterit hæres ex tali promissione conueniri: Ita colligitur ex dictis Bart. in l. nemo potest, circa principium, versic. contra hoc, ff. de lega. 1. quem Scribentes communiter sequuntur, vt dicit Cotta in d. verbo, Testatorem inducere, colum. 2. Hanc etiam dicit esse communem opin. Crot. in repe. d. l. nemo potest, num. 19. Quæ tamen decisio, præsupposita reuocatione testamenti, mihi non placet, quia hæres videtur promisisse tanquã hæres, non autem de proprio, argumentum eorum quæ notat Bart. in l. cùm quis decedens. §. qui testamento, ff. de le-

de legat. 3.& forte etiam intentio Bart. in d.l.nemo potest,non fuit hæc ad quam allegatur. Cogita.

ADDITIO.

a Et nunc donat.] *Et hoc clarum est in donatione vniuersali,vt dicit Dec.in consil.194.in prin.qui tamen consuluit valere donationem factam in pœnam particularis legati.vide per eun.ibi per tot.quia plene articulum examinat,& contraria diluit. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Vbi ex secundo testamento non fuerit adita hæreditas, nunquid primum censebitur nihilominus reuocatum.*

1 Dixi supra quòd primum testamentum reuocatur per secundum: a Quæro,quid si ex secundo testamento non fuerit adita hæreditas, nunquid nihilominus primum testamentum censebitur reuocatum? Resp. quòd sic. Satis enim est φ contigerit hæreditatẽ
b ex ipso testamento adiri potuisse, b licet adita nõ fuerit. & ita communiter tenetur, ut dicit Alex. consi. 37. nu. 3.lib.1.& consi.87.nu.7.lib.2.quem refert Didac.in dicta 2.parte,post nu.21.uersic.septima conclusio. Quin imò, etiamsi illud secundum testamentum non fuisset à principio ualidum, neque postea conualidatum fuisset,sed bene potuisset aliquo casu reconualidari, prout potes uidere exempla supra quæst. 43. uers. sed quid si ipse, & quæst.45. uersic. sed pone: adhuc tamen primum testamentum censetur per illud secundum reuocatum & annullatum,& hanc dicit esse communẽ opinionem Ruin. cons.8.nu.8. lib.3. Ego tamen non credo hanc opi.esse magis communem neque ueram.Omnes enim ferè Doctores in hac materia loquentes concludunt,ad hoc ut primum testamentum reuocetur,requiri quòd secundum sit ualidum,& solemne,ita quòd ex eo aliquãdo potuerit hæreditas adiri.Propterea opinio illa,quam Ruin. dicit communem, non esset iudicio meo in practica tenenda. & ita etiam Ruin. ipse in loco præallegato super ea se non fundat, sed transit ad alia fundamenta.

ADDITIONES.

a Per secundum.] *Item testamentum primum quando reuocetur per secundum vide per Cæphal.consi.32. & Rolan consil.33.vol.3.*

b Adiri potuisse.] *Ad idem vide per Ceph. eod. consil. 32.num.7. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Quandoque etiã per secundum testamentũ minus solemne reuocatur primum solemne nonnullis concurrentibus de quibus in l.hac consultissima, §. si quis autem. C.de testam.*

2 *Et quid si in huiusmodi secundo testamento esset præteritus vnus ex filijs testatoris, vers.Scias tamen.*

3 *An ex hac vltima voluntate dicatur succedi ex testamento, an autem tanquam ab intestato. versic. Item scias.*

4 *Testamenti perfectio est quadruplex.*

1
a Vnus tamen est casus,in quo testamentum perfectum a & solemne tollitur per secundũ testamentum licet imperfectum & minus solemne,quando scilicet hæc tria concurrunt: Primum, quòd in illo primo testamento fuerint instituti extranei: Secundum,quòd in secundo testamento fuerint instituti venientes ab intestato: b Tertium,φ in secundo interuenerint saltem quinque testes. Est de hoc text. singularis in l.hac consultissima, §.si quis autem,C.de testa.

2 Scias tamen,φ dispositio d.§.si quis autem non habet locum,quando in secundo testamento esset præteritus aliquis ex filijs ipsius testatoris. ita tenet Bart.in l. si ex duobus,la prima,§.si prius, nu.2. ff.de bon. poss. contra tab.& est communis opi. vt dicit Alex. in d.§.si quis autem,nu.9.Faciunt in hoc proposito ea quæ dixi supra,quæst.8.vers.sed quarto.

3 Item scias,quòd hæc vltima voluntas,quæ validatur ex dispositione d.§.si quis autem,non est testamẽtum, sed defertur ex illa successio ab intestato. ita dicit Bald. in d.§.si quis autem,ante nu.1. & ita communiter tenetur, vt ait Corn.cons.172.col.3.in litera H.lib.2. Quod nota:quia est mirabile φ causa intestati trahat ad se causam testati, contra regulam quam posui infra §.fin. Et ex hac conclusione resultare potest maxima vtilitas, vt dixi supra quæst.13.

ADDITIONES.

a Testamentum perfectum.] *Hic scias quod quadruplex*
4 *est † testamenti perfectio vna in materia, vt voluntas sit completa & perfecta. Secunda est in substantia,quæ consistit in hæredis institutione; alias testamentum esset sine capite. Tertia est in solemnitate, quæ appellatur diligentia legum. Quarta est ad confirmationem. Et hæc est duplex,de omnibus,vide per Natt. in consil.647. sub nu.7.*

b Ab intestato.] *Adde etiam si non omnes, sed aliqui vt commune dixi sup q 94. vbi & etiam quando non reuocatur. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum inter liberos an posteriore testamento reuocetur.*

2 *Et quid si in eo sint pariter instituti filij, ver. Hoc tamen.*

1 Retenta prædicta conclusione, φ primum testamẽtum reuocatur per secundum, Quæro nunquid locum habeat in testamento condito inter liberos, ita vt & ipsum testamentum inter liberos conditum, simpliciter confecto alio posteriori testamento, reuocetur. Resp. φ non, nisi in hoc secundo testamento duo concurrant; Primum,quòd sit confectum corã septem testib. Secundum,quòd in eo pater expresse dicat, se primum testamentum reuocare. est de hoc tex. expressus in Auth.hoc inter C.de testa.Et φ de primo testamento condito inter liberos debeat in secundo fieri mentio specialis, alias nõ censeatur reuocatum per secundum, est communis opi. vt dicit Gomes in c.1.num.171.de constitu.in 6.Boer.decis.240.post nu.10.

2 Hoc tamen intellige vt procedat quando in secundo testamento est institutus hæres extraneus:nam eo casu vtique illa duo requiruntur,de quibus supra. Sed si in secundo testamento pariter essent instituti filij, & illud secundum esset ipsis filijs magis fauorabile, non modo primum non solẽniter conditum reuocatur per secundum solemne, sed, quod plus est, etiamsi primum esset perfectum & solemne, & istud secundum magis

reuocabile esset imperfectum, & minus solenne, primum intelligitur reuocatum per istud secundum, ita dixit glo. in Auth. de testamentis imperfectis, in princ. in verbo Perfecta: quæ est communiter approbata, vt dicit Iaso. in d. auth. hoc inter nu. 1. in fi. Soc. iun. cons. 145. nu. 58. lib. 2. Hanc etiam opi. dicit esse communem Rimin. in d. auth. hoc inter. col. 1. quem refert Paris. consil. 35. nu. 23. lib. 2. Crot. in c. 1. col. 8. de const. in 6. quem refert Didac. in rub. de test. in 2. par. post num. 19. vers. sexto deducitur: Soc. iun. cons. 127. nu. 10. lib. 1. subdēs quod cum hoc sit in iure nostro exploratissimum, non est super eo hæsitandum.

QVAESTIO XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Primum testamentum, in quo adsit clausula derogatoria, an tollatur per secundum.*
2 *Et quid si talis clausula erat derogatoria potentiæ, non voluntatis vers. Hoc tamen.*
3 *Et quid si vnum tantum testamentum præcesserit, ver. & hæc quidem.*
4 *Et quid si primi testamenti derogatorij testator in secundo specialem mentionem fecit, vers. Tertiū est casus.*
5 *Et quomodo dicatur facta illius specialis mentio, versic. Sed quæro.*
6 *An hæc locum habeant in testamento inter liberos, vers. Hæc autem.*
7 *Quibus modis dici possit facta mentio clausulæ derogatoriæ, vers. Sed in hoc proposito.*
8 *Quid si appareat testatorem omnino voluisse secundum testamentum prævalere. ver. Cæterum.*
9 *Quid si inter ipsa duo testamenta effluxerit spatium decem annorum. vers. Scies etiam.*
10 *Quid si in secundo testamento appositum sit iuramentum ver. Item scias.*
11 *Et quid si secundum testamentum conditum fuerit apud acta. ver. Vlterius scias.*
12 *Et quid in clausula derogatoria non expressa à testatore sed à lege subintellecta, ver. Præterea scias.*

1 QVæro, Tu scis, quod eo ipso quod testator facit secundum testamentum, censetur reuocasse primū, etiamsi de eo nulla mentio facta sit. Pone modo quod testator in primo testamento apposuerit clausulam derogatoriam, puta, quia dixerit. Et hoc meum testamentum volo valere, non obstante quocunque testamento per me posthac condendo: vel, Nolo aliud testamentū per me in futurum faciendum valere, nisi in eo sit descripta tota oratio Dominica, vel Aue Maria, vel huiusmodi: nunquid si deinde testator condat aliud posterius testamentum, illud primum cēsebitur reuocatum, & annullatum? Resp. hæc est valde intricata quæstio: in qua Scribentes varie loquuntur. Propterea pro intelligentia distinguendi sunt nonnulli casus.

Primus casus est, quando testator in secundo testamento nullam mentionem fecit primi testamenti, neque clausulæ derogatoriæ in eo insertæ, & hoc casu omnes concordant, quod per huiusmodi testamentum non sit reuocatum primum habens clausulam derogatoriam: intellige quando est derogatoria voluntatis, vt statim dicam: Præsumitur enim in secundo testamento defectus voluntatis: & ideo firmum remanet primū & in hoc nulla est controuersia inter Doctores.

Secundus est casus, quando testator in secundo testamento apposuit clausulam generalem reuocatoriam omnium testamentorum a se prius conditorum, puta, quia dixit, Cassans & reuocans omnia & quæcunq; testamenta a me hactenus condita: quæ clausula communiter solet a notariis apponi in omnibus testamentis & in hoc pariter omnes concordant quod illa non sufficiat ad reuocationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam. Talis enim reuocatoria generalis, etiamsi expresse posita non sit, tacite tamen inest ex natura actus: merito expressa nihil operatur.

2 Hoc tamen non ita absolute procedit; debes enim scire, quod clausula derogatoria potest dupliciter concipi, vt declarat Bar. in l. si quis in principio testamenti, in prin. n. 4. in fi. ff. de. leg. 3. Primo per verba respicientia potentiam, puta, Nolo me posse condere aliud testamentum: vel, Nolo posse hoc testamentum reuocare. Secundo concipi potest per verba respicientia voluntatem; puta Si condidero aliud testamentum, nolo illud valere. Dic ergo, quod si quidē est concepta per verba derogatoria voluntatis, procedit conclusio vt nō sufficiat generalis reuocatio: sed si est concepta per verba derogatoria potentiæ, vtique sufficeret, Et hoc dictum est magis commune, vt dicit Corn. cons. 86. in lit. B. lib. 3. & cons. 21. & in lit. P. lib. 4. Hanc etiam sententiam fatetur esse communem Didac. in rub. de testa. in 2. parte, post nu. 19. ver. secunda conclusio, Cū enim nemo possit sibi auferre liberam facultatem testandi, talis clausula derogatoria potentiæ nihil operatur, & pro non apposita habetur.

3 Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando duo testamenta, vel plura præcesserunt illud vltimū testamentum, in quibus omnibus vel altero eorum, essent appositæ clausulæ derogatoriæ: nam eo casu proculdubio generalis reuocatio non sufficit, sed necesse est fieri mentionem ipsius clausulæ derogatoriæ, secundum magis communes conclusiones, ut dicit Alex. in l. 2. nu. 2. ff. de liber. & posthum. Sed quid si unum tantum testamentum præcesserit, in quo sit insertа clausula derogatoria, nunquid sufficiet quod in hoc ultimo dicat, Cassans, & irritans omne aliud meum testamentum, &c. Respon. Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, in prin. nu. 9. tenuit quod hoc casu talis reuocatio generaliter facta sufficiat: quæ tamen uerba Bar. aut in meo codice sunt corrupta, aut a Doctorib. non fideliter recitata, & dicit Gui. Papæ, cons. 65. nu. 16. & cōs. 125. post nu. 3. uers. & hanc ultimam, quod ita determinant Doct. omnes indistincte. Sed quicquid dicat Guido Papæ, illa opi. Bar. communiter reprobatur, ut dicit Ias. in l. fancimus, post nu. 14. uers. Quarto fallit, C. de testa. Rub. cons. 24. nu. 12. Natta in d. auth. hoc inter, nu. 35. Et dicit Ruin. cons. 6. post nu. 9. uers. nec obstat. li. 2. quod contra Bart. in hoc tenent communiter Doctores: & ideo, etiamsi unum tantummodo testamētum præcesserit, retentum est quod non sufficiat generalis reuocatio, sed requiratur quod de ipsa clausula derogatoria fiat specialis de mentio, & hæc opi. contra Bart. est magis communis, ut dicit Alex. cons. 25. nu. 4. lib. 3. & cōs. 7. lib. 4. quod est duplicatum consil. 44. eodem uolumine. Idem Alexand. consil. 156. num. 3. lib. 6. & consil. 163. post num. 7. eod. uolum. & cons. 172. in principio eod. vol. quem refert Fely. in c. nonnulli, nu. 5. de rescr. & Tiraquel. de Legib. connub. gl. 7. nu. 131. Ruin. cōs. 10. circa fin. lib. 2. Apostil. ad Bar. in d. l. si quis in princ. sub nu. 9. Didac. in d. rub. de testa. in 2. parte, post n. 16. uers. tertium hanc. Passus est arduus: & multæ sunt authoritates Doctorum hinc inde, ut uideri potest apud Iason. in d. l. 2. nu. 11. ff. de liber. & posthum. qui multos refert tenentes cū Bar. & subdit, quod si d. Alex. uidisset illas authoritates, non ita passim dixisset cōmunē sententiā Doctorum esse contra Bart. Sed certe negari nō potest, quin opi. contra Bar. sit magis cōmunis. propterea cōsulendo aut iudicando nō esset ab ea recedendum. Illa enim clausula derogatoria in primo testamēto

appo-

apposita, facit præsumi secundum testamentum, in quo non sit illi clausulæ derogatum, fuisse confectum potius ad suggestionem, vel importunitatem alterius, quam ex volun ate ipsius testatoris: quæ ratio eodem modo militat, siue vnum testamentum tantum, siue plura præcesserint.

4 Tertius est casus, quando in secundo testamento testator fecit specialem mentionē primi testamenti derogatorij, & illud reuocauit: & tunc concludunt Doctores, quod primum, sit reuocatum, & annullatum ita tenuit Dy. in c. quod semel, col. fi. de reg. iur. lib. 6. & ita se habet communis opin. vt dicit Sal. in d. l. sancimus, post nu. 6. in 5. q. C. de testa. quem refert Alex. cons. 7. nu. 18. lib. 4. quod est duplicatum cons. 44. eod. vol. Alex. in d. l. sancimus, nu. 5. Corn. in d. cons. 86. in litera B. & in litera R. lib. 3. Natta in repet. Auth. hoc inter, nu. 25.

5 Sed quæro, quomodo dicatur facta specialis mentio seu reuocatio primi testamenti derogatorij. Resp. Bar. in d. l. si quis in prin. testamenti in prin. n. 8. tenet, quod tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria in ipso testamento inserta; puta, quia dicat, Non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriā. Et dicit Corn. in d. cons. 86. in litera M. quod ista opin. Bar. est communis. Et quod requiratur specialis mentio clausulæ derogatoriæ, dicit esse communem Soc. cons. 163. post nu. 7. vers. 2. præmitto, & post num. 14. lib. 2. Gui. Papæ cons. 64. nu. 2. subdens quod hanc communem opi. approbat communis vsus in iudicijs, & obseruantia: Ruin. in d. cons. 10. num. 3. lib. 2. Soc. iun. cons. 124. nu. 3. lib. 1. quem refert Dida. in d. rub. de test. in 2. parte post nu. 15. vers. tertia conclusio. Hæc tamen opi. quod scilicet non aliter dicatur fieri specialis mētio primi testamenti, nisi facta mentione clausulæ derogatoriæ in eo insertæ, mihi semper visa fuit dura, & contra omnem æquitatem. Non enim video qua ratione non deberet dici facta specialis mentio primi testamenti derogatorij, quando testator in secundo testamento diceret, Non obstante alio testamento per me condito, in quo institui talem, vel de quo fuit rogatus talis: quæ demonstratio, saltem respectu testamenti, videtur esse non modo specialis, sed etiam singularis, & indiuidua: & ita credo fuisse de mente gl. in l. si mihi. & tibi, § in legatis. ff. de legat. 1. & in d. l. si quis in principio testamē ti, in prin. in verbo. Accipiūr. & Dy. in d. c. quod semel, prout etiam videtur fateri Bar. in d. l. si quis in principio testamenti, nu. 8. Et hanc sententiam multi Doctores secuti sunt. Nihilominus, quia contraria opin. fortè est magis communis, posset ita distingui, etiam ex mente Bar. in loco præallegato, quod aut clausula derogatoria in primo testamento inserta, erat simpliciter concepta; puta, Si fecero aliud testamētum, nolo illud valere: & hoc casu sufficiat quod fiat eiusmodi singularis & indiuidua mentio testamenti, etiamsi non fiat mentio de ipsa clausula derogatoria. Aut verò dicta clausula derogatoria habet insertam aliquam specialem formam: puta, Nolo aliud testamentum per me faciendum valere, nisi in eius principio sit posita oratio dominica, vel huiusmodi: & hoc casu procedat communis opi. quod scilicet debeat fieri mentio ipsius clausulæ derogatoriæ. Cogita: quia articulus propter varietatem opinionum est valde dubius. Et dicit Soc. in d. §. in legatis, col. 4. vers. 4. infertur, quod in hac quæstione iudex ex varijs circunstantijs posset aliquando in vnam, aliquando in alteram partem moueri: & ideo bonum esset habere iudicem fauorabilem. Distinctio tamen per me posita, iudicio meo, sapit magnam æquitatem: & credo quod iudex, qui illam sequeretur, non erraret.

6 Hæc autem conclusio, quod in secundo testamento debeat fieri specialis mentio clausulæ derogatoriæ in primo testamento insertæ locum habet, siue primum testamentum conditum sit inter extraneos, siue inter liberos: nam si in testamento inter liberos sit apposita clausula derogatoria expressa, non sufficeret in secundo testamento dicere, Nolo obstante testamento cōndito inter liberos, sed opus etiam esset addere, Et non obstante clausula derogatoria in eo inserta. ita dicit Pau. de Cast. in auth. hoc inter. num. 5. C. de testam. & est communis conclusio, vt dicit Rub. cons. 24. num. 13. Io. Dilect. de arte testa. tit. 10. caut. 1. post num. 3. Didac. in d. 2. parte; post nu. 19. vers. hinc scribit Pau.

7 Sed in hoc proposito scire debes, quod tripliciter potest fieri mentio clausulæ derogatoriæ, scilicet generaliter, specialiter, & in indiuiduo. Generaliter, puta, si testator dicat, Cassans, & reuocans quodcunque testamentum a me prius conditum, & omnia in eo cōtenta. Specialiter, puta, si dicat, Cassans, & irritans omne testamentum a me prius conditū, non obstante aliqua clausula derogatoria in eo inserta. In indiuiduo, puta, si dicat, Non obstante illa clausula derogatoria in primo testamento inserta, quod scilicet nolebam illud posse reuocari, nisi in secundo testamento apposuissem orationem dominicā, vel huiusmodi. Quæro ergo qualis reuocatio in isto secundo testamento acquiratur, ad hoc vt sit derogatum illi clausulæ derogatoriæ in primo testamento insertæ. Resp. si tantum sit facta generalis reuocatio, sine vlla mentione clausulæ derogatoriæ, fere omnes in hoc conueniunt, quod illa non sufficiat, sed necesse sit quod fiat specialis mentio ipsius clausulæ, & hæc proculdubio est communis opi. vt dicit Corn. in dicto consil. 86. in litera R. libro tertio, Guid. Papæ in d. cons. 64. post nu. 2. Ias. in d. l. si mihi & tibi, §. in legatis, nu. 12. Rub. cons. 24. nu. 4. Natta in d. auth. hoc inter, nu. 29. & seq. Aemil. Ferret. cons. 45. nu. 3. Didac. in d. 2. parte, post nu. 15. vers. secundum non esse. Punctus est, an sufficiat specialis derogatio, an autem requiratur quod in indiuiduo fiat mentio verborum ipsius clausulæ derogatoriæ. Dic quod sufficit specialis mentio, non autē requiritur indiuidua: & ideo satis erit, si dicatur, Non obstante aliqua clausula derogatoria in ipso testamento inserta. Et hanc opinionem dicit esse magis cōmunem Alex. cons. 134. post nu. 15. vers. & ex prædictis, & in fine consil. lib. 1. Soc. in d. §. in legatis, col. 3. vers. ex quibus patet, Ias. in d. §. in legatis, nu. 12. Rub. in d. cons. 24. post nu. 4. & post nu. 9. Paris. cons. 24. nu. 9. lib. 2. vbi dicit quod ita communiter concluditur. Apostil. ad Dy. in d. cap. quod semel, col. fi.

8 Cæterum, hæc conclusio, quæ habet, Primum testamentum, in quo adsit clausula derogatoria, non reuocari per secundum, nisi in isto secundo etiam sit facta mentio ipsius clausulæ derogatoriæ, limitanda est vt non procedat, nisi ex verbis in vltimo testamento appositis, vel aliter appareret testatorem ex aliqua causa mutasse voluntatem, & voluisse illud vltimum testamentum præualere, nam eo casu etiamsi ipsius clausulæ derogatoriæ nulla sit facta mentio, adhuc tamen secundum testamentum præualeret primo, ita dicit Bal. in d. l. sancimus, post numerum 6. C. de testa. quem attestatur esse communiter receptum Didac. in d. 2. parte post nu. 29. vers. quarta conclusio. & est communis cōclusio, vt dicit Soc. cons. 2. post num. 12. vers. præterea, lib. 2. Paris. cons. 24. n. 32. & seq. libro 2. & cons. 34. nu. 57. eo. vol. & cons. 10. n. 21. li. 3. Soc. Iun. cons. 116. n. 6. lib. 1. & cons. 124. n. 59. eo. vol. Io. Dil. de arte testan. tit. 10. caut. 1. post nu. 3. Semper enim in vltimis voluntatib. ipsius testatoris voluntas ante omnia spectanda est.

9 Scias etiam, quod si inter primum & secundum testamentum effluxerit tempus decem annorum, validum erit secundum, etiamsi in eo non sit facta mentio clausulæ derogatoriæ in primo testamento insertæ. ita di-

cit Bal. in d. l. sancimus, nu. 6. in fi. loquendo per verbũ forte, & est communis opin. vt ait Paris. in d. consi. 10. nu. 17. libro 3. quem refert Didac. in d. 2. par. post num. 19. vers. Nonò non erit: Rubeus in d. cons. 24. num. 7. Nam per lapsum decennij inducitur præsumptio obliuionis, vt dixi infra lib. 7. §. possessio. & ideo non præsumitur in secundo testamento omissa reuocatio clausulæ derogatoriæ ex voluntaris defectu, sed potius ex defectu memoriæ: & sic non obstante tali omissione, testamentum sustinetur.

10 Item scias, quòd si in secundo testamento iurasset testator, se velle illud esse suum vltimum testamentum, eo casu hoc secundum præualeret, etiamsi in primo fuisset inserta clausula derogatoria. ita tenet Bal. in d. l. sancimus, post num. 6. & est communis conclusio, vt ait Natt. in d. auth. hoc inter, nu. 41. & seq. Habet enim iuramentum vim clausulæ specialis derogatoriæ, vt dixi infra lib. 7. §. iuramentum, ad quod faciunt quæ dixi supra q. 94. ver. vnum tamen.

11 Vlterius scias, q̃ si testator condiderit secundum testamentum apud acta, hoc casu istud ex vi actorũ præualet primo, etiam habenti clausulam derogatoriam, ita dicit Bal. in d. l. sancimus, post numerum 6. & est cõmunis sententia, vt ait Natta in d. auth. hoc inter, num. 47. Non enim est præsumendum quod testator voluerit coram publicis personis actum elusorium facere.

12 Præterea scias, q̃ prædicta omnia locum habent, siue clausula derogatoria in primo testamento posita sit expresse à testatore, vel sit tacitè à lege subintellecta. Sunt enim aliqui casus, in quibus etiam si testator non apposuerit clausulam derogatoriam, tamen lex illam vult haberi pro apposita: & ideo etiã illis casibus opus est speciali reuocatione ipsius clausulæ. Et potest poni exemplum in testamento inter liberos, in quo lex semper subintelligit clausulam derogatoriam. & ideò, nisi in secundo testamento sit de ipso facta mentio specialis, non censetur reuocatum per secundum, iuxta no. in auth. hoc inter, C. de testa. & dixi supra quæst. prox. Potest etiam poni exemplum in iuramento: quia si in primo testamento sit appositum iuramentum, habet à lege vim clausulæ derogatoriæ; & ideo non tollitur per secundum testamentum, nisi de eo fiat specialis mentio, vt dixi supra quæst. 94. ver. vnum tamen nota.

QVAESTIO C.

SVMMARIVM.

1 *Si producantur duo testamẽta eodem die confecta, quod eorum præualebit.*

1 QVæro, pone quòd producantur duo testamenta eodem die confecta: quod nam eorum præualebit? Respon. si quidem ex lectura ipsorum testamentorum, aut aliter, apparere potest quod fuerit posteriore loco conditum, illud præualebit: si verò non apparet de prioritate vel posterioritate, eo casu propter incertitudinem neutrum valet. Ita dixit glo. in l. fin. in verbo, Missus est, C. de edic. diui Adria. toll. ubi dicit quod hæc est quæstio Sabbatina. & hæc est communis opinio, ut dicit Bertr. cons. 223. lib. 1. in 1. par. quem refert Boer. dec. 311. nu. 2. Idem dicunt Scribentes in d. l. fi. & in specie Sapia nu. 148. & Curt. iun. num. 89. Et hæc in præsentia sufficiant.

ILLVSTRISS. PRINCIPI CONSALVO FERDINANDO A CORDVBA, DVCI SVESSAE, ETC. AC INSVBRVM MODERATORI.

IVLIVS CLARVS S. D.

QVAE res in hac vita omnibus hominibus iucundissima esse solet, Gloria & laus recte factorum, Magnanime CONSALVE, illam dij immortales nulli sine labore ac periculo contingere posse voluerunt. eo quidem (vt opinor) consilio, vt humanæ mentes sua natura laudis auidæ, hoc veluti proposito præmio, ad virtutis studia ardentius incenderentur. Neque enim ea quæ communi ratione mortalium animas ab otio & inertia ad virtutem alliciunt, priuata scilicet aut communis vtilitas, aut voluptas, tantam vim in nobis habent, quantum amor ipse virtutis, ac gloriæ. Quis enim vnquam ob publica, aut priuata commoda vitam contempsit, qua nihil homini solet esse charius? Quis filiorum salutem, qui nostri corporis imaginem quandam præ se ferunt, cæteris rebus non anteposuit? At hæc omnia, & si quid præterea nobis iucundius esse potest, cogimur desiderio veræ laudis non curare; atque contemnere. Huius autem rei si quis forte exempla desideret, illa iam non ex antiquis Imperatoribus, sed ex te vno, Princeps Illustriss. petenda sunt. Qui siue cum hoste cominus est pugnandum, siue inimicorum propugnaculis aut muris succedendum, inter hostium tela adeò intrepidus versaris, simul & militis fortissimi, & egregij Imperatoris obiens munera, vt nemo iam sit, qui tuo exemplo vitam, parentes, liberos, fortunas, omnia denique humana præ virtute non despiciat, & pro nihilo putet. Tu certe (quod nullus negare ausit) munitissimis hostium oppidis expugnatis, omnium Imperatorum in hac prouincia primus vinci posse Gallos docuisti, ita vt plerique suspicentur, illos non modo Philippi inuicti regis nostri (à quo superiore anno, exercitu, castris, oppidis, exuti fuerant) sed etiam tua virtute ac fortitudine plane perterritos, ad satis æquas pacis conditiones descendisse, ne quas nunc in hac regione vrbes oppida ex fœdere sponte restituunt, illas tu armis vendicares, totisque præterea Italiæ finibus eos arceres. Non solum autem militaris hæc vestra laus, sed illa etiam, quæ ex bonarum literarum eruditione proficiscitur, quamuis minore periculo, multo tamen sudore ac labore studiosis quærenda est. Nemo vnquam somniculosus atque iners bonus orator, aut philosophus euasit. Nemo iuris scientiam, quæ apud omnes gentes summo semper in pretio fuit, sine maximis laboribus & vigilijs est assequutus. Neque vero hoc a me dictum quis putet, quod literarum studia bellicæ virtuti comparare aut præponere velim; vetus iam nimis & trita est sententia, quam hoc loco in disceptationem quæstionemque vocare nihil attinet, præsertim apud te, qui non modò fortissimus Imperator, sed etiam Orator disertissimus, id quod hac ætate paucis adhuc contigit, nactus es, vt in te Dij immortales eruditionem atque eloquentiam cum fortitudine atque animi magnitudine coniungerent. Cedans pacis tempore legibus arma; nos vicissim dum belli vigebit furor, Iurisconsultis ac philosophis Imperatores ac milites anteponi æquo animo feremus. Illud verò quod à principio dicere orsus fueram, sine controuersia vtrisque commune est, scilicet Neque pace, neque bello, veram virtutis laudem sine labore ac periculo parari aut acquiri posse. Memini ego patrem meum virum clarissimum hoc argumento sæpe me ad virtutis studium, propositis maiorum meorum exemplis incitare solere. Ille omnibus turpe esse dicebat, in otio inertem vitam ducere, ijs autem precipue quibus deorum munere fœlicia ad bonas artes capessendas ingenia contigissent. Mihi verò turpissimum fore, cuius auus, frater, auunculus, in sua patria, iuris vtriusque scientia præ cæteris floruissent. Pater etiam, Mediolani Senator; Proauus apud Siculos consiliarius, amplissimos essent dignitatum gradus consecuti. Quibus ego stimulis concitatus, ita me totum literarum studijs tradidi, vt nihil aliud dies, noctesque haberem in animo, quam vt maiorum meorum gloriam aliquo modo possem non solum æquare, sed etiam superare. Itaque cum primum in Iurisconsultorum ordinem fui cooptatus, summo quidem labore corporis atque animi, magnum hoc & arduum opus, & omnium fortè eorum, quæ hoc scribendi genere hactenus tractata fuerunt, longe maximum, efficere sum aggressus, vt scilicet inter dubias & controuersas iuris quæstiones, receptiores interpretum sententias, septem libris explicarem. Horum ego cum particulas quasdam (vulgò paragraphos appellamus) in lucem mittere decreuissem, illas tibi dedicare constitui, Princeps Illustriss. tum ut hoc quamuis leui munusculo, testatum erga te animum meum omnibus facerem, tum etiam ut libellus ipse amplissimi nominis tui ornamento auctus, illustrior in publicum prodiret. Tu itaque illum humaniter accipe; neque enim minor est animi magnitudo, exigua aliorum munera magni æstimare, quàm alijs multa & magnifica largiri. Vale. Calen. Nouemb. M. D. L I X. Mediolano.

IVLII CLARI ALEXANDRINI

IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, AC REGII SENATORIS

Ex Libro Quarto Sententiarum receptarum.

§. DONATIO.

CAPITA QVAESTIONVM.

HAEc donationum materia antiquis temporibus frequens erat & quotidiana; Nunc autem, cùm liberalitate propè extincta, mentes hominum auaritia occuparit, non ita, vt solebat, in iudicijs foroque versatur. Non tamen propterea omittendæ visæ sunt nõnullæ ex quæstionibus, quæ ad hunc tractatum pertinent.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vnde dicatur.*
2 *Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus.*
3 *Et an sit de sui natura contractus reuocabilis.*

1 QVAERO vnde dicatur donatio. Respon. Donatio dicta est à dono, quasi doni datio. ita dicit Iurisconsultus in l. senatus, §. donatio. ff. de don. causa mortis.

2 Item quæro, nunquid donatio sit contractus nominatus, vel innominatus. Respon. Glo. in l. in ædibus, §. 1. in verbo, ex rebus, ff. de donat. & alibi sæpe, videtur tenere quòd olim esset contractus innominatus, hodie verò sit nominatus. Et certe in hoc, quòd hodie sit contractus nominatus, non est magna inter Doctores controuersia. & ita esse hanc communem opin. attestatur Corn. consil. 101. circa princ. lib. 2 Ripa in l. fin. nu. 121. C. de reuoc. dona. Tu verò tene indistincte, quòd & olim, & hodie Donatio sit contractus nominatus: & hanc opin. tenuit Bart. vbique: quam dicit esse communem Alex. in l. iurisgentium, in princ. num. 6. ff. de pac. Ias. in d. l. iurisgentium, in princ. nu. 8. & in l. fi. nu. 13. ff. de cond. causa data: Gomes in §. in personam, post nu. 40. Inst. de actio. Habet enim speciale & elegans nomen: meritò debet inter contractus nominatos connumerari, iuxta ea, quæ dixi supra hoc eodem libro §. primo.

3 Et ex hac conclusione infertur, quòd sicut cæteri contractus nominati non possunt per pœnitentiam reuocari, ita etiam donatio est de sui natura contractus irreuocabilis, & in quo pœnitentia non admittitur. & ad hoc solet allegari text. in l. Aristo, ff. de donatio. & hãc opin. dicit esse communem Bertach. in verbo, Donatio reuocatur, vers. 72. Et quòd donatio perfecta regulariter reuocari non possit, dicit esse commun. in regulam Imol. in c. fin. post num. 25. versic. Secundò potest, de donatio. Quam tamen limita, & declara, secundum ea quæ dixi infra quæst. 21. & sequenti.

QVESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Donatio conditionalis an sit propriè donatio.*
2 *Donatio reciproca an sit propriè donatio.*

1 QVæro an donatio conditionalis sit propriè donatio. Respond. Glo. in l. 1. in princ. in verbo, Secutum, ff. de donatio. tenuit quòd dicatur propriè donatio: & illam glo: dicit esse communiter approbatam Curt. iun. in l. 1. num. 73. ff. si certum peta. Licet enim aliqua dispositio habeat conditionem annexam, illa conditio non est qualitas, quæ mutet substantiã actus: & ideo non desinit esse vera, & propria donatio.

2 Item quæro nunquid donatio reciproca siue vicissitudinaria, dicatur propriè donatio? Respon. ꝙ non: ita dicit gl. in l. licet, in verbo Mortis causa, C. de pact. quæ est communiter ab omnibus approbata, vt ait Curti. iun. consil. 82. nu. 5. Nam propter vicissitudinem dicitur habere onus annexum, quia tantum quis dat, quantum habere sperat: & ideo non potest propriè dici donatio. & ex hoc infertur quòd non indiget insinuatione, vt dixi infra q. 17. vers. sed nunquid.

ADDITIO.

a Reciproca.] *Non dicitur si hodie dono tibi, & tu post annum mihi donas, vide per Tiraq. vbi infra. Adde hic quòd*

quod quando fit debet esse par conditio vtriusq; non dispar, per Tiraq. in repet l. vnquam. C. de reuocã. donat. fol. mihi 172. & quando vna super alteram, an in eo quod superat censeatur pura donatio, per eund. f. 169. Giachar. I. V. C.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Donatio remuneratoria, an sit proprie donatio.*
2 *Et an valeat etiam sine meritis aliter quam per assertionem donantis non appareat, ver. Sed hic occurrit.*
3 *An ad hoc vt talis donatio valeat requiratur quod merita æquiualeant donationi, vers. Sed nunquid.*
4 *Quomodo dicantur merita æquiualere donationi, ver. sed quæro.*
5 *Filius legitimatus donans patri an censeatur donatio remuneratoria.*
6 *Donatio remuneratoria inter coniuges quando permittatur.*

1 QVæro, an donatio remuneratoria, vel antidoralis sit proprie donatio? Respon. quod non potest propriè dici mera donatio, vel mera liberalitas. ita probat expresse tex. in l. Aquilius Regulus, ff. de don. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Soci. iun. cons. 94. nu. 13. lib. 2. Hanc etiam dicit esse communem Dida. in c. cum in officiis, post nu. 10. de testa. Licet enim fiat nullo iure cogente, non tamen negari potest quin saltem naturali ratione, qui beneficium accepit, benefacienti sit obligatus. Et hæc conclusio est maximi effectus: nam ex ea sequitur quod talis donatio non indiget insinuatione: Item non reuocatur propter superuenientiam filiorum, vt dixi infra quæstio. 23. versic. item quarto: Item valet etiam inter patrem & filium: vt dixi infra quæst. octaua. versicu. hæc tamen, & huiusmodi.

2 Sed hic occurrit pulchra quæstio, an scilicet talis donatio, quæ fit propter merita, valeat etiam si de ipsis meritis aliter quàm per assertionem donantis non appareat? Resp. quòd sic; neque est necesse ad ipsius validitatem, quod merita ipsa probentur. Et hanc dicit esse communem conclusionem Bertrand. consil. 118. post nu. 1. lib. 2. in secunda parte, Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 133. num. 37. Quam tamen intellige vt procedat, quando donatio fit a persona, quæ potest libere donare, licet nulla merita subessent. & ita dicit esse communem opinionem Curt. Iuni. consil. 242. numero tertio, quem refert Bellon. cons. 74. post nu. 17. secundum quam in facti contingentia iudicauit parlamentum Delphinale, vt attestatur Guido Papæ decis. 95. Secus autem si ipsa donatio fieret inter personas prohibitas: nam eo casu non statur assertioni donantis, sed requiritur probatio meritorum. ita dicit glos. in l. si donatione, glos. finali. C. de collati. quæ ad hoc propositum solet semper allegari, & quam dicit esse communiter approbatam Bellon. in dicto consil. 78. num. quinto. Illam etiam ab omnibus approbari attestatur Alex. in d. l. si donatione, nu. 5. Et ita cõmuniter teneri affirmat Bertrand. cons. 135. num. 22. lib. 2. in secunda parte. Et hanc esse communem opinio. attestatur Paul. de Castro cons. 345. post nu. 4. versic. Tertio videtur, libro 1. Corn. cons. 144. in litera H, lib. 2. Si enim standum esset assertioni donantis, semper posset eludi prohibitio legis, attestante donatore merita præcessisse quod nullo modo est dicendum. Dicitur autẽ donatio fieri inter personas prohibitas, puta inter patrem & filium, inter virum, & vxorem, & huiusmodi. de quibus infra suis locis dicemus.

3 Sed nunquid † ad hoc, vt talis donatio remuneratoria valeat, requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi? Respon. quod sic, ita sentit Bart. in l. si quis pro eo. §. 1. in fin. ff. de fideiussor. & est communis opin. vt ait Dec. in l. pereus nu. 17. C. de pact. Intellige, quando fit inter personas prohibitas, nam limitata causa limitatum producit effectum, & ideo non possunt merita plus operari circa validitatem ipsius donationis, quam ascendat valor ipsorum meritorum, in residuo igitur non reputabitur tanquam donatio remuneratoria, sed erit donatio simplex, & hæc est communis conclusio vt dicit Bertrand. cons. 164. nu. 2. li. 2. in secunda parte. Vide quæ dixi inf. q. 8. ver. Sed pone, Si vero fit facta inter personas non prohibitas, non attenditur, an merita æquiualeant donationi, vel ne, ex quo etiam nullis subsistentibus meritis donatio valuisset, & in hoc nulla est controuersia.

4 Sed quæro † quo modo dicatur in his casibus merita æquiualere donationi? Respon. quod in hoc, & an attentis meritis donatio dicatur moderata, vel ne non potest dari certa, & determinata regula, sed standum est arbitrio iudicis. Ita concludunt communiter scribentes vt attestatur Ias. cõs. 154. nu. 5. lib. 2. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 193. nu. 3. Regulariter enim vbicunque aliquid non est a lege certa determinatum, statur arbitrio iudicis, vt dixi supra lib. 2. § iudex; Quod nota, quia si casus contingeret, bonum esset habere iudicem fauorabilem.

ADDITIONES.

a Donatio) *Adde atque fusius vide per Hippol. Rimina. qui quæstionem discutit hanc Instit. de dona. in prin. n. 92. & eam ampliat. etiam si ob merita de futuro fiat, nu. 113. Et limitat quatenus excedat beneficia recepta. nu. 115 et 118. deinde dat alias tres limita vsque ad num. 122. illas apud eum vide, qui & nu 83. dixit ad hoc vt inducatur ac præsumatur remuneratoria meritor. mentio fieri debet saltem generalis ab ipso donante, si haud est de personis donare prohibitis si vero sit de personis donare prohibitis, de ipsis meritis omnino constare debet, vide fusius per eum ibid. nu 84. & 85.*

b Non indiget insinuatione.] *Ad idem adde atque vide per Alban cons. 4 nu 27 & Rolan. cons. 13 num. 27. vol. 3.*

c Secus autem.] *Item donatio ob benemerita quando facta dicatur, etiam quomodo asserenti de bene meritis credatur, habetur per Meno. h. quem vi de arbi. iud. cas 134.*
5 *sed an donatio remuneratoria dicatur si filius legitimatus donat patri vi per Soc. cons. 295. lib. 2. sub nu. 10. itẽ quod donatio remuneratoria qualibet censeatur etiam si de meritis nil dictum sit, dummodo ea probentur, habetur per Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuo. don. f. mihi 143. qui etiam dicit quod fallit vbi quis donat filio vel consanguineo.*
6 *Aduerte † quod donatio remuneratoria inter coniuges permittitur, vt per Rolan. in cons 98. n. 44. Et quando fit, debet constare de meritis, per Dec. cons. 269. col. 4. Rube. 95. quẽ vi. & Roland. d. cons 98 qui nu 49. dicit quod alias redditur nulla. & attestatur de communi opinio.*

d Arbitrio iudicis. *Ad idem adde atque plene vi. per Menoc. de arbit. iud. cas. 132. nu 7 & seq. Item donatio ob merita quando facta dicatur, & quomodo merita probentur dixi su. & adde per Rol. cons. 13. num. 42. qui loquitur de assertione decurionum.* Giachar. I. V. C.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis quid sit.*

2 Et

2 *Et an donatio in dubio debeat iudicari causa mortis, vel inter viuos. ver. Sed quæro.*
3 *Et quid si fiat ab infirmo. vers. Et hæc quidem.*
4 *Et quid si in donatione facta sit mentio mortis. vers. Cæterum.*
5 *Et quid si donator promittat donationem non reuocare, ver. Sed pone.*
6 *Donatio inter viuos quando dicatur, etiam si fiat mentio mortis.*
7 *Donatio facta ab existente in articulo mortis qualis esse dicatur.*

1 QVæro, † quid sit donatio causa mortis? Respond. Mortis causa donatio est cum quis habere se mavult, quam eum cui donat, magisque eum cui donat, quam hæredem suum. Sunt verba iurisconsulti in l. 1. ff. de donatio. causa mortis.

2 Sed quæro, nunquid in dubio donatio iudicari debeat inter viuos, an causa mortis. Vtilitas autem huius quæstionis est maxima: nam si est donatio inter viuos, non poterit postea reuocari, secus autem si est donatio causa mortis, vt est in iure notissimum. Dic ergo, quòd si quidem in donatione non est facta mentio mortis, quia scilicet non est collata in tempus mortis, hoc casu tenendum est, in dubio, quòd sit donatio inter viuos, non autem causa mortis. ita tenet glo. in l. apud Celsum. §. Iulianus, in verbo, Spopondisset, ff. de doli mali. & met. exceptio. & est communis opi. vt dicit Ias. in l. quæ dotis nu. 26. ff. sol. matr. hæc enim qualitas, quod sit causa mortis, in dubio præsumi non debet: ideo qui illam allegat, debet eam probare: aliàs standum est in regula quod quicunque donat, censetur velle dominium in donatarium transferre, & consequenter inter viuos, & irreuocabiliter donare.

3 Et hæc quidem conclusio de plano procedit quando donatio fit ab homine sano, vel non nimis grauiter infirmo. Sed quid si facta sit ab infirmo, præsertim existente in articulo mortis & quem verisimile sit de morte ipsa cogitasse licet forte in ipsa donatione nulla mentio mortis facta fuerit? Resp. Anto. de But. in c. 2. de cõsuet. tenuit, quod censeri debet donatio causa mortis. Sed in hoc Ant. de Butr. communiter reprobatur, vt dicit Gulicl. de Bened. in reper. c. Raynutius, in verbo testamentum, il 4. nu. 21. & ideo tenendum est quòd imò etiam hoc caso iudicari debeat donatio inter viuos, nõ autem causa mortis. & ita tenent communiter DD. vt ait Ripa tract. de pest. in priuil. contractuum, post nu. 175. Hanc etiam opi. dicit esse communem Ripa lib. 3. resp. c. 9. post nu. 7. & eo. lib. c. 11. nu. 7. Nam, vt dicit tex. in l. Seia. §. fi. ff. de don. causa mortis, talis videtur potius moriens, quàm mortis causa donare. Quam opi. ego etiam sequor, dũmodo talis donatio sit facta in forma contractus: sed si esset facta in testamento, vel codicillis ab infirmo, præcipuè existente in mortis articulo, crederem tutius esse adhærere opin. Anton. de Butr.

4 Cæterum si in donatione sit facta mentio mortis, tunc proculdubio tenẽdum est quòd sit donatio causa mortis, non autem inter viuos. & hæc conclusio communiter tenetur, vt ait Dec. in l. fi. nu. 20. C. de pactis. Illam etiam dicit esse communem Paris. consi. 16. nu. 4. lib. 2. Non enim debemus in dubio à vi & proprietate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamen quod non sufficit quod simpliciter sit facta mentio mortis, sed duo copulatiuè requiruntur, scilicet quod in donatione sit facta mentio mortis, & quod sit collata in tempus mortis: ita concludunt Doctores omnes, vt dicit Sigismundus consi. feud. 5. post. nu. 4. Quod nota perpetuo.

5 Sed pone quòd aliquis dicat se donare causa mortis, & in donatione ipsa promittat illam non reuocare: quæro, an dicatur donatio inter viuos, an autem causa mortis. Resp. quòd ex illa promissione de nõ reuocando, debet censeri donatio inter viuos, non autem causa mortis. Text. est expressus in l. vbi ita donatur, ff. de dona. causa mortis. Et est communis opin. vt ait Didac. in rubr. de testam. in 2. parte post nu. 11. Et dicit Natta consi. 104. nu. 6. & seq. quod in hoc neminem reperit contradicentem. Hæc enim qualitas, scilicet quòd sit irreuocabilis, adeo repugnat ipsi donationi causa mortis, vt sit illi incompatibilis: & ideò necesse est hoc casu interpretari illud verbum Causa mortis, positum in donatione, vt dicamus, donantem potius motum fuisse ad donandum propter causam mortis quàm voluisse mortis causa donare, vt dicit Iurisconsultus in d. l. vbi ita donatur.

ADDITIONES.

a Mentio mortis.] *Et tunc præsumitur donatio causa mortis, alias secus, vt not. Hippol. Rimi. in pri de dona. Inst. ex illo text. nu. 315. vbi retuli idem adnotasse gl. Bart. Ang. Cum. Imo ac cæteros doct. in l. Seia §. fi. ff. eo. Et hanc*
* *dicit esse communem post Ias. in l. quæ dotis nu. 16 ff. sol. matr. & alios quam plures recensens concordantes, qui deinde ad istam communem annectit. 10. limitationes atque discutit illas, ideo vi. ibi. per eun. plene. Adde etiam per Duen. reg. 218. Cran. consi. 214. nu. 10. Rol. consil. 8. Fallit si præcessissent merita per Tiraq. in l. si vnquam. C. de reu. don. fol. 152. item fallit quando iudicando causa mortis non valeret don. per Cran. consi. 277. col. fi.*

b Inter viuos.] *Adde quod ista conclusio recipit aliquas limitationes quarum sex vid. per Hippol. Rim. in prin. Inst. eo. ti. nu. 360. vsque ad nu 375. & adde quod dicit*
6 *Ale. in cons. 78. vol. 4 quod dicitur donatio † inter viuos, licet fiat mentio mortis per modum demonstrationis, vel si sit pactum de non petendo si sit facta pro se & hæredib. Item donatio quando dicatur inter viuos & quando causa mortis. vid. per Rol. consi 61. vol. 2. ac per Dec. in consil. 460. Et quando dicatur inter viuos mentione mortis haud attenta, vide per Rimin. cons. 426.*

c Mentio mortis.] *Adde hic, quod in dubio debet interpretari prout melius valere potest. vt per Crau. consi. 52. nu. 4. & limitationes quam plures dixi in reg. contra.*

d Non reuocare.] *Amplia ac limita, vt per Duen. reg. 217. verum si sit facta cum pacto quod non retrahatur, nec reuocata intelligatur, nisi donatario præmoriente. An tale pactum faciat ipsam transire in donationem inter vi-*
7 *uos. vide per Castrens. consilio 83. in 2. Quid † de donatione facta ab existente in articulo mortis, quod valeat in vim donationis causa mortis licèt non fiat mentio de morte. vi. per Soc. cons. 150. nu. 7. Quid si fiat ab infirmo, quòd sic, vid. per Castren. cons 384. Sed contra per Cra. cons. 277. col. fin.* Giachar. I. V. C.

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis, an magis comparanda sit contractibus, quam ultimis voluntatibus.*
2 *Et an quantum ad confirmationem, versic. Scias tamen.*
3 *Quid si donatio causa mortis facta sit in testamento, ver. Sed pone.*

1 QVæro, nunquid donatio causa mortis magis comparanda sit contractui, quàm vltimæ voluntati. Vtilitas autem huius quæstionis est euidens: nam ex hoc scire poteris an donatio causa mortis debeat regulari secundum leges, & statuta loquẽtia de vltimis voluntatibus an autem secundum iura loquentia de contractibus. In hoc autem articulo magna fuit aliquando inter Doctores controuersia. Quidam enim simpliciter dixe-

cunt,

runt, quod donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati: & hanc dixit esse cōem opi. Boer. consi. 34. nu. 12. Alij verò simpliciter dixerūt quod est magis vltima voluntas quàm contractus, & hanc dicit videri magis communē Marsil. sing. 136. lōga. Tu dic quod donatio causa mortis quo ad modū & ordinationem, scilicet dum in esse deducitur, æquiparatur cōtractui: sed postquam est in esse deducta, quo ad effectum & efficaciam censetur vltima voluntas: & ita intelligenda est glo. ordinaria quæ ad hoc propositum semper allegatur in l. 2. in prin. in verb. legatum, ff. de dote præleg. quam dicit esse communiter approbatam Soc. cons. 130. n. 9. lib. 1. quod est duplicatum cons. 235. lib. 2. Ias. in l. cum antiquitas, num. 2. C. de testa. Hanc etiam opi. dicit esse communem Iaso. in l. 2. nu. 1. ff. de lega. 1. & in l. senium. nu. 8. in fi. C. qui testa. facere possunt: Ripa in d. l. 2. nu. 15. Alcia. in l. 2. in prin. nu. 10. ff. de verb. oblig. Et ideo si statutum disponat quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo notarij, ita seruandum erit in donationibus causa mortis. Si verò aliud statutum disponat quod vltimæ volūtates habeant executionem paratam, pariter donatio causa mortis habebit paratam executionem. Quia illud statutum disponit circa contractus prout sunt in fieri: meritò comprehendit donationem causa mortis: Hoc autem disponit de vltimis voluntatibus iam in esse deductis, ideò locum habet etiam in donatione causa mortis. E conuerso autem si statutum disponeret, quòd in vltimis voluntatib. conficiendis deberent interuenire duo notarij, non comprehenderet donationem causa mortis, &c.

2 Scias tamen, quòd licet donatio causa mortis, quò ad effectum & efficaciam æquiparetur vltimis voluntatibus, vt supra dictum est, non tamen illis æquiparatur quò ad confirmationem. Nam vltimæ voluntates non confirmantur nisi adita hæreditate. Donatio autem causa mortis confirmatur sola morte donantis, etiam eius hæreditate non adita. ita colligitur ex glo. in l. post legatum. §. qui mortis, in verbo Legatario, ff. de ijs quibus vt ind. Et est communis opi. vt dicit Alex. in l. illud, post nu. 4. versi. tamen donatio, C. de collatio. Picus in repet. l. in quartam, col. 21. ff. ad leg. falci. quem refert Didacus in rub. de testamen. in 3. parte, nu. 22. Ripa in d. l. 5. nu. 18. ff. de leg. 1. Rubeus consi. 11. nu. 6. Statim enim secuta morte donantis, donatio ipsa, quæ in tempus mortis erat collata, suam recipit perfectionem, non expectata hæredis additione: secus autem in testamento quod non recipit perfectionem nisi hæres adeat hæreditatem; neque legata, quæ pariter de manu hæredis sunt accipienda.

3 Sed pone quòd aliquis fecerit donationem causa mortis in testamento nunquid censebitur tanquam legatum vel tanquam donatio causa mortis? Resp. si est facta præsenti, censetur donatio causa mortis: sed si est facta absenti, valet in vim fideicommissi. ita dicit Bar. in l. 1. circa finē, ff. de donat. causa mortis cuius opinio communiter tenetur, vt dicit Imola in eadem l. prima, nu. 1. quem refert Dec. consi. 196. nu. 2. in fin. Bertran. consi. 168. nu. 6. lib. 3. in secunda parte: Paris. consi. 88. nu. 98. lib. 3. qui dicit quod ita tenent communiter scribentes: quem refert & sequitur Soc. Iun. consi. 67. nu. 17. lib. 3. Hanc conclusionem intellige vt procedat, modò talis donatio facta sit ab eo, qui haberet facultatem testandi: aliàs enim non valeret, neque vt donatio quia facta absenti, neque vt fideicommissum, quia qui non potest testari, non potest facere fideicommissum. & ita loquuntur Bar. & Doct. in locis præallegatis, & dixi infra q. prox. vers. sed quæro. & hanc conclusionem nota pro declaratione ad conclusionem quam posui infra q. 12. quod scilicet donatio facta absenti non valet, &c.

ADDITIONES.

a Quam vltimæ voluntati.] *Item an æquiparetur potius vltimæ voluntati, quam contractui, vt per Bal. cons. 108. in 3. Tiraq de legib. connub. fol 144. & seq.*

b Ordinationem.] *Item quod donatio causa mortis quo ad ordinationem æquiparetur contractui, vide per Hippo. Rim. in prin de donat. Inst nu 572. & 598 cum omnib. n. seq quia fusius cæteris quæstionem discutit, tametsi author noster illum nunquam alleget.*

c In testamento.] *Et hic scias quod donatio facta in testamento multum differt ab ea quæ haud facta est in testamento, vide per Dec. in cons. 245 nu 4. Item scias quod donationem causa mortis facere haud prohibetur vt per Tiraq. de legib. connub. fo. 145. Giacbar. I V. C.*

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias an possit donare.*
2 *Et an inter viuos. ver. Aut quæris.*
3 *An causa mortis, vers. Aut vero.*
4 *An cum patris consensu. ver. Si autem.*
5 *An talis consensus interuenire debeat respectu sui præiudicij, an autem ad integrandam personam filij. versi. Habes ergo.*
6 *An debeat expresse interponi, versic. Successiuè.*
7 *An filiusfam. possit donare causa mortis ipsimet patri suo. vers. Quæro etiam.*
8 *An clausulam codicillaris substineat donationem causa mortis, factam per filiumfam. in testamento, versic. Sed quæro.*
9 *Quid si expresse non dixerit, quod volebat valere in vim donationis causa mortis. versicu. Et hæc quidem.*

1 NVnc videndum est, quæ personæ donare possint, vel non. Et in primis quæro, an filiusfamilias possit donare. Respon. quod non, etiamsi habeat peculium. tex. est in l. filiusfam. ff. de dona. Sed quia hæc materia est aliquantulum intricata, & doctores in ea multum variè loquuntur, ideò distinguendum est hoc modo.

2 Aut quæris vtrum filiusfam. possit donare inter viuos & tunc vtique procedit conclusio superius facta, scilicet quòd regulariter nō potest donare. & ratio est, quia cùm pater habeat in bonis filij vsumfructum non debet posse filius in præiudicium paterni vsusfructus de bonis ipsis disponere. Ex hac ratione infertur, quòd si filius haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreretur vsusfructus, posset illa donare inter viuos, etiam sine consensu patris. & in hoc Doctores communiter conueniunt, vt dicit Crauetta, consi. 84. nu. 9. & consi. 92. post nu. 1. versi. sed posito, vbi dicit quod in hoc nemo est, qui dubitet.

3 Aut verò quæris vtrum possit donare causa mortis. & tunc rursus est distinguendum: Aut enim quæritur an possit donare causa mortis sine consensu patris: & est expeditum apud omnes quod non potest donare neque etiam bona aduenticia, & quæ ad ipsum spectant pleno iure: & hanc opi. dicit esse communem Abb. consi. 40. in fin. lib. 2. Rubeus consi. 46. nu. 2. & seq. Et dicit Soc. cōs. 112. nu. 1. lib. 1. quod est duplicatum in consi. 172. lib. 2. quod hanc opin. arbitratur indubitanter esse de mente Doctorum communiter, prout re vera est magis communis quidquid dixerit Crot. in repe. l. frater à fratre, post nu. 32. vers. sexto, quæritur, ff. de cōd. indeb. quem refert Didac. in rub. de testa. in 3. parte, nu. 8. Et licet Bart. in Aut. vt liceat matri, & auiæ, nu. 7. tenere videatur quod immò possit filiusfam. huiusmodi bona donare

cau-

causa mortis, etiam sine patris consensu, nō tamen propter hoc esset à prima opi. recedēdū, quæ (ut dixi) procul dubio est magis communis; tanto magis cùm non parua sit controuersia inter Doctores an illa lectura super Auth. in iciis sit Bartoli, ut dixi infra lib. 7. Bene uerum est quod Doctores multum laborant in inueniendaratione, cur potius sit ei permissum huiusmodi bona donare inter uiuos, quam causa mortis, sed hæ disputationes in practica parum vel nihil prosunt.

4 Si autem quæritur, vtrum possit donare causa mortis cum patris consensu, dicendum est quòd sic: & est de hoc tex. in d.l. filiusfam. & hanc conclusionem tenent omnes, vt dicit Ias. in l. senium, nu. 8. C. qui testamen. fac. poss. Crot. in repe. l. frater à fratre, num. 74. Quæ autem sit ratio, cur filiusfamil. non possit etiam cum patris consensu testari, vt dixi supra lib. 3. §. testamētum, q. 18. possit tamen donare causa mortis non satis bene Doctores se explicant. Communiter tamen dicitur quod testamentum, cùm sit vltima voluntas, non potest ex alieno arbitrio pendere. & hanc dicit esse communem Ias. in d.l. senium, nu. 9. vbi multa in hoc proposito congerit.

5 Habes ergo quod in donatione causa mortis, quæ fit per filiumfam. requiritur patris consensus. Sed quæro, an huiusmodi consensus requiratur ratione præiudicij, quod ipsi patri fit respectu sui vsusfructus in donatione, quam filius facit alteri an autem etiam requiratur ad integrandam personam ipsius filij. Hæc est ardua quæstio & in qua Doctores inter se multum discordant. Aliqui enim tenuerunt quòd non requiratur ad integrandam personam filij, sed solummodo fauore patris, & sic pro interesse sui præiudicij, & hanc opi. dixit esse communem Io. Maria Rusti. in d.l. senium, prout illum refert Rubeus consi. 127. num. 1. Et dicit Alex. in d.l. 1. §. fuit quæsitum, post nu. 8. ff. ad Trebell. quod Bar. & Doctores communiter reprehendunt gl. in l. fi. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. tenentem quod requiratur ad integrandam personā filij. Idem dicit Ripa in d. §. fuit quæsitum, nu. 3. Contrariam autem sententiam scilicet, quod imò requiratur patris consensus non modo respectu eius præiudicij, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solemnizandum actum, pleriq; alij tenuerunt, & hanc dicit esse communem Soc. in d. consi. 112. post nu. 8. vers. fi. hoc etiam voluit & in d.l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebel. quem refert Didacus in d. rub. in 3. parte, nu. 6. in fi. Rubeus consi. 49. nu. 5. & consi. 127. nu. 8. Et hæc opi. tanquam verior & magis communis, tenenda est. Nam si patris consensus requireretur solummodò respectu eius præiudicij, sequeretur quod posset filius donare causa mortis aduentitia sibi pleno iure quæsita sine eius consensu: quod tamen est falsum, vt dixi supra vers. aut verò quæris: vel saltem quod posset illa donare ipsi patri cum eius consensu: cuius contrarium magis communiter tenetur, vt dixi infra versicu. quæro etiam: & tamen hoc casu nullum prorsus præiudiciū patris considerari potest, imò potius euidens vtilitas, vt patet ad sensum.

6 Successiuè quæro, an huiusmodi consensus patris, qui in donatione causa mortis per filium facienda requiritur, debeat expresse interponi, an autem sufficiat quod patet ipsi donationi simpliciter, aut tacitè consentiat. Resp. quod requiritur expressus consensus patris. ita dicit gl. in l. qui in potestate, in prin. in verbo, Nihilo magis, ff. de testa. & in hoc nullus contradicit, vt ait Socin. in d. consi. 112. nu. 7. in fi. quem refert Tiraquel. de legibus connubial. in gl. 8. nu. 9. Et ex hoc etiam confirmatur conclusio superius facta, quod scilicet talis consensus requiratur ad solemnitatem actus, non autem respectu præiudicij. Quia vbicunque agitur de præiudicio alicuius, tunc sola præsentia, aut sciētia, & taciturnitas, inducit consensum sufficiētē ad conualidandum actum. vt dixi infra, lib. 7. §. consensus.

7 Quæro, etiam nunquid filiusfam. possit donare causa mortis ipsi patri, cuius cōsensus (vt supradictum est) in ipsa donatione requiritur. Respon. in hoc quoque articulo magna est controuersia inter Doctores, adeo vt cum aliquando in facto fuisset quæsitum, quæ opi. esset magis communis, opus fuerit maxima librorum reuolutione. In primis autem multi tenuerunt, quod possit patrer consensum suum interponere filio sibi donanti causa mortis. & hanc opin. dicit esse communem Alex. in d.l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebellian. prout illum refert Guliel. de Benedic. in 1. part. reper. c. Raynutius, in verbo, Matrem insuper Cleram, nu. 46. Ego tamen non reperio Alex. ibi, maxime nu. 8. vbi tractat hunc articulum, attestari de communi opin. nisi forte Gulielmus sensit de verbis Alex. quæ ego superius retuli in vers. habes ergo. Idem dicit Bertran. cons. 156. nu. 10. lib. 1. in secunda parte, & cons. 162. post nu. 1. lib. 1. in 2. parte: Ias. in d. §. fuit quæsitum, nu. 3. qui dicit quòd ita magis communiter tenetur: Ripa in d. §. fuit quæsitum, nu. 2.

Contrariam autem sententiam, scilicet quod imò pater non possit interponere consensum suum filio sibi donanti causa mortis, tenuit gl. in l. 1. in prin. in verbo Rem acquirit, ff. de auctor. & consen. tut. & dicit Socin. in d. §. fuit quæsitum, col. 4. vers. Postremò, quod ita tenent communiter Doct. Hanc etiam opi. dicit esse communem Bal. cons. 62. nu. 3. lib. 4. quem refert Soc. in d. cons. 112. post nu. 4. uers. unde in facto: & Dec. in d.l. senium, num. 56. C. qui test. fac. poss. & cons. 245. nu. 6. circ. fi. & cons. 612. cir. fi. & Tiraq. de legib. connubial. in gl. 8. nu. 115. Imol. in d. §. fuit quæsitum, col. fi. uers. extra gl. adde. qui dicit quod illa gl. ordinaria in d.l. 1. communiter approbatur, quem refert Soci. consi. 23. nu. 15. lib. 4. & Didac. in d. rub. de testa. in 3. parte, nu. 7. Cor. cons. 294. circa prin. lib. 1. quem refert Io. Dilect. de arte testandi, tit. 1. cau. 2. nu. 4. & Dec. consi. 279. nu. 5. Et dicit Paris. consi. 97. nu. 21. lib. 3. quod ista opi. reputatur communis. & sic ut uides, ex prædictis, non est dubitandū quin opinio glo. sit magis communis, & etiam uerior, maximè præsupposito pro constanti, quòd consensus patris in donatione filij interuenire debeat non tantum ratione præiudicij, sed etiam ad solemnitatem actus, & sic ad integrandam personam filij, ut dixi supra uersic. habes ergo. Videtur ergo potius præstatio auctoritatis, quàm simplex consensus: quam quidem auctoritatem nemo potest in sui commodum impartiri, ut in simili dixi supra lib. 1. Et ab hac opi. non recedas in iudicando. Et si patres uolent à filijs suis sibi fieri facere huiusmodi donationes, poterunt adhibere auctoritatem iudicis: & sufficiet secundum ferè omnes in locis superius allegatis.

8 Sed quæro, Tu scis quod filiusfam. non potest testari, ut dixi supra. lib. 3. §. testamentum, q. 18. Pone quod in testamento aliquid relinquat alteri interueniente consensu patris, & quod in ipso testamento apposita sit clausula codicillaris, quod si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorū, uel donationis causa mortis, &c. nunquid tale relictum sustinebitur in vim donationis causa mortis? Respond. Aut tale relictum est factum absenti, non interueniente nuncio, uel epistola, neque aliquo recipiente nomine ipsius absentis: & tunc proculdubio non potest ualere in uim donationis causa mortis, cum ad ualiditatem donationis requiratur stipulatio, uel pactum, ut dixi infra q. 12. & q. 14. & in hoc uidentur concordare omnes Doct. ut dicit Soc. in d. consi. 112. nu. 5. lib. 1. Aut uerò ille cui relinquitur, est præsens: & tunc bene ualet in uim donationis causa mortis: & in hoc pariter uidentur concordare Doctores, ut dicit Soc. in loco præallegato, uers. aliquando, & secundo, & hoc etiam si expresse non acceptet: nam ta-

lis

-lis præsentia donatarij cum taciturnitate, induicit eius consensum, & consequenter valet donatio, vt dixi in d.q.14.vers.sed pone.

9 Et hæc quidem fine difficultate procedunt, quando expresse filius dixit quod volebat etiam valere in vim donationis causa mortis, Sed quid si solummodo dixit, quod volebat valere in vim codicillorum, vel cuiuscunque vltimæ voluntatis? Respon. quod adhuc sustinebitur in vim donationis causa mortis, & hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. in cons. 125. ante num. 1. lib. 3. Late enim sunt verba interpretanda, vt actus sustineatur.

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius manifestus, an possit dare causa mortis.*

1 QVæro, tu scis quod vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione iuxta formam c. quanquam de vsur. in sexto, vt dixi supra lib. 3. §. Testamentum, q. 16. nunquid poterit donare causa mortis? Respon. variæ sunt in hoc articulo opin. Doctorum. Nam Bal. in l. executorem, nu. 11. C. de execu. rei iudi. videtur tenere quod sic, licet dicat se tremule tius id asserere, & supponat se iudicio Sanctæ Ecclesiæ) & affirmat quod multi valentes Doctores venerabilis collegij Mediolanensis pro hac parte consuluerūt quam dicit sibi videri magis communem Ripa in l. 2. nu. 7. ff. de leg. 1. quem refert Didacus in rub. de testa. in 3. part. nu. 11. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo vsurarius manifestus non possit donare causa mortis, multi tenuerunt. Et dicit Alex. in d. l. discretus nu. 2. C. qui testam. face. poss. quod hæc opi. videtur esse magis communis, quem refert Cur. Iun. in l. eius qui in prouincia, nu. 4. in fi. ff. si cert. pet. refert et & sequitur Io. Dilect. de arte testandi, ti. 1. caut. 7. n. 4. Et hanc ego etiam sequor tanquam tutiorem, & magis communem aliter enim facile eludi posset dispositio d. c. quāquam. Quæ opinio multo magis procederet vbi huiusmodi donatio causa mortis esset facta in testamento, vel esset de omnibus bonis, vel eorum maiori parte, prout etiam fatentur illi, qui tenent contrariam partem: tunc enim proculdubio appareret illam esse factam in fraudem. Et ab hac opi. quæ fauorabilior est animæ, non recedas in iudicando.

QVESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Pater an possit donare filio in potestate.*
2 *Et an in remunerationem meritorum, vers. Hæc tamen.*
3 *Et an requiratur, quod merita æquiualeant donationi. ver. Scias tamen.*
4 *Quid si non æquiualeant in totum sed excedant dimidiū eius, quod donatur vers. Sed pone.*
5 *Et an valeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis, vers. Secundo infertur.*
6 *Et an ex causa studij, versiculo, Tertio infertur.*
7 *Et an donatio facta a patre filio morte confirmetur vers. Scias etiam.*
8 *Et an confirmetur iuramento. vers. Sed quero.*
9 *Libri empti a patre filio Doctori clerico, vel scholari non imputantur in legitimam.*
10 *Donatio facta a patre filiofamilias quando imputetur in legitimam.*

1 QVæro, nunquid pater possit donare filiofami. in eius potestate existenti? Respon. quod regulariter donatio inter patrem, & filium nihil valet. tex. est in l. donationes quas parentes, C. de donatio inter virum & vxorem, & hæc opin. communiter per Doctores approbatur, vt dicit Alber. in l. si pater, circa princ. C. de inoffi. testa. Illam etiam dicit esse communem Paris. cōs. 16. nu. 19. lib. 3. Cum enim regulariter, quidquid acquirit filius, acquirat patri, impossibile est iuris impossibilitate, quod pater aliquid donare possit filio, ita vt dominium in illum transferatur, cum neque momento apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donantem illico reuersurum.

2 Hæc tamen conclusio intelligenda est vt procedat in simplici donatione, scilicet quæ nullam causam habet annexam, nisi puram, & meram liberalitatem: cæterum si donatio innitatur alicui causæ, facile sustinetur. Hinc infertur quod si filius in patrem aliqua beneficia contulerit, poterit pater illi donare in remuneratione huiusmodi meritorum: & donatio ipsa valebit ita tenet gl. in l. si donatione, in gl. 1. C. de colla. cuius opi. communiter approbatur, vt ait Decan. ea. l. si donatio ne nu. 10. Rumin. cons. 240. nu. 3. Talis enim donatio, quæ sit in remuneratione meritorum, non est proprie donatio, vt dixi supra q. 3. Sed aduerte, quia in hoc nō statur assertioni patris attestantis de meritis, etiam si illa exprimeret in specie: sed merita ipsa probanda sunt per filiū, ita communiter tenetur. vt dicit Jas. in repe. l. frater a fratre, post nu. 44. vers. secūdo limita, ff. de cond. indeb. Corn. cons. 289. col. fina. in litera D. lib. 4. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Rum. cons. 44. circa fi. lib. 5. Vbicunque enim donatio fit inter personas prohibitas semper est necessaria probatio meritorum, vt dixi in allegata q. 3. vers. sed hic occurrit.

3 Scias tamen, quod non sufficit subesse aliqua merita sed requiritur quod ipsa merita æquiualeant donationi: alias autem donatio ipsa non valebit, nisi quatenus capiunt merita: pro residuo vero censebitur donati o simplex, vt dixi in ea. q. 3. vers. sed nunquid.

4 Sed pone, quod merita non æquiualeant in totū donationi, excedant tamen dimidiam eius, quod donatur: nunquid sufficit ad hoc, vt merita dicantur æquiualere donationi? Respon. Bal. in auth. ex testamento. col. 2. ver. sed contra hoc facit, C. de collat. videtur tenere quod sufficiat quod merita saltem non sint intra dimidiam iustæ mensuræ, argum. l. 2. C. de rescin. vendi. Sed in contrarium est communis opi. vt attestatur Soc. cons. 19 nu. 9. li. 1. scilicet quod hoc non sufficiat: alias enim facile esset facere fraudem legi, si pater faceret aliquam rem magni valoris sibi per filiū donari, vt ipse deinde posset illi duplum donare: quod nullo modo est dicendum. Veritas igitur est, quod in hoc an scilicet merita æquiualeant donationi, vel ne, standum est arbitrio iudicis, vt dixi in d. quæst. tertia, versic. sed quæro.

5 Secundo infertur, quod si pater aliquid donet filio in præmium emancipationis, talis donatio valet, vt tradit in l. ut liberis, C. de collatio. & ita cōmuniter cōcluditur, teste Soc. cons. 127. num. 13. lib. 3. Et si dicas: quod imo talis donatio dicitur donatio simplex, nō autem ob causam, quia in emancipatione filius dicitur potius acquirere, & sic fieri melioris conditionis, & ideo improprie uidetur dici huiusmodi donatio fieri in præmium emancipationis: & quod sit donatio simplex, atte statur communiter teneri Alex. cons. 21. post nu. 9. lib. 3. quam etiam opin. dicit esse communem Rimin. cōs. 409. nu. 8. Respon. quod satis potest dici talis donatio fieri præexistēte causa emancipationis, ut scilicet filius emancipationi consentiat. Nam filius non potest a patre inuitus emancipari, §. generaliter in auth. quibus mod. natu. effi. sui cum simil.

6 Tertio infertur, quod si pater libros, vel aliquid aliud filio

filio donauerit ex causa studij, talis donatio facta, præexistente dicta causa, sustinetur, nec potest à patre reuocari: ita tenet Ang. in l. 1. in vlt. verbis. ff. soluto matri. & est communis opi. vt att. Ias. in ea. l. 1. nu. 52. subdens, quod ab ea non esset recedendum. Hæc tamen decisio non transit sine difficultate. Multi enim Doctores, & magnæ auctoritatis tenuerunt cõtrarium scilicet, quod imò talis donatio non valeat. Et hanc dicit videri magis communem Ripa, in d. l. 1. nu. 140. Dicit etiam Alex. in l. in quartã, nu. 22. in fine, ff. ad l. Falci. quod magis communis conclusio videtur, esse quod si filius est in potestate, & non sit Doctor, talis donatio non valeat. Sed quidquid sit, ego, si casus contingeret, non recederem à prima opi. modo donatio nõ esset immodica, neq; alias vlla suspicio fraudis subesset. Est enim hæc causa studiorum valde fauorabilis, vt scilicet adolescentes erudiantur: quod reipub. maximè interest.

An autem si pater tradiderit filio libros ex causa studij, censeatur eos illi donasse & an filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratrib. conferendi, dixi sup. li. 3. §. collatio.

7 Scias etiam, quod hæc conclusio, quæ habet, quod pater non potest filio donare, intelligenda est vt procedat ab initio: stante enim iuris impossibilitate, de qua superius dixi, nõ potest huiusmodi donatio aliquo modo in vim contractus simpliciter sustineri, sed si pater donationem ipsam non reuocauerit, bene eius morte

b confirmatur. *b* & hæc est commun. opi. vt dicit Albert. in l. si pater, circa prin. C. de inof. test.

8 Sed quæro, Tu scis, quanta sit virtus iuramenti, de quo latè dixi infra. lib. 7. §. iuramentum: Pone quòd pater in donatione quam facit filio, apponat iuramentum: nunquid ex virtute iuramenti donatio ipsa confirmabitur, ita quod statim ab initio valida sit? Resp. super hoc articulo aliquando fuit controuersia inter Doctores; Nunc autem ferè omnes transeunt cum hac sententia,

c quod confirmetur iuramento: *c* quam in primis tenuit Bald. in l. fin. nu. 8. C. de vsucap. pro donat. & dicit esse communem Alex. cons. 8. lib. 2. prout illum refert Rui. cons. 121. post nu. 1. lib. 1. licet in lib. meo Alex. nu. 3. & vbi attestatur de communi, loquatur de donatione inter virum & vxorem: Corneus consi. 289. libro 4. prout illum refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 84. post nu. 20. Soc. consi. 91. nu. 8. lib. 1. & consi. 107. nu. 1. lib. 2. & cons. 131. nu. 8. lib. 4. Iason in lectura. l. frater à fratre col. pen. & fi. ff. de condict. indeb. consi. 184. col. fi. vers. prætereatalis, lib. 2. & consi. 218. nu. 1. lib. 4. Dec. in l. si donatione, nu. 33. C. de collatio. & cons. 216. nu. 2. & cõs. 239. nu. 1. & cons. 414. nu. 12. & consi. 432. nu. 5. & consi. 651. post nu. 5. & consi. 688. post nu. 11. Bertran. consi. 39. nu. 1. lib. 2. in secunda parte, & consi. 89. nu. 2. eod. vol. & cons. 144. nu. 1. eod. vol. & cons. 173. nu. 3. eo. vol. & cons. 206. nu. 7. in fi. eo. vol. & cons. 8. nu. 1. lib. 2. in secunda parte, & cons. 138. num. 4. eo. vol. & cons. 97. post. num. 1. versic. præterea, lib. 3. in secunda parte, & cons. 203. nu. 5. eo. vol. & cõs. 208. nu. 6. eod. vol. Ripa in l. si vnquam, nu. 35. C. de reuoc. donatio. & lib. 3. resp. c. 5. nu. 4. post nu. 8. Rubeus cons. 130. nu. 5. & cons. 145. nu. 10. Paris. cons. 53. nu. 3. lib. 1. & cons. 33. n. 35. lib. 3. Alcian c. cum contingat, nu. 207. de iureiur. & in l. probrum, in verbo non natura, ff. de verb. signi. Bello. consi. 15. post nu. 12. Cravetta cons. 19. nu. 4. & cons. 102. post nu. 1. vers. sed præmissis & cons. 156. nu. 2. Gratus cons. 7. nu. 8. lib. 2. & cons. 36. nu. 23. eod. vol. Io. Dilect. de arte testandi, tit. 5. caut. 2. nu. 2. Duennas reg. 219. in secunda amplia. vers. pro qua opi. Neuiza consi. 8. post nu. 3. vbi recenset auctoritates Apostilla ad Rim. cons. 383. sub n. 14. Et secundum hanc opi. in facti contingentia iudicauit parlamentum Delph. vt per Guid. Papæ decis. 246. Hæc enim incapacitas, quæ est in contractib. inter patrem & filium, est à iure ciuili introducta, & sic non impedit otiam naturalem obligationem qua præsupposita, non videtur dubitandum quin iuramento confirmetur. Et quia hæc res in practica nullam solet habere difficultatẽ, ineptus esset aduocatus, qui illam vellet in disceptationem deducere. faciunt quæ dixi inf. quæst. prox. versi. sed quid si in ipsa.

ADDITIONES.

a Libros.] *Et de libris emptis per patrem filio* † *doctori,*
9 *& ei traditis quod non imputentur in legitimam crebrior est doctor. sententia, vt per Rolan. in consil. 11. 12. dixi in collec. mea com. opi. in verb liber nu 9 Et de libris emptis filio scholari, qui postea studium compleuit & doctoratus insignia adeptus fuit ante mortẽ patris, quòd haud computentur, commune post Alex. consil. 141. nu 25. volum. 2. & Rolan eod cons. 11. in 2. dub. lib. 2. dixi in d collec. mea com. opi. eod. loci. nu. 10. Et regulam, quod filius scholaris haud teneatur, libros a patre traditos post eius mortem conferre cum fratrib. sed habeat illos præcipuos, vide per Duen. in reg. 371. Et de libris emptis. & traditis filio licentiato ante mortem patris qui similiter non computentur dixi vbi sup. nu. 11. Et idem de libris emptis & traditis filio clerico, commune post Rol. d. cõs. 11. dixi in d. collec. mea communium opi. vbi sup. nu. 12.*

b Morte confirmatur.] *Adde quod confirmatur donatio facta à patre filio in potestate morte. si sit deuentum ad rei traditionem, vel quasi, commune dixi in collec. mea, vbi infra nu. 93.*

c Quod firmetur iuramento.] *adde atq; commun. esse, vide etiam de hac commune in collec. mea commun. opi-*
10 *nio. verb. donatio, nu 79. Et* † *de donatione facta filiofamilias quæ ab initio non valet, & quæ ad nutum patris reuocari potest, si sit morte confirmata, quod imputetur ei in legitimam, commune vide per Roland. consil. 11. nu. 31. volum. 2 vbi alios retulit. At non idem de donatione facta filio in potestate a patre commu. per Rolan. ibi. num. 29 nisi sit dictum, commune per eundem ibi nu 32. Et vbi confirmatur morte. aduerte quod sumit robur prout ex tũc cõmune per eund. ibidem nu. 40. Et de omnibus istis commun. conclusionibus dixi vbi sup. num. 89. cum multis sequentibus. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem, an valeat.*
2 *Et quid in donatione causa mortis; versic. Et hæc quidem.*
3 *Et quid si appositum sit iuramentum. versic. Sed quid.*
4 *Et quid si talis donatio sit simulata, vel præsumpta. ver. Hæc tamen.*
5 *Et quid, si facta sit in compensationem senectutis vel ignobilitatis versiculo Sed pone.*
6 *Et an confirmetur morte donantis. versi Scias autem.*
7 *Et an eo casu retrotrahatur ad tempus factæ ipsius donationis. versi. Sed quæro.*
8 *Et quid si excedat summam quingentorum solidorum, vers Quæro etiam.*

1 QVæro, nunquid donatio inter virum & vxorem valeat? Resp. quod regulariter non valet l. 1. ff. de donatione inter virum, & vxorem. Quod optima ratione introductum fuit, ne scilicet coniuges mutuo amore se spoliarent, vt dicit textus ibi.

2 Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in donatione inter viuos, sed etiam in donatione causa mortis.

nam & ipsa inter coniuges facta nihil valet. ita dicit gl. in l.2.in prin.in verbo Legatum, ff.de dote prælegata: quam dicit esse ab omnibus probatam Didacus in rub. de testa.in 3.parte,nu.2.

3 Sed quid si in ipsa donatione appositum sit iuramentum: nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio confirmabitur? Resp.quòd in hac quæstione variæ fuerunt Scribentium opiniones: nam Bar.in l.qui testamentum,ff. de probat.tenuit quòd talis donatio non confirmatur iuramento. Et dicit Socin.consi.66.nu.12.& seq. lib.1.quod longè plures,& excellentiores Doctores,& longè maioris auctoritatis tenēt hanc partem. Contrariam autem sententiam, scilicet quod imò huiusmodi donatio inter virum, & vxorem confirmetur iuramento,tenuit Bar.sibi contrarius in l.Seius,& Augurius.in fi.ff.ad legem Falcidiam. Et dicit Soci. pariter sibi contrarius consi.77.post nu.15.versi.nec obstat septima,lib. 2. quod ita concludunt communiter Doctores. Hanc etiam opi. dicit esse communē Imola in c.cum contingat,post nu.89.de iureiur. Alex.consi.8.num.3.lib.2.& consi.157.nu.17.eod.vol.& consil.152.num.6.lib 6.& consi.54.nu.8.lib.7.Aret.consi.74.num.6.quem refert Socin.iun.consi.44.nu.6.lib.2.Ruinus consi.132.nu.3. lib.4.& consi.157.nu.2.eod.vol.Corn.consi.163.in litera B.lib.1.& consi.37.in litera C.lib.4.Aob.in c.fi.nu.9. de donat.inter virum, & vxorem, vbi dicit quod hæc opi.communiter tenetur,& consil.96.nu.1.lib.2.quem refert Grammat.decis.103.nu.73.Ias.in l.pacta quæ cōtra,nu.5.C.de pactis: Dec.in dicta l.pacta quæ contra, nu.7.& consi.202.post nu.2.& consilio 222.post nu.6. & consi.240.num.1.Claud.in l.is cui bonis, nu.24.ff.de verborum obligat.& in l.si diuortio,nu.11.eodem titulo.Ruin.consi.190.nu.3.libro primo, & consilio 179. nu.3.eodem vol.Bertran.consilio 175.num.tertio,libro primo,in secunda parte,& consi.163.post num.1.libro secun.in secunda parte & consi.208.nu.5.libro tertio,in secunda parte: Rubeus consil.25.num.quinto, & consi. 54.numero.tertio: Paris.consilio 86.nu.14.libro tertio; Ripa lib.tertio,respon.ca.quarto,nu.6.& cap.sexto,per totum,& c.17.nu.1.Alcia.in dicto cap.cum contingat, nu.196.& in l.probrum,in verbo,nō natura, ff.de verbor.signi.Bellon.consi.quarto,nu.2.in fi.& consi.87.nu. 3.Crauetta consil.81.post nu.1.vers.sed præmissis, & consil.229.post nu.4.versiculo,quæ conclusio,& consi. 245.post nu.12.versic.nec dicatur: Socin.Iun.consi.47. nu.15.lib.3.Duennas regula 219.in secūda ampliatione versic.secus tamen,Alba.consil.4.nu.12. Didacus in rubrica de testamen.in secon.parte, num.10. Et ab hac opin.tanquam apud Doctores nostri temporis indubitabili,non esset iudicandu,aut consulendo recedēdum. Potest enim hoc casu iuramentum ipsum obseruari sine interitu salutis æternæ:ideò seruandum est,cum non sit præstitum super promissione, quæ dici possit esse cōtra bonos mores. Faciunt quæ dixi supra quæstio.proxima versi.sed quæro.

4 Hæc tamen conclusio,quæ habet, quod donatio inter virum & vxorem confirmatur iuramento, intelligenda est vt procedat in vera donatione:nam si esset donatio simulata,vel præsumpta,puta quæ resultat ex confessione dotis receptæ, in casibus in quibus præsumitur facta animo donandi talis donatio non confirmatur iuramēto.ita dixit Cyn.in l.1.in fi.C.de sacros.Eccl.& est communis opi.vt ait Soc.consi.61.col.3.libr.1.prout illum refert & sequitur Didacus,lib.1.resolu.c.7.num.5. Cur.Iun.consi.95.nu.4.Gratus consi.55.num.40.lib.1. Cùm enim inter cætera,iuramentum,ad hoc vt valeat, debeat habere comitem veritatem,præsupposita simulatione contractus, nihil potest operari. Bene verum est, quòd huiusmodi donatio simulata & præsumpta confirmatur morte mariti, vt dixi infra.vers.scias autem. Et in hoc proposito, quando confessio dotis receptæ censetur facta animo donandi, videnda sunt ea quæ dixi infra §.Dos.

5 Sed pone quòd maritus ignobilis, aut senex, ducat puellam, vel nobilem, in vxorem: nunquid ipse poterit in compensationem suæ ignobilitatis, vel senectutis aliquid illi donare? Respond.quòd sic: & talis donatio valebit:ita videtur sensisse gl.vnica,in l.si voluntate, C. de dotis promiss.& est communis opi. vt attestatur Bal.nouell.de dote.in 10.parte no.8.& seq.Iasan l.si diuortio,ff.de verb.obl.prout illum refert Paris.consi.86. nu.18.lib.3.licet ego non reperiam Ias. ibi id attestantem: Tiraquell.de nobilitate,c.18.nu.19. Et dicit Bar.in d.l.si voluntate.in fi.quòd ita obseruat cōsuetudo, prout illum refert Ias.in d.l.si diuortio, post nu.13.quamuis Bar. in libro meo hoc non dicat. Et hæc conclusio, licet in puncto iuris non transeat sine magna difficultate, esset tamen tenenda propter auctoritatem Doctorum, & communem obseruantiam. Item quia est fauorabilis mulieribus, quibus in dubio semper fauendum est in rebus honestis. & reuera non potest negari quin hæc donatio aliquo modo dicatur remuneratoria. Illam tamen ego intelligo vt procedat in ipso actu dotis constituendæ: sed si fieret post constitutam dotem, crederem de illa esse iudicandum prout de cæteris donationibus simplicibus, quas mariti faciunt vxoribus: aliàs puellæ, & iuuenes, quæ maritos habent senes, facile ab illis huiusmodi donationes extorquerent ad earum libitum. solent enim viri, qui sunt ad venerem minus validi, nihil non concedere vxoribus suis, vt quod ex vna parte deficit, ex alia suppleatur.

6 Scias autem quod hæc conclusio, quæ habet quod donatio inter virum & vxorem non valet, declaranda est vt procedat quantum ad hoc vt ab initio sustineatur ita quod reuocari non possit; cæterum si post factam donationem maritus voluntatem non mutauerit, eo casu donatio ipsa morte mariti confirmatur.l. donationes quas parentes, C.de donat. inter virum & vxorem: & sustinetur in vim relicti,potiùs quàm in vim cōtractus & ideo de illa detrahitur Falcid.sicut de legatis &c. Sed hoc intellige vt procedat, dummodo ante mortem mariti interuenerit traditio vera, vel ficta, & sic aliquid, quod fungatur vice traditionis: aliàs verò si interuenisset sola promissio, non confirmaretur morte. Ita dicit Bar.in l.Papin.ff.de don. inter uirum & uxorem. & ita tenent communiter Doctores, vt ait Cæpol.consi.ciuili 8.nu.3. Dicit etiam Corn.consil.124. in litera B.lib.4. quod in hoc Doctores omnes concordant. Hanc etiam dicit esse communem Pau.de Cast.consi.138.num.1.li. 1.ubi attestatur quòd ita Doctores communiter tenēt: quem refert Didacus in d.rub.de testam. in tertia parte,nu.tertio: Paris.consi.128.nu.8.lib.1. Et in hoc proposito, quando scilicet aliquid dicatur fungi uice traditionis,duo possunt exempla adduci: Primum, quando in donatione est appositum constitutum: illud enim habet uim fictæ traditionis, ut dixi infra libr. septimo: & ideo operatur quod donatio ipsa morte donantis confirmetur: & hæc conclusio communiter approbatur, ut dicit Soc.in l.prima, §. si uir, col.tertia, uers.quarta, & ultim.ff. de acquir.poss.& dicit Cæpolla in dicto consi.octauo,nu.4.quod ita tenent communiter Doctores. Hanc etiam dicit esse communem Paris.in d.consi.128. nu.19. Secundum exemplum poni potest, quando non est uera donatio, sed præsumpta seu simulata: puta quia maritus constante matrimonio confessus fuerit se recepisse dotem: nam huiusmodi confessio præsumitur facta animo donandi, ut dixi in d.§.dos: Et confirmatur morte mariti, ex quo ipsa confessio receptionis habet uim fictæ traditionis. ita dicit mirabiliter gloss. in l. quod

quod de suo, in gl.fi.C.de dote cau.non nunquam dicit esse communiter approbatam Soc.consi.79.post nu.1. lib.4.Hanc etiam dicit esse communem Bal.nouell.de dote in 10.parte, nu.7.Soc.in l.1.nu.71.ff.solu. matri.quem refert Didacus lib.1.resol.c.7.post num.4.versic. quod si confessio. Quæ omnia nota: quia sæpe contingunt in practica.

7 Sed quæro, nũquid hæc confirmatio quæ fit per mortem mariti, operetur quod donatio ipsa censeatur facta tempore mortis ipsius mariti, an autem retrotrahatur etiam ad tempus factæ donationis. Respon. quod respectu dominii non retrotrahitur ad tempus factæ donationis, sed bene trahitur retro respectu fructuum perceptorum, ita dicit gl.in l.talis scriptura, in gl.fi. ff.de leg.1.& hæc opin. communiter tenetur, vt dicit Pau.de Cast.in d.l.talis scriptura, nu.4. & seq. Alex.in d.l.talis scriptura, nu.8. Hanc etiam opi.dicit esse communem Crottus in rep.l.si is qui pro emptore, nu.15.ff.de vsucap. vbi subtiliter examinat hunc articulum Didacus in rubrica de testam.io tertia parte, nu.5.

8 Quæro etiam nunquid huiusmodi donatio confirmetur morte mariti, etiam si excedat summam quingentorum solidorum, dato quod non sit insinuata. Dixi inf.q.17.vers.sed quæro.

ADDITIONES.

a Ducat puellam.] *Et econuerso de vxore, quæ donauit futuro marito illius, & contemplatione matrimonij attenta, & considerata iuuenili ætate & personæ qualitate, vide & dic, ut per Crauet. qui plene, & in terminis consultus respondet. ipsa erat annosa, quod maritus iuuenis cui donauit in compensationem ætatis tres partes, de quatuor omnium bonorum suorum. Maritus autem allegat iuuentutem suam. Nam isto casu Crauet. appellat donationem reciprocam remuneratoriam.*

b Morte mariti confirmatur.] *Fallit si non fuisset facta traditio saltem per constitutum, vel aliud loco traditionis, per Dec. in cons.252. nu.7. & ibi per Apost. vide per Crauet. cons. etiam 245. columna secunda Et hoc in donatione, secus in promissione de donando. Castren. consil.138. Boer. decisio 355 illud tamen de cõstituto reprobatur per Castren. in cons.194 super isto puncto. lib.2. Item fallit, quando adesset statutum prohibens talem donationem cõfirmari, an habebit locum in donatione præsumpta, vide per Tiraquel. plene in l si vnquam. C. de reuocand. donat. folio 176. vbi quod sic. Sed folio mihi 179. vbi quod non.*

c Se recepisse dotem.] *Item quod confessio mariti facta vxori costante matrimonio de dote recepta non valeat, cõe atque magis cõmune vide per Rol. in cos.93 vbi fallit quando sunt lapsa tempora ad opponendum exceptionem dotis non numeratæ. Itẽ & in iuramento assertorio. Et de his communibus opin. dixi in colle. mea commun. opin. in verbo confessio nu.37. cum multis seq.*

d Confirmatur morte mariti.] *Item quod confessio dotis facta constante matrimonio etiam animo donandi, nisi morte confirmetur, haud valeat, vide de communi, atque magis communi per Rol dicto consilio 93. atque per Ioã. Cephal. in consilio 263. numero 20. Item eadem coll. c. mea commu. opinio. in verbo, confessio. sub nu.4 Giachar.*

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Et quæ socer, vel maritus mittunt sponsæ, an censeantur donata.*

2 *Et quid in his quæ ei donantur a consanguineis, vel affinibus, vers. Sed nunquid.*

3 *Quid de annulis iocalibus, & vestibus quas mariti faciunt vxoribus, vers. Successiue quæro.*

4 *Vestes quod sint festiua, cui incumbat onus probandi.*

1 Circa hanc materiam donationis inter virum, & vxorem, occurrit alia quæstio quotidiana, nunquid si maritus, aut eius pater, mittant aliquid sponsæ, proue quotidie fieri videmus, præsumatur illud ipsi
a sponsæ donatum. Resp. Aut expresse dictum est quod donatur: & tunc vtique censetur donatum: Aut simpliciter missum est nulla facta mentione donationis: & tunc in dubio censetur traditum causa ornamenti, non autem animo donandi, ita distinguit Angelus consilio suo incip. Nicoletus de Tartagnis, quod est sub num.251. in consiliis compilatis & correctis per d. Nicolaum Gambarutum auum meum maternum, de qua compilatione mentionem facit, & ipsum appellat præstantissimum doctorem Dominus Paulus de Montepico in repet.l.Titia, ff.de legat.secundo, post num.56. in consiliis autem Ange. secundum impressionem, quam ego habeo, illud consilium est sub nu.339. Hæc autem distinctio Ange. est per Doctores approbata, vt dicit Cagnol. in l.contractus, num.35.ff.de reg.iur. ita etiam tenere communiter Doctores attestatur Corn.cons.65. in litera A lib.3.& dicit Alc. consil.155.num.10.lib.7. quod ita magis communiter concluditur.

2 Sed nunquid ea, quæ donantur sponsæ a consanguineis, vel affinibus censentur donata contemplatione mariti, an autem contemplatione vxoris? Respon. Aut sunt donata a consanguineis ex parte viri, & censentur donata contemplatione viri: Aut sunt donata a consanguineis vxoris, & censentur donata contemplatione vxoris, ita distinguit Bart. in l. sed si plures. §.in arrogato, nu.4.ff.de vulg. Et ita magis communiter tenetur, vt dicit Ias.in l.vt liberis, num.17.C.de collatio. Hanc etiam sententiam dicit esse magis communiter receptam Cagn.in d.l.contractus, nu.38.

3 Successiue quæro, quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas maritus facit vxori, nunquid cẽseantur donatæ vxori, an autem illi concessæ ad vsum, & ornamẽtum tantum. Respon. Aut istæ vestes, siue iocalia, sunt vilia, & ad quotidianum vsum: & censentur donata; & sic fiunt propriæ vxoris: Aut vero sunt pretiosa: & nõ censentur donata, sed concessa ad vsum, tantum ita tenet Bald.in l.in his rebus, quæ est lex penultima, §.primo, nu.2.ff.sol.mat. Et est communis opi. vt dicit Cor. cons.81. in litera L.lib.1.Bertran.cons.24.ante num.8. lib.primo in 2.parte, & cons.208.nu.2.lib.2.in 2.parte Socin.iun.consil.134.numero 4. lib.1. Et quod vestes pretiosæ & alia ornamenta festiua tradita vxori vel sponsæ, per sponsum, uel maritum, non censeantur donata, est communis fere omnium sententia, ut dicit Corn.cons 114.in litera G.lib.4. Videmus enim quòd mariti illas fieri faciunt potius honoris sui causa, ut scilicet uxores ornatiores conspiciantur, quam in gratiam siue beneficium ipsarum uxorum. & ab hac opi. nullo modo esset in practica recedendũ, & molto magis hoc tempore, quo infelices mariti obsequentes ambitioni uxorum, plus expendunt in earum ornamentis quam recipiant pro earum dote. Mortuo igitur marito, si inter uxorem, & inter hæredes mariti sit controuersia de uestibus dic quod Aut constat quod maritus eas uoluit concedere ad usum uxoris tantum: & sunt hæredũ uiri: Aut cõstat quod uoluit donare; & sunt uxoris: quia talis donatio fuit ipsius mariti morte cõfirmata: Aut uero sumus in dubio: & tunc uestes necessariæ ad usum remanẽt mulieri, aliæ uero remanẽt hæredibus uiri. & hæc est communis conclusio ut dicit Alex.in l.si is qui quadringenta, §.dos legata, num.2.ff.ad legem Fal. a qua consulendo, aut iudicando recedi non. toler.

ADDI-

ADDITIONES.

a Sponsæ donatum.] *Et quod donatio facta a sponso sponsæ valeat, vide per Natt. cons 317. nu.2. verum an habeat vere dotis privilegia. vide per Mansuer. in additio ad practic. Papien. tit. vxor vsufructuaria ad glo. dedit & tradidit. Adde, si qui loquitur de donatione, quæ fit a marito sene, vel ignobili. dotis constitutio facta a marito. quam non habere iure dotis privilegia. vide per eum de aliis etiam donationibus.*

b De vestibus.] *Item quod vestes donatæ per maritum vxori constante matrimonio soluto matrimonio per mortem, si erant quotidianæ efficiuntur propriæ vxoris, secus si essent festiuæ & iocalia preciosa commune per Roland. in consilio 10. post nu. 12. Natt. cons. 147 post nu. 8.*
4 *& 10. vbi & † cui incumbat onus probandi vestes festiuas esse & de illa communi dixi in collecta mea com. opinio. plenius in verbo vestis, ibidem vide. Giacbar.*

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias, an hodie sit in vsu.*
2 *Et an censeatur ipso iure constituta, an autem agendum sit, vt constituatur, ver. Sed quæro.*
3 *Donatio propter nuptias qua dicatur vere & proprie.*
4 *Donatio propter nuptias habet privilegia dotis.*

1 POstquam hoc loco de donationibus inter virum & vxorem tractari cæptum, est, non impertinens erit aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.

Scias ergo quod de iure communi dos data, donatio
a nē propter nuptias a meretur: & sic maritus cogitur dare tantum uxori ex causa donationis propter nuptias, quantum ipse ex causa dotis ab uxore recepit: & hoc ex dispositione auth. dos data, C. de donatio. propter nupt. Dispositio tamen illius auth. scilicet quod fiat contrados, siue donatio propter nuptias uxori, hodie non est in vsu, ut attestatur gl. ui auth. æqualitas, in gl. fin. C. de pact. conuentis, quam refert Paris. consil. 95. nu. 35. lib. 2. & Canar. de insinua. in 2. parte, in 6. q. Bald. in d. auth. dos data, nu. 2. in fi. Alba. cons. 22. nu. 8.

2 Sed quæro retenta dispositione iuris cōmunis, nunquid huiusmodi donatio propter nuptias censeatur esse ipso iure constituta, an autem uxor teneatur agere quod constituatur. Respon. Azo, quem refert gl. in d. Auth. dos data, in gl. 1. in fi. tenuit quod huiusmodi donatio censeatur ipso iure constituta æquiualens doti. Et dicit Apost. ad Bal. in eadem Auth. dos data, sub nu. 3. quod ista uidetur esse communis opin. Sed certe ego credo quod hæc opi. Azo, non sit communis, nec uera: quinimo si donatio propter nuptias non fuit petita constante matrimonio, non potest postea soluto matrimonio peti. & ita tenet gl. in d. Auth. dos data, in uerbo, Exactio quam dicit esse communiter approbatam Afflict. dec. 242. nu. 1. Gramma. dec. 97. nu. 4. Bene potest peti quod constituatur constante matrimonio, licet tempore datæ dotis, vel promissæ, non fuerit petita neque constituta, & ita communiter seruatur, ut dicit Alber. in d. Auth. dos data.

ADDITIO.

a Propter nuptias.] *Donatio propter nuptias quæ dicatur vere, & proprie, vide per Crauet. in consil. 181. vbi etiam reuertitur ad donantes, nisi aliud actum sit, vt per Gozad. consil 97. An dicatur mutuo respectu ad dotem*

Iulij Clari Senten. Pract. Ciuil.

4 *habito, per Boer. decisio. 185. numero 10. Habes † privilegia dotis per Gramma. decis. 103. numero 97. & 123. Et fisco præfertur per Bald consil. 40. maritus, vol. 1. & an mulier lucretur donationem propter nuptias, si mulier sui iuris quæ promisit dotem fuit in mora soluendi dotem. Item quid si maritus decedat intra terminum solutionis dotis Vide per Boer. decis. 22. Et donatio propter nuptias dicitur aduentitium non profectitium. vide per Crau. in cons. 31. nu. 15. vol. 6. vbi etiam quod donatio propter nuptias de quinquaginta quas promisit deponere & non deposuit, non obstat in petitione dotis, seu vsurarium quas in vulgari alimenta nuncupamus, ex eo quod non impleuit. Item quod donatio propter nuptias facta filiæ valeat, nec conferatur etiam si actum sit, nec possit reuocari per patrem testando quando fuit iurata, & possessio sequuta. tradit Ias cons. 239. li. 2. Et donatio propter nuptias dicitur ob causam vide per Nat. in cons. 609. in 2. dub. atque per Crau. cons. 85. nu. 2. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absenti non valet, nisi nuncius, vel epistola interueniat.*
2 *Et an requiratur quod talis nuncius sit ad id specialiter destinatus, vers. Scias tamen.*
3 *Quid si donatarius apprehenderit possessionem rei donatæ, vers. Sed pone.*
4 *Quid si facta sit præsenti, & tacenti, vers. Sed quid. Remissiue.*
5 *Et quid si facta sit absenti, coram quinque testibus an sustineatur in vim fideicomissi ver. Quæro etiā Remissiue*
6 *An donatio ad pias causas facta absenti, valeat, versic. Item quæro.*

1 PRæcedentibus quæstionibus visum est, quæ personæ donare possint, vel non: Nunc videndum est, quæ in ipsa donatione requirantur. Et in hoc scire debes, quod donatio debet fieri præsenti: alias si fiat
a absenti, a nō ualet: tex. est in l. absenti, ff. de donatio. & ita volunt Doctores communiter omnes, vt dicit Corne. cons. 43. in litera C. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem Paris. cons. 88. nu. 15. lib. 3. Intellige nisi interueniat nuncius, vel epistola: nam nuncio, vel epistola interueniente, potest donatio fieri absenti. ita colligi videtur ex gl. in l. nec ambigi, in gl. 1. C. de donatio. & est communis opin. vt dicit Card. cōs. 254. col. 3. prout illum refert Capic. decis. 180. nu. 8. licet ego illum non inuenerim.

2 Scias tamen, quod ad hoc vt valeat donatio facta absenti cum interuentu nuncii, requiritur quod talis nuncius sit ad hoc specialiter a donāte destinatus; alias non perficitur donatio, neque sufficeret quod aliquis motu proprio illam donatario notificaret. Ita tenet gl. supra allegata in d. l. nec ambigi, quam sequitur communis Doctorum sententia, vt ait Roman. cons. 295. num. 1. & seq. quem refert Corne. cons. 254. in litera A. lib. 3. quem forte uoluit allegare Capic. ubi supra. Et dicit Marl. in l. si quis de quæst. nu. 69. ff. de quæst. quod illam gl. sequuntur communiter Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guido Papæ dec. 322. nu. 2.

3 Sed pone quod non solum donatio absenti facta fit uerbotenus, sed etiam postea ipse donatarius acquisiuerit possessionem rei donatæ: nunquid ualebit donatio? Respon. q adhuc non dicitur perfectus cōtractus donationis quo ad acquisitionem dominij, nisi nuncius uel epistola interueniat. & hæc uidetur esse communior

munior opinio, vt dicit Capic. in allegata decis. 180. post nu. 9. Cùm enim donatio non possit perfici nisi interueniente pacto, & sic consensu vtriusq; scilicet tam donantis, quàm donatarij, non potest dici inter absentes consensus efficax interuenisse, nisi vel nuncius, vel epistola intercedat. vt supra dictum est.

4 Sed quid si donatio facta sit præsenti sed tacenti. Dixi infra q. 14. vers. sed pone.

5 Quarto etiam, quid si donatio facta sit absenti coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi. Dixi supra q. 5. vers. sed pone.

6 Item quæro, nunquid hæc conclusio, quæ habet quod donatio facta absenti non valet, habeat locum etiam in donatione, quæ fit ecclesiæ, vel piæ causæ, vel pauperib. absentibus. Resp. quod sic: & ideo si aliquis pro ipsis non acceptet, donatio nihil valet. ita dicit gl. in l. illud, in verbo Alia causa, C. de sac. san. eccl. quam communiter approbant Doct. vt ait Rui. consi. 13. num. 10. lib. 4 & consi. 37. nu. 14. eo. vol. Quod nota: quia de facilis quis responderet contrarium.

ADDITIONES.

a Absenti.] *Item quòd non valeat donatio absenti facta habetur per Tiraq. in l. si unquam, C. de reuocan. donat. fol. 89. Roma. cons. 295. Dec. 35. Barb. 80. Boer. decisio. 72. & 353. decisio. Tholos. 385. sed quid si restat penes donatarium, uide per Aret. in cons. 17. colum. 4. Quid si esset donatio tacita quod ualeat per Tiraq. de ll. connubi. chart. 143. Ias. consi. 13. uol. 1. Idem de donatione dotis causa per Dec. cons. 35. Idē de donatione tacita atque præsumpta per Rui. in consilio 112. Idem de donatione facta absenti, si sit iurata per Ruin. cons. 18. nu. 12. in 1. Idem de donatione causa mortis etiam facta in testamento. uide per deci. Tholosa. 383. Quid de donatione ratificata, uide Deci. consi. 247. columna quarta. Ruin. consil. 57. nu. 5. col. 3. uol. 1.*

b Vel piæ causæ.] *Adde quod donatio ad pias causas subsistit ante ratificationē; istam opinio. ueriorem melioribusque rationibus fulcitam, ac magis communem attestatur Ioseph. in decisio. Perusina. 29. sub nu. 18. Factaque ecclesia haud reuocatur quoad filior. superuenientiam, nisi quoad legitimam, commune Card. Paris. cons. 73. nu. 24. Giacbar. I. V. C.*

QVESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta absenti, notario stipulante, an ualeat.*
2 *Et an possit reuocari priusquam ab illo absente accepta sit, uersiculo Primo ergo casu.*
3 *Et an possit reuocari ante acceptationem, ver. Aut ergo donator.*
4 *Et quid si donatarius decessit ante ratificationem, ver. Tertius est casus.*
5 *Et quid si donatio facta sit præsenti cū pactū quod trāsferatur in aliquem tertium qui sit absens, versicu. Secundo est articulus.*
6 *Et an hæres donatoris possit tale pactum reuocare & uer. Sed pone.*
7 *Præsentia semper præsumitur in donatione.*

1 DIctum est in præcedenti quæstione, quod donatio facta absenti non valet. Pone, quòd aliquis donet absenti, cum interuentu notarij, qui pro ipso absente stipulatus fuerit, & acceptauerit: nunquid donatio valebit? Respon. ista est ardua quæstio, in qua magna est cōfusio inter scribentes: propterea pro faciliori intelligentia scire debes, quòd dupliciter potest considerari donatio collata in absentē. Primò, quādo ego dono aliquam rem Titio absenti: Secundò, quādo ego dono aliquam rem Titio præsenti, hac conditione adiecta, vt aliquo casu adueniente, res perueniat ad Caium absentē. Certum est enim in iure, quod licet regulariter alter alteri stipulari non possit, potest tamen donator in donatione apponere legem rei suæ vt aliquo casu adueniente, perueniat in tertium. l. in traditione, cū ibi notat. ff. de pact. & ex huiusmodi pacto seu stipulatione acquiritur illi tertio actio vtilis sine successione. l. quoties, C. de dona. quæ sub mo. & ita tenet Bar. in l. stipulatio ista, §. si stipulet, nu. 3. in fi. ff. de verb. obl. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Soc. cons. 115. num. 1. li. 4. Et licet tex. in d. l. quoties, loquatur quando appositum est pactum, vt aliquid ex re donata præstetur, tamen intelligendus est etiam vt procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia. & hæc opi. est communis, & tenenda, vt ait Soc. cons. 236. nu. 1. lib. 2.

2 Primò ergo casu, quando aliquis donat Titio absenti, medio notarij stipulantis & acceptantis, non videtur dubitādum, quin donatio ipsa valeat, & quæratur actio sine cessione: potest enim notarius alteri stipulari, &c. vt late dixi infra hoc eod. lib. 5. stipulatio. Et ita hanc conclusionem esse in iure receptissimam attestatur Socin. Iun. cons. 67. nu. 4. lib. 3. Sed difficultas est, nunquid antequam Titius ratificet, vel acceptet, ipsa donatio dicatur perfecta, ita quòd ab ipso donante non possit postea reuocari? Resp. Aut donator ante acceptationem vel ratificationem donatarij, simpliciter donationē reuocauit: & reperio quod Pau. de Castro in vulgato suo consi. 195. post nu. 3. vers. sola verò reuocatio, lib. 2. tenet quod talis simplex reuocatio facta per donantem non impedit, quo minus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perfici, tali reuocatione non attenta, licet à multis illa decisio Pauli de Cast. in contrarium allegetur. & in hoc credo quòd opi. Pau. de Cast. sit vera, & communis, quamuis plerique attestentur communem opi. esse in contrarium, scilicet quod imò potest ante ratificationem donatarij per donantem reuocari, & in specie Cagn. in l. quo tutela. §. nec paciscēdo, in fi. ff. de reg. iur. quem refert Tiraq. de constituto. in 30. limit. nu. 9. Alba cons. 36. num. 1. Quinimò Alc. in d. c. cum contingat, nu. 324. & seq. vsq; ad nu. 331. tenet quod talis donatio ante ratificationem non valeat: & quod si donatarius ante ratificationem moriatur, non possunt eius hæredes illam ratificare: & dicit quod est magis communis opi. Et idem tenet in l. 2. §. ex his, nu. 3. ff. de verb. obl. subdens, quod secundum hanc opinionem pluries consuluit: & ostēdit illam esse communem & de iure veram. Sed certè vt dixi, cōtraria opi. est magis communis, scilicet quòd non possit reuocari, prout illam esse magis communem attestatur Gozad. cons. 78. circa fi. & ex infra dicendis magis apparebit.

3 Aut verò donator nō tantum simpliciter donationem ipsam adhuc non acceptatam reuocauit, sed etiam rem donatam in alium cum effectu transtulit. & tunc multi adhuc allegāt Pau. de Castro in alleg. cons. tenere, quod prima donatio per secundam reuocari possit. Tamen ni fallor, Pau. de Castro loquitur in alijs terminis, prout infra dicam. Bene verum est quod ex eius verbis colligitur quod ipse fuit in hac sententia, dum ait quod superueniens ratificatio, seu acceptatio, non præiudicat ijs, quibus medio tempore fuit ius quæsitum: & secundum hanc opinionem, quod secunda donatio præiudicet primæ non ratificatæ, consuluit Dec. cons. 226. & eam dicit esse communem Cagnol. in l. fi. nu. 272. C. de pact. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imò per huiusmodi donationem intercedente stipulatione notarij, absenti factam, sit quæsitum ius donatario irreuocabiliter, etiam ante ratificationem, ita quod non possit deinde donator rē ipsam in alium transferre, tenuit Soc. Iun. consi.

consil.118.post nu.12.vers.non obstat tertia,libr.2.vbi dicit,quòd licet sit magna auctoritas Pauli de Castr. & Dec.tamen in hoc eorum opin.nõ videtur tenenda:& de ijs dici posset illud: Quandoq; bonus dormitat Homerus.& ibidem post nu.16. dicit quòd contra eos est communis opi. quem refert Didacus in rub.de testa.in 3.parte, post numero 13.licet nõ satis perfectè iudicio meo.Hanc etiam opinionem fatetur esse magis communem Soc.iun.consi.121.nu.8.& seq.lib.3. Et dicit Apostil. ad Dec. in l.contractus, sub num.22.ff.de reg.iur. quòd hæc opinio de iure erat verior, & communis,licet Apostil.ad Alex.consil.31.sub num.16. libr.6.dicat quòd hodie opi.Decij est crebrior,& regia constitutione in regno Franciæ confirmata, quem refert Tiraq.de constituto,in 30.limi.num.9. Ego verò in hoc secundo casu considerabam, quòd aut præfatus donatarius ante secundam donationem adeptus erat possessionem rei donatæ:& tunc, cùm adipiscendo possessionem videtur rationem ratam habuisse donationem, non est dubitandum,quin prima donatio præualeat secundæ. Omnes enim conueniunt,quòd in istis terminis,etiam tacita duntaxat ratificatio sufficiat ad hoc vt donatio irreuocabiliter perficiatur. Aut vero primo donatario non fuit tradita possessio,sed secundo, & tunc puto, quòd res careat omni difficultate: nam etiamsi prima donatio fuisset facta præsenti, & acceptanti,adhuc esset præferendus secundus donatarius,cui fuisset tradita res, secundum regulam l.quoties, C.de rei vendic. Aut non fuit tradita res primo,neque secundo donatario,& tũc in pari causa censerem primum esse præferendum, etiã si secundus prius acceptasset: licet hoc non transeat sine scrupulo, etiam præsupposita pro vera illa opinione, quod simplex reuocatio donatoris non sufficiat, quam etiã tenuit Pau.de Cast.in alleg.cons.vt sup.dixi. Et re vera hic passus est valde dubius & periculosus.

4 Tertius est casus,quando donator donationem non reuocauit,neque rem in alium transtulit, sed antequam donatarius acceptaret, vel ratificaret,decessit,& hoc casu consuluit Paul.de Castr.(si bene aduertatur) quod hæredes donatarij non possunt ratificare huiusmodi donationem in præiudicium hæredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quibus (vt ipse dicit) iam erat ius quæsitum, eo quia per mortem donatoris erat in eos translatum dominium ipsorũ bonorum. Sed certè licet magna sit auctoritas Pau.de Castr.illa sua opin.mihi nunquam placuit. ex ea enim sequitur vitium,quod regulariter est maximè absurdum, scilicet quòd hæres qui repræsentat personam defuncti,possit eius facto contrauenire. Præterea,si (vt ipsemet Paul.ibidem tenuit) ipse donator viuens nõ potuisset sola reuocatione impedire ratificationem donatarij,vt dixi sup.vers.primo ergo casu, quanto minus dicendum est, quòd potuerit illam impedire sola morte,quæ in hoc casu non infert expressam, neque tacitam translationem? nam acquisitio quæ fit per hæredem, non dicitur propriè fieri per viam alienationis à defuncto,saltem respectu alicuius rei particularis,cum sit alienatio necessaria legalis, ex qua non potest in proposito inferri aliqua reuocatæ voluntatis declaratio. Et si casus contingeret, credo quòd non erraret iudex,qui contra opin. Pauli de Castro sententiã in hoc casu proferret, quæ etiam expresse conuincitur ex traditis per Doctores,quos allegaui infra versic. sed pone.

5 Secundus est articulus, quãdo quis donat alicui præsenti,cum pacto quòd,aliquo casu adueniente,res perueniat in aliquem tertium absentem: & hoc casu non est pariter dubitandum,quin talis conuentio valeat, & illi absenti quæratur actio sine cessione,siue notarius, siue etiam ipsemet donator stipulatus fuerit pro ipso tertio absente,vt dixi supra in princip.quæstio. Pariter etiam non est dubitandum, quin secuta ratificatione illius tertij,sit perfecta donatio: itaque irreuocabiliter sit ipsi absenti ius quæsitum. Difficultas est,nunquid possit donator postea huiusmodi pactum reuocare, antequam fuerit ab ipso tertio absente acceptatum. Dic ergo quòd si quidem notarius pro absente acceptauit, nõ potest amplius illud pactum reuocari in præiudicium absentis,cui mediante stipulatione notarij fuit ius quæsitum, etiamsi donator, & donatarius concorditer vellent illud reuocare.& in hoc omnes concordant,vt dicit Soc.iun.in d.consil.118.num.13.libr.2.Hanc etiam opin.communem esse attestatur Didacus lib.1.resol.c.14.num.11.Sed quid si nullus pro ipso absente acceptauit,nũquid poterit reuocari? Resp.Bar.in l.qui Romæ, §.Flauius,nu.1.ff.de verb.oblig.tenuit quòd possit donator tale pactum remittere in præiudicium ipsius absentis.& opin.Bart.dicit esse communem Socin.in d.§. Flauius.num.6.& cons.155.nu.12.lib.4.Ias.in d.§.Flauius.nu.14.& in l.2.nu.66. C.de iure emphyt.quem refert Cagnol.in l.id quod nostrum. nu.12. ff.de reg.iur. Ruin.consil.182.post nu.21.vers.nec obstat,libr.1.Exea. in rub.de pactis,nu.143.Et dicit Didacus in d.c.14.nu. 17.quòd cõiter Doctores sequũtur Bart.Item dicit Gratus consil.55.post nu.39.ver.non obstat,libr.1.Contrariam autem sententiam,scilicet quòd imò nõ possit hoc casu tale pactum in præiudicium ipsius tertij absentis, etiam ante eius acceptationem remitti, dicit esse communem Guliel.de Benedict. in 2.part.reper.capit. Raynutius,in verbo, Si absque liberis,il 2.num.23.Roder.Xuarez.in reper. l.quoniam in prioribus, in declarat.l.regni,q.8.nu.2. vbi plures enumerat tenẽtes hanc opinio.& dicit quòd ferè omnis schola scribentium tenet contra Bar.Idem etiam dicit Xuarez alleg.19.Duẽnas reg.216.in fin.Et certè non potest negari,quin propter varias rationes,& auctoritates Doctorum hinc inde,passus non sit valde arduus,& periculosus. Ego tamen,si casus contingeret,non auderem consulẽdo, aut iudicando recedere ab opi. Bart.quam credo esse veriorem,& magis cõem,modò tamen res esset integra,quia scilicet res adhuc tradita non esset per donatarium illi tertio,vel etiam nondum euenisset casus,in cuius euẽtum donatio in illum tertium collata fuerat:nam his casibus crederem non posse reuocari,prout etiã fatentur omnes teste Didaco in d.c.4.post nu.13.vers.principaliter & quinto, in quo capitulo ipse Didacus multum eleganter tractat hanc materiam.

6 Sed pone quòd donatur ipse dum viueret,hoc pactũ in fauorem tertij absentis appositum non reuocauerit; nunquid eo mortuo poterit ipsius hæres illud reuocare?Respon.quòd non.& est commu.opin. vt attestatur Soc.in d.§.Flauius,nu.19.Exea.in d.rubr.de pactis,nu. 174.Didac.in d.c.14.nu.17.Videtur quodammodo donatio ipsa confirmata morte donantis,ita vt res nõ possit amplius dici integra,& consequenter non possit donatio reuocari.

ADDITIONES.

a Stipulatus fuerit.] *Quid si notarius non fuit stipulatus pro absente. An valeat, quando adest clausula,quæ donatio stipulata,& solenniter celebrata? & quod sic, vide per Ruin.in cons.180.num.11.verum etiam sustinetur per clausulam omni meliori modo, per Crau. in consi-*
7 *lio 131.num.3. Et adde quod † præsentia semper præsumitur,licet non dicatur in donatione, vt per Boer.in decis.33.col.2.*

b Ipsa valeat.] *Idẽ quòd donatio pro aliquo absente acceptata reuocari haud possit per donatarium secundum*

omnes. vide per Cephal. in conſ. 33. ſub nu. 6. quod etiam dixi in collect. mea. nu 66.

Poſtea reuocari.] *ſed quid ſi donatio ſit facta abſenti notario ſtipulante. Et poſtea ſit facta alio donatio ſecundo loco præſenti, & acceptanti, an prima donatio præualeat, vide per Rub. conſ. 117 Corn. conſ. 50. num. 18. vol. 1. conſilio ſecundo, vol 4. Guido Papæ deciſi. 49. & plenius dico in regn. meis contractuum, verb. donatio.*

d Transferre.] *Vide ad idem etiam per Cephal. in d. cõſ. 33. nu. 7. vbi dicit erraſſe Caſtren & cæteros tenentes donatorem transferendo rem donatam in alium, adeo præiudicare domino. vt tanquam re nõ integra donationem non poſſit ratificare, modo ab alio donatarij nomine fuerit acceptata.*

e Tiraq.] *Quidem vide ibi. quia limitat, declarat, & diſtinguit plenius.*

f Secundam donationem.] *Item ſi donationes duæ ſint factæ quæ præualeat, vide per Dec. in conſ. 251. & 432. in fine.*

g Poſſeſſionem rei donatæ.] *Vide ad idem per Franc. Aret. in conſ. 17. Giacbar. I. V. Cl*

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio hodie etiam nudo pacto perficitur.*
2 *Et quid in donatione cauſa mortis. verſ Et quidem.*
3 *Et quid in donatione remuneratoria, verſ. Quæro an diſpoſitio.*
4 *Et quid in donatione præſumpta verſ. Item quæro.*
5 *Et quid ſi donatio facta ſit præſenti, & tacenti. ver. Sed pone.*
6 *Et quid in pacto, ſiue promiſſione de donando, ver. Diſpoſitio d legis.*
7 *Donatio non præſumitur, & quando.*
8 *Donatio an præſumatur ex ſimplici datione.*

1 DE iure Digeſtorum in donatione requirebatur quod interueniret ſtipulatio, vel traditio: hodie verò ex diſpoſitione l. ſi quis argentum. §. ſin autem hoc, C. de donat. donatio non requirit ſtipulationem, vel traditionem, ſed nudo pacto perficitur. *a*

2 Et hæc quidem concluſio de plano procedit in donatione inter viuos, prout loqui videtur text. in d. l. ſi quis argentum: Sed punctus eſt, vtrum habeat locum etiam in donatione cauſæ mortis, vt ſcilicet etiam ipſa nudo pacto perficiatur. Reſp. quod ſic. ita tenet gl. in l. cu pater. §. Mæuio, in verbo Donabat. ff. de le. 2. quæ in hoc eſt communiter approbata: vt dicit Corn. conſ. 226. in litera B. lib. 3. & conſ. 237. in litera C. lib. 4. Soc. conſ. 125. nu. 1. lib. 3. Et dicit Ruin. conſ. 54. nu. 4. lib. 1. quod cum illa gloſ. concordant communiter Doctores Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Alex. conſ. 113. nu. 5. lib. 6. & in l. 2. nu. 7. ff. de leg. 1. & in l. cum ex cauſa, quam legit cum l. cum tempus, nu. 2. & poſt nu. 4. ff. de re iudi. quem refert Bertr. conſ. 168. nu. 5. lib. 3. in 2. parte: Iaſ. in §. in perſonam. num. 61. Inſt. de actio. Dec. conſ. 245. circa finem: Bertr. conſ. 156. nu. 11. & 12. lib. 1. in 2. parte, & conſ. 207. poſt nu. 1. eod. uol. Gomeſ. in d. §. in perſonam, poſt nu. 43. verſ. item circa illud, quẽ refert Didac. in rub. de teſta. in 3. parte. num. 14. Nulla enim ſubeſt ratio diuerſitatis, cur aliud hoc caſu dici debeat in donatione cauſa mortis, quã in alijs donationibus ſtatutum ſit.

3 Quæro, an diſpoſitio d. l. ſi quis argentum, habeat locum in donatione remuneratoria. Reſpond. quod non Ita tenet Barto. in l. iuriſgentium. §. quinimò, num. 20. ff. de pac. Et hanc opinionem dicit eſſe communem Iaſ. in d. §. quinimo, nu. 19. & ſeq. Cum enim hæc donatio non poſſit propriè dici liberalitas, vt dixi ſupra, q. 3. non viderentur illi conuenire verba d. l. ſi quis argentu. Ego tamen ſi auderem, facile inclinarem in contrariam ſententiã, quæ etiam æquior videtur. Magis enim fauẽdum videretur huic donationi, quæ fouetur præexiſtente cauſa benemeritorum, quam ſimplici donationi, quæ ſoli liberalitati innititur. In iudicando tamẽ non recedas a communi: quia lex magis fauet liberalitati.

4 Item quæro, nunquid diſpoſitio d. l. ſi quis argentum habet locum in donatione præſumpta. Reſpon. quod non: ita dicit Bartol. in d. §. quinimò, poſt num. 20. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Alex. in l. ſi aliquam, in vltimis verbis, ff. de acqui. poſſ. Hoc enim caſu duæ improprietates, ſeu duo ſpecialia concurrerent. Primum, quod præſumeretur donatio vbi non eſſet: Secũdum, quod ex pacto nudo daretur actio. Exemplum autem huius donationis præſumptæ poni poteſt in conceſſione dotis facta conſtante matrimonio, vt dixi infra, §. dos.

5 Sed pone, Ego dono alicui, qui eſt præſens, & tacet; nunquid talis præſentia cũ taciturnitate inducit conſenſum, ita quod cenſeatur inductum pactum, & conſequenter valeat donatio, iuxta diſpoſitionem d. l. ſi quis argentum? Reſp. quod ſic: & eſt communis. opi. vt ait Cagnol. in l. ſemper qui non prohibet, nu. 3. ff. de regu. iur. ex ea in rubrica de pac. n. 68. quem refert Didacus in rub. de teſta. in 3. part. poſt nu. 13. verſ. verum ſi donatarius. Et ſi dicas quod ſecundum communem concluſionem de qua ſupra, diſpoſitio d. l. ſi quis argentum non habet locum in donatione præſumpta: Reſp. quod hoc caſu non eſt conſenſus præſumptus. nam promiſſio facta præſenti eſt vere, & propriè pactum, vt dixi infra hoc eod. lib. §. pactum.

6 Diſpoſitio d. l. ſi quis argentum, procul dubio locum habet in donatione: ſed quid in pacto, ſiue promiſſione de donando? Reſpon. in hoc articulo Doctores ſunt varii: nam aliqui tenuerunt quod non. & hanc opin. dixit eſſe communem Alciat. in l. 1. in princip. poſt n. 16. ff. de verb. oblig. Aliqui vero tenuerunt contrarium, ſcilicet quod imo, etiam ſi non interueniat ſtipulatio, neque traditio, talis promiſſio valet, & obligat promittentem, etiam ſolo pacto nudo interueniente. & hanc opi. dicit eſſe communem Soc. in conſ. 102. poſt nu. 4. li. 3. Gomez in §. in perſonam. num. 39. & ſeq. Inſtit. de actio. Ripa. lib. 3. reſpon. cap. 14. n. 1. & ſeq. Et hæc opi. tanquam verior, & magis communis, mihi magis placet, nam conſiderato effectu, & ſubſtantia verborum, nihil aliud eſt promiſſio donandi, quam donatio: & in dubio ſemper inclinare debemus in ſententiam, per quam actus efficax reddatur.

ADDITIO.

a Sed pacto nudo perficitur.] *Item quod donatio haud*
7 *† præſumatur probatur etiam in l. cum de indebito ff de proba in l. filiusfamilias. ff de donat. l. contra iuris § fi. ff de pac. iuncta l obl g generali. de pign & habetur per Iaſ. in conſ. 193. vol. 1. & in conſ. 160. vol. 4 Tiraq. in l. ſi vnquam. fo. 188. Quod maxime procedit inter perſonas prohibitas Corn conſ 141 col 6. lib 2. Item in aſcendente erga deſcendentem in eo ad quod non tenetur, licet impenſa ſit modica. per Cra. conſ 86 nu. 3. & 164 ſub nu. 5. vbi etiam econuerſo ſic. Fallit quando præceſſerunt per Tiraq. d l ſi vnquam. char. 151. Item fallit ſi aliqua adſit coniectura etiam leuiſſima per Felyn. in c. ſi cautio de fide inſtrum nu. 5. Item fallit inter coniunctos ſecundum Ancharan. conſil. 69 colum. 2. Verum in contrarium in hoc vide per Alex. cõſ. 167 nu. 10 11 & ſeq. vol 7. Tu intellige in minimis per Iaſ. cõſ. 193. vol. 2. Itẽ fallit ſi interue-*

nuſ-

nisset traditio. glos. in §. sin minus, & ibi per Ias. col. 3. Instit. de actio. Socin. consi. 73. colum. 6. Dec. 644. col. 2. Item fallit pro validitate actus secundum Anch. d. cōs. 69. col. 2. Item fallit fauore dotis etiam inter extraneos, per Crauet. consi. 15. nu. 9. Item præsumatur tribus concurrentibus, sanguinis coniunctio, longum tempus, & rationis non redditio, per Crauet. consilio 139. quinimo inter scientes ex duob. præsumi dicit. Item præsumitur donatio ex obseruantia subsequuta, vbi probari non potest; per
8 *Cran. in consil. 227. nu. 2. Sed nunquid præsumatur † ex simplici datione, vide per Soc. consi. 94. col. 9. Gomesi. in §. hic itaque. col. 3. Insti. de actio. Inducitur quando quis patitur rem suam describi pro censu soluendo. l. censualis. C. de donat. intellige tamen vt per Cran. consi. 225. col. 2. Item donatio præsumitur ratione sanguinis & dotis per Cran. consi. 159. & præsumitur dotis fauore etiā vbi alia causa potest præsumi per Alba. consi. 12. nu. 11. etiam in extraneos per Crauet. in consi. 15. num. 9. dato quod soluens esset obligatus ad illam quantitatē per Alba. vbi supra. Item præsumitur quando filia vnius fratris fuit dotata de bonis communibus cum alio fratre eo non contradicente, per Alba. d. consi. 11. nu 4. Cra. consi. 159. nu 4. Giacbar.*

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio excedens summam quingentorum solidorum debet insinuari.*
2 *Insinuatio quid sit, ver. Quaro ergo.*
3 *Et quomodo fiat, ver. Quaro etiam.*
4 *An requiratur quod fiat in loco iudicij Vlterius quaro.*
5 *An in insinuatione requiratur decretum iudicis, versi. Item quaro.*
6 *Quingenti solidi faciunt hodie summam septingentorum scutorum & nu. 1.*
7 *Insinuationi in donatione excedente summam 500. solidorum non potest renunciari.*
8 *Insinuatio est introducta ad publicam vtilitatem.*

1 Sciendum est etiam, quod ex dispositione l. sancimus in prin. C. de donati. cautum fuit quod omnes donationes excedentes summam trecentorum solido-
a rum deberēt insinuari: *a* sed deinde summa fuit aucta per l. penul. §. fin. C. de donation. vsque ad summā quingentorum solidorum. Fac ergo regulam, quod in quacunque donatione excedente summam quingentorum solidorum, necessariò requiritur quòd donatio ipsa insinuetur: alias non valet. Isti autem quingenti solidi hodie faciunt summam septingentorum scutorum istius
b tēporis. *b* & ita interpretatur communis opi. vt dicit Bellon. cōs. 74. nu. 22. imò Duennas in regula 224. limi. 19. in fi. dicit quod hodie valet etiā vltra mille aureos. Et in proposito quomodo intelligatur solidus legalis, dixi infra lib. 7. §. solidus. Quod nota, ne forte tibi eueniat prout illi iudici Montis Pulciani, qui reuocauit quandam donationem factā vltra trecentas libras, quatenus excedebat summam viginti quinque librarum, de quo mentionem facit Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de donat. §. porro, in vltima Apost. circa fin. vbi refert
c Rof. de illo dicentē, quod non erat Iurista, *c* licet gustasset de brodio iuris. Et quia hoc loco incidit mentio insinuationis, cuius materia multoties contingit in practica, non solum propter dispositionem iuris communis, sed etiam propter statuta, quæ in multis locis disponunt insinuationes donationum vel testamentorum fieri debere: non impertinens erit aliqua præmittere ad intelligentiam terminorum.
2 Quæro ergo, quid sit insinuatio. Resp. quod est per su-
d periorē auctoritatis præstatio. *d* & licet hæc non sit bona, neque congrua diffinitio, neque descriptio, tamen consuetudo videtur hanc descriptionem admittere, vt dicit Alb. in l. illud, post nu. 2. C. de sacrosan. eccle. & in hoc non insisto, quia plerunque in huiusmodi diffinitionibus tempus conterere est prorsus inutile.
3 Quæro etiam quomodo fiat insinuatio, & an possit fieri vnico contextu cū ipsa donatione. Respond. quod sic: & ideò practica insinuationis faciēdæ est, quod donatio redigatur ad scripturam, & postea coram Iudice publicetur, & registretur apud acta; vel etiam sufficit quòd donatio ipsa scribatur, & publicetur corā Iudice absque alia scriptura, vel registratione. & ita apud nos seruari attestatur Io. And. in additio. ad d. §. porrò, sub nu. 4. in fin. Hanc etiam esse cōmunem opi. & ita communiter seruari attestatur Guido Papæ consi. 23. nu. 11. Imola in c. cum contingat, nu. 9. de iureiu. quem refert Corn. consi. 36. in litera A. lib. 3. ita etiā apud nos seruari dicit Ant. Can. de insi. in 1. par. nu. 4. & seq.
4 Vlterius quæro, nunquid requiratur, quod insinuatio fiat in loco iudicij. Resp. quod non, sed sufficit quod fiat coram Iudice, etiam alibi quàm in loco iudicij. & ita communiter obseruatur, vt dicit Io. And. in additio. supra allegata: Imol. in d. cap. cum contingat, post nu. 93. Est enim hic actus, qui non requirit plenam causæ cognitionem; prætereàque est actus voluntariæ iurisdictionis, vt tenent Doctores, teste Canar. de insinuatio. in prima parte, nu. 14. meritò potest vbique exerceri. intellige modo sit locus honestus & carens suspicione.
5 Itē quæro, an in insinuatione requiratur decretum iudicis. Resp. quod non. ita tenet. Bartol. in l. Modestinus, post num. 3. ff. de donatio. & est communis opi. vt dicit Cor. in d. consi. 36. in litera B. lib. 3. Cum enim donatio ipsa dependeat ex sola donantis voluntate non est opus neque causæ cognitione, neque decreto: sed sola ipsius iudicis præsentia sufficit.

ADDITIONES.

a Insinuari.] *De non insinuata donatione vide per Menoc. consil. 161. Rationes ob quas donationes insinuari debent sunt quatuor, quas vide apud Ducn. reg. 224. vbi habes reg. cum 2. Ampliationibus & 19. limitationibus.*

b Septingentorum scutorum istius temporis.] *Adde ad idem, & per Nat. in consil. 28. col. 1. qui alios recenset concord.*

c Iurista.] *Quinimo hodie reperiuntur Iuristæ, qui inauditas fabricant sibi opi. itaq; tenaciter illas contra me seruant, vt dixi in sing. meo 372 superioribus diebus.*

d Per superiorem authoritatis præstatio.] *In statu & ditione ciuitatis Ferrariæ duo habemus statuta, vnum de solemnitatib. in donationibus. lib 2. c. 99. fol. 92. alterum lib. 2. ca. 70. de dona. inter viuos, vltimis dispositio. &c. fol. 307. quæ sunt in viridi obseruantia. illa videnda sunt atq; obseruāda per subditos. Et scias, quod donatio etiam iurata non seruata forma statuti probatoria haud valet, communem vide per Rol. consi 43. in prin. vol. 3. Et sem-*
7 *per aduerte, † quod tantæ est virtutis, efficaciæ atq; potentiæ insinuatio quod ei haud pōt renunciari, per Rol. in cōs. 39. nu. 35. cum seq. Vbi non potest insinuationis defectus purgari per renuntiationem, quia non valeret, dato quod*
8 *esset iuramēto firmata, & ista est cōis. ratio est, quia † insinuatio est introducta ad publicā vtilitatem. cuius interest, ne quis re sua male vtatur; & iuramentū contra publicam vtilitatem non valet. & communem esse attestatur Barba. in consi. 16. uol. 2. & (ut dixi) in astione statue Ferrariæ, haud est à statuti forma recedendum. Et quando vtiatur in excessu, per Rol. in consi. 19. nu. 14. & in consi. 39. nu. 39. in consil. 93. nu. 15. qui alios allegat, quicquid dixerit Soc. in l. 1. ff sol. matr. itē de illa commu-*
ni

ni dixi in collec.mea communi opi verb.donatio nu.98.& 99.& 100 duas posui fall. Giachar I.V.C.

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio an requiratur in donatione tacita, uel praesumpta.*
2 *Et an in pacto gratuito uel simplici liberatione, uer. Itē quaero.*
3 *An in pacto de non petendo, uer. Eademque ratione.*
4 *Quid in cessatione facta ex causa donationis, uers. Idem que si sit.*
5 *Et quid in donatione reciproca uer. Sed nunquid.*
6 *Et quid in donatione ob causam, uer. Sed quid dicēdum.*

1 HIs sic praemissis, redeo ad conclusionem superius factam, scilicet, quod in quacunque donatione, 2 quae excedat summam quingētorum a solidorū, requiritur insinuatio: aliàs nihil valet. & in primis quaero, an haec conclusio habeat locum etiam in donatione tacita vel praesumpta. Respon. quod etiā in illa requiritur insinuatio. ita colligitur ex doctri. Bar. in l.1.num.2.ff.de donat. quam dicit esse communiter approbatam Curt. Iun. cōs.126.circa fi. Potuisset allegare Bart. hoc clarius dicentem in l.fin. in princi. nu.3.C.de iur.dot. vbi infert ad confessiones quas mariti faciūt de dotibus receptis, quae habent vim donationis tacitae seu praesumptae: & est valde notabilis decisio, & quae aliquando mihi magnum honorem fecit in practica.

2 Item quaero, an etiam in pacto gratuito, siue liberatione simplici, facta non expressa causa, requiratur insinuatio. Resp. quod sic, si excedit summam quingentorum solidorum. ita tenet gloss. vulgarissima in l.si quis obligatione. ff.de reg.iur. Et est commu.opin. vt dicit Alex. in l.creditori, nu.4.C.de pact. quem refert Dec. ibi, nu.12. in d.l.si quis obligatione, nu.10.& Soc. in d.l.creditori in secundo notab. Calcan. consil.25.num.23.Ias.consil. 199.col.2.versi.sextò istam, lib.2. Cur.iun.cons.47.n.3. Cagnol. in d.l.si quis obligatione, num.4. quem refert Duen.regu.224. in prima amplia. Alcia. in l.dedisse.ff. de verb.sing. qui dicit, quod hoc communiter approbatur: Didac.lib.2.resol.c.4.nu.8. Et quod in pactis liberatoriis requiratur insinuatio, dicit communiter teneri Clau.l. in d.l.creditori, nu.1. Cum etiam appereat de animo donādi, ex quo nulla causa subest, idem iudicatur, quod de donatione expressa.

3 Eademque ratione habebit locum conclusio, etiam in pacto de non petendo: nā si debitum sit liquidum, & excedat summam quingentorum solidorum erit necessaria insinuatio: & ita magis communiter tenetur, vt dicit Alex. in l.Nesennius.§.fin. in fin.ff.ad legem Falcidiam. Hanc etiam dicit esse communem opi. Ripa in l.si vnquam, nu.39.C.de reuocand.donat.

4 Idemque si sit facta cessio ex causa donationis, pariter erit necessaria insinuatio. & haec est communis conclusio, vt ait Curt.iun.consil.126.paulo ante fin. Nam vbi appareat de intentione, non est curandum quomodo verba concepta fuerint. Et generaliter, quod remissio vel renunciatio, vel indebita solutio scienter facta, sit donatio. & insinuatione indigeat, dicit esse magis cōmunem opi. Calc.cons.25.post nu.23.ver.sed potest.

5 Sed nunquid in donatione reciproca seu vicissitudinaria requiritur insinuatio? Resp. quod non: ita consuluit Oldr.cons.139.nu.13.& haec opi. est per omnes approbata. vt ait Cur.iun.cons.81.nu.5. Talis enim non dicitur propriè donatio, vt dixi supra q.2.uersic. item quaero.

6 Sed quid dicendum in donatione ob causam? Respon. quod in illa non requiritur insinuatio, praesertim si est facta animo remunerandi. ita tenet Bart. in l.Aquilius regulus, num.3.ff.de don. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Soc.iun. consil.77.num.152.lib.1. Idem etiam dicendum est, ubi facta esset donatio ob causam vel causas de futuro, maximè si essent onerosae, & tendentes ad diminutionem patrimonij vel bonorum futurorum, secundum Bartol. in loco praeallega. & est communis opi. vt dicit Alex.cons.113.nu.31.lib. 6. Huiusmodi .n. donationes, cū aliam habeant causam quam liberalitatis, propriè donationes dici non possunt vt dixi supra.

ADDITIO.

a Quingentorum solidorum.] *Intellige de aureis quorū septuaginta duo faciunt libram auri per Rol d.cons.39. n.44. Nat.cons.156.in fi. quae quingenta hodie ascendunt ad 670. vt attestatur Soc.iun cons 97 & 118 lib.2 & cons.103.lib.3. Et secundum Natta eo.cons.28 col.1. hodie ad faciendam auri libram 96. auri concurrunt unde hodie facto calculo, vltra septingentos aureos dicit valere donationem.* Giachar I.V.C.

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Insinuatio an requiratur in donatione facta ecclesiae.*
2 *Donatio non insinuata nunquid annulletur in totum, an autem solummodo quatenus excedit summam quingentorum solidorum, vers. Sed quaero.*
3 *Et an donatio inter virum, & vxorem quatenus non est insinuata confirmetur morte, vers. Sed hic incidenter.*
4 *Et quid si in donatione apposita sit clausula. quod vult censeri plures donationes, non excedentes summam quingentorum solidorum. ver. Sed pone.*
5 *Et an possit per pactum renunciari insinuationi, uers. Sed quid; remissiue.*

1 SVccessiue quaero nunquid praedicta cōclusio, quae habet insinuationem requiri in quacunque donatione excedente summam quingentorum solidorum, habeat locum etiam in donatione facta ecclesiae, vel piae causae. Respond. quod non: Illa enim valet absque insinuatione: & licet per dispositionem l.illud. C.de sacrosanc.eccles. solummodo concederetur donari ecclesiae sine insinuatione, vsque ad summam quingentorum solidorum, quo tempore non licebat priuatis donare sine insinuatione, vsque ad summam trecentorum solidorum: tamen ex quo post illam legem superuenit dispositio l.pen.C.de donat. quae concessit etiam priuatis donari sine insinuatione vsque ad summam quingentorum solidorum, pariter etiam extendi debuit priuilegium Ecclesiae vltra illam summam: & sic hodie tenendum est quod valet donatio facta Ecclesiae vltra quingentos solidos, sine insinuatione. Ita tenuit Bart. in d.l.illud.nu.4.& ita communiter teneri attestatur Fel. in cap. Ecclesia S. Mariae, post num.82.de constit. Hanc etiam opin. dicit esse communem Ias.cons.169.num.8. lib.3. Ripa lib.8.resp.c.11.nu.10. Petrus Rebuf. de priuilegiis scholarium, priuil.64. quem refert Duennas reg.224.in 6.limitatione. Cum enim necessitas insinuādi proueniat ex dispositione iuris ciuilis, illa attendi non debet in praeiudicium Ecclesiae, vel piae causae, vt dixi supra lib.2.

Sed

2 Sed quarto, Ego feci donationem alicui de summa mille aureorum: & non feci illam insinuari: nunquid donatio vitiabitur in totum, an autem solum quatenus excedit summam quingentorum solidorum? Respon. quod solummodo vitiatur quatenus excedit summam quingentorum solidorum. text. est in l. sancimus. in pri. C. de donat.

3 Sed hic incidenter quaero: Tu scis, quòd donatio inter virum & vxorem confirmatur morte, vt dixi supra q. 9. vers. scias autem: scis etiam, quod si excedit summã quingentorum solidorum, ad hoc ut confirmetur morte, requiritur quod sit insinuata. alias vero si non sit insinuata, nõ confirmatur, vt est tex. expressus in l. donationes, la 1. C. de don. inter uir. & vxor. Nunquid talis donatio excedens quingentos solidos, & non insinuata, non confirmabitur in aliquo, & sic prorsus corruet: an autem sustinebitur vsque ad summam quingentorum solidorum? Resp. Salic. in d. l. donationes, la 1. post nu. 3. tenuit q in nihilo confirmabitur, ex quo hoc casu est defectus in re, & in persona; In re, quia non fuit insinuata: in persona, quia inter coniuges non valet donatio. Tu verò teneas contrarium, prout etiam expresse sonant verba d. l. donationes, dum dicit amplioris quantitatis, &c. & ita illud dictum Salic. est magis communiter reprobatum, vt dicit Bello. consil. 4. post num. 11. & haec etiam opin. est aequior.

4 Sed pone, aliquis fecit donationem quae in totũ excedit summam quingentorum solidorum: sed in instrumento apposuit clausulam, quòd volebat censeri plures donationes non excedentes pro singula summam quingentorum solidorum: nunquid haec cautela proderit, ita vt donatio ipsa propter defectum insinuationis non vitietur? Resp. quòd nihil proderit, tanquam facta in fraudem legis insinuationem requirentis: & ideò donatio ipsa nihilominus vitiatur. ita dicit Bart. in d. l. Modestinus, nu. 10. ff. de donat. cuius opin. communiter approbatur, vt dicit Alex. in l. si filiosa. §. fi. post nu. 25. vers. sed certè Bald. ff. solut. matr. quem refert Didac. lib. 2. resolut. c. 16. post nu. 4. Rom. consil. 26. post nu. 2. vbi dicit quòd haec est omnium opinio. Hanc etiam opi. dicit esse communem Soc. cons. 77. post nu. 10. lib. 1. Canar. de insinua. in secunda parte, q. 25. Aliàs facilè posset eludi dispositio legis, apponendo in donatione cuiusuis summae illam clausulam: quod nullo pacto est dicendum.

5 Sed nunquid poterunt partes renunciare insinuatio-
c ni. Dixi *c* infra hoc eodem lib. §. renunciatio.

ADDITIONES.

a Quatenus excedit.] *Vide quae sup. q. 15. dixi.*

b Nunquid.] *Item an donatio inter uirum & uxorem non insinnata sit in totum nulla, uide per Ruin in consilio 44. nu. 20. uol. 2. Rolan cons. 70. nu 6. uol. 2. quos uid. Et scias quod illa donatio non est donatio inter uiuos, nec causa mortis: sed est tertia species secundum Alex. cons. 143. col. fin. uol. 5. Quod tamen, intellige ut per Rayn. in consil. 52. lib. 1. ubi etiam tenet, quod valet à principio, quando non tantum eius executio; sed etiam substantia post mortem donantis confertur; maxime adiecta clausula, omni meliori modo.*

c Partes renuntiare insinuationi.] *De communi atque magis communi affirmatiua ui. per Rolan. d. consil. 39. num. 38. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an suppleat defectum insinuationis.*

2 *Et quid si non fuerit renunciatum insinuationi, uersic. retenta igitur.*

3 *Et quid si facienda sit insinuatio intra aliquod tempus post contractum, uersic. Scias etiam.*

1 QVarto, nunquid conclusio superius facta, quòd scilicet quaecunque donatio excedens summam quingentorum aureorum debeat insinuari, aliàs sit nulla, habeat locum etiam in donatione iurata, & sic nun-
a quid iuramentum *a* suppleat defectum insinuationis. Respon. in hoc articulo magna fuit quandoque controuersia inter Doctores, adeò vt vix discerni posset, quae opinio esset magis communis: nam Bald. in d. l. illud, num. 9. C. de sacrosanct. Eccles. tenuit quòd donatio nõ insinuata non confirmetur iuramento. Et hanc opin. dixit esse communem Barba. consil. 16. colum. 10. lib. 2. & consil. 52. lib. 4. & inter consi. Curtij senioris cons. 66. in fin. Item dixit Calcan. consil. 19. in fin. vbi etiam refert Prosdocim. idem attestantem in c. cum contingat. de iureiur. Contrariam autem sententiam, scilicet quòd immo confirmetur iuramento, & sic quòd iuramentum suppleat defectum insinuationis tenuit Ioan. And. in addit. ad Spec. in titu. de instrum. edit. §. porrò. in vltima Apostill. Et haec est communis opin. omnium ferè Canon. vt dicit Corn. consi. 221. in litera L. lib. 1. & cõsil. 186. in litera H. lib. 2. quem refert Rubeus consil. 59. num. 2. & Paris. consi. 33. num. 45. lib. 3. Soc. consil. 77. circa fin. lib. 1. & consil. 80. nu. 11. eo. volum. quem refert Dec. consil. 536. nu. 14. Bertran. consil. 22. num. 5. lib. 2. in 2. parte, & consil. 120. nu. 6. & seq. lib. 3. in 2. parte: Ruin. consi. 51. nu. 18. lib. 1. Et dicit Corn. cons. 36. in litera E. lib. 3. quòd ita solet communiter teneri, maximè per Canon. Ita etiam tenere cõmuniter Can. attestatur idem Corn. consil. 69. in litera Y. lib. 2. Hanc etiam opin. esse magis communem affirmat Clau. in l. nemo potest, num. 21. ff. de leg. 1. Io. de comp. in d. l. nemo potest, quem refert Bertran. consil. 30. post num. 1. lib. 3. in 2. parte: Ias. consi. 51. nu. 3. lib. 1. & consil. 118. num. 2. lib. 4. & consi. 169. num. 9. eod. vol. quem refert Tiraquel. in rep. l. si vnquam, in praefa. num. 143. C. de reuoc. dona. Dec. consi. 239. post nu. 3. & consil. 414. post num. 14. versic. Tertiò, non obstat, & consil. 432. num. 17. & consil. 488. post num. 5. versic. postremò, quem refert Socin. iun. cons. 117. num. 11. lib. 2. & Ioã. Dilect. de arte testandi, tit. 2. caut. 10. nu. 3. Bertran. consil. 173. post num. 3. versic. ad secundum, libr. 1. in secunda parte, & cons. 138. nu. 8. lib. 2. in secunda parte, & consil. 90. num. 5. lib. 3. in secunda parte, & consil. 97. post num. 1. eod. volum. & consil. 209. post nu. 12. eod. volum. Curt. iun. consi. 34. num. 1. & consi. 47. post nu. 8. & consil. 81. num. 6. Paris. consi. 26. num. 60. lib. 3. & consi. 69. num. 97. eodem. volum. Ruin. consi. 159. nume. 15. lib. 4. & consi. 182. post num. 13. versicu. Tertiò, ad hoc, lib. 1. & consil. 180. nume. 14. & sequenti eod. volum. Gratus cons. 70. num. 28. lib. 1. Bello. consil. 60. num. 19. Socin. iun. consil. 69. nume. 39. libr. 1. & consi. 67. num. 20. lib. 2. & consi. 130. nume. 19. lib. 3. Ludouicus Tessera in l. si inter virum, col. 5. ff. de rebus dubijs, quem refert Duennas reg. 224. in quinta limitatione. Alciat. in c. cum contingat, post numer. 170. de iureiur. Crauetta consil. 118. num. 1. Apostil. ad Alexan. consil. 4. sub nume. 10. libro 1. Alba. consil. 4. numero 20. Et sic, vt vides, haec opi. proculdubio est magis communis, à qua consulendo, aut iudicando non esset aliquo modo recedendum. Est enim maxima virtus iuramenti: ideoque regulariter est seruandum, vbicunque potest seruari sine interitu salutis aeternae; licet & aliàs fortè magis communis opin. legistarum esset, quòd iuramentum non suppleret defectum insinuationis, prout attestatur Socin. in allegato consil. 77.

circa

circa fin.libro 1. Hodie tamen vtraque schola tam legistarum quàm Canonistarum, in hoc concordát quod iuramento confirmetur. & ita hanc esse communem, & apud legistas, & Canonistas canonizatam opin. attestatur Ripa libr.1.respon.capitu.5.post numerum secundum.

2 Retenta igitur conclusione, quod scilicet donatio non insinuata confirmetur iuramento, scire debes quod illa intelligenda est vt procedat, quando in specie fuit ipsi insinuationi renunciatum, potest enim cum iuramento illi renunciari, vt dixi infra, hoc eo.lib.§. renunciatio. Sed si non fuit renunciatum insinuationi, tunc donatio ipsa non confirmatur iuramento. & hæc est opi. Legistarum & Canonistarum, vt dicit Corn.consil.69.in litera O,lib.2.à qua licet fortè consulendo aut iudicādo non esset recedendum, tamen in puncto iuris non transiret sine difficultate, videtur enim pariter militare idem fauor animæ, super quo se principaliter fundare videntur Doctores superius allegati.

3 Scias etiam, quod hæc conclusio, quod scilicet donatio iurata valet, nō obstante defectu insinuationis, procedit vbicunque insinuatio ex forma legis vel statuti, deberet interuenire in ipso actu donationis: sed si lex vel statutum requireret donationem ipsam insinuari intra certum tempus, puta infra mensem a die celebrati contractus, vel huiusmodi, eo casu iuramentum appositum contractui non confirmaret donationem, vbi non esset insinuata infra illud tempus à statuto præfixū. ita dicit Fede. de Sen. in vulgato suo consil.181.& est communis conclusio, vt attestatur Curtius Iun.consil. 141.nu.22.Nam iuramentum regulatur secundum tempus contractus: & ideò si postea superueniat causa, ex qua contractus annullettur, non potest virtus iuramenti ad illius confirmationem extendi.

ADDITIONES.

a Iuramentum,] *Circa istam q.vide per Angel. de Aret. etiam in § alia autem sub nu.6.Inst. eo.vbi arguit ad partes. Et inter alia dicit esse se recusasse pro aliqua ex dictis opinionibus consulere ob timorem iuramenti. pro opinio. tamen affirmatiua, quæ fuit Ioan. And.consulere relati dicto et in tex.versic.contrarium. & vide plene per Hippol.Rimin.Inst.eo.§.1.nu 255.vsque ad nu 28.*

b Contrariam autem sententiam.] *Adde atque vide etiā per Menoc.in consil.292.sub nu.1.vbi alios adducit concordantes qui nu.2. cum multis sequentibus insinuationem deinde subsequutam haud retrotrahi ad tempus factæ donationis præsertim in præiudicium eorum. quibus medio tempore fuit ius quæsitum scribit. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum non valet.*
2 *Et quid in donatione bonorum præsentium tantum, vers. Et ex hac.*
3 *Et quid in donatione facta simpliciter bonorum suorum versi. Eodemque.*
4 *Et quid in donatione omnium bonorum suorum, versic. Idem dicendum.*
5 *Et quid in donatione omnium bonorum suorum mobiliū & immobilium, versic. Pariter etiam.*
6 *Et quid in donatione sua hæreditatis, versi. Sed quæro.*
7 *Et quid in donatione causa mortis omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum ver. Sed quid si quis.*
8 *Et quid si donans reseruauerit sibi aliquid de quo possit testari, versic. Secundo principaliter.*
9 *Et quid si reseruauerit sibi usumfructum, versic. Sed pone.*
10 *In donatione omnium bonorum non ueniunt iura actiones & nomina creditorum.*

1 QVæro, nunquid valeat donatio omnium bonorum. Respon. quod donatio omnium bonorum
a præsentium, & futurorū nihil valet. *a* Solet ad hoc allegari l.stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborū obligatio. & hæc est cōmunis opi. vt dicit Bal. in c. in præsentia. nu.36.de prob. quem refert Episcopus Loazes in suis allegation. pro Marchione Velez, fol.210.num.4. Imola in rub.extra.de testam.post nu.15.vers. quid autem: Roma.cons.171.nu.1.vbi dicit quod hæc est communis opi. siue huiusmodi donatio fiat in actu testandi, siue per viam contractus. Idem dicunt scribentes in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obliga. & in specie Alex.nu.16.& Ias.nu.20.Aret.in consil.54. post nu.2.vers.circa secundum. Abb.cons.48.nu.1.in fi. lib.2.Corn.consi.176.in litera N.lib.1.& consi.238.in litera L.lib.3.& consil.252.in prin.eod.vol.Guido Papæ cōsi.214.nu.4.Ias.in l.licet, nu.25.C.de pactis: Dec. in d.l.fi.nu.30.C.de pactis, & in d.c.in præsentia, in secundo no.de probatiu.& cons.30.nu.1.& 2.cons.203. post nu.2.& consi.251.nu.1.& cons.655.nu.7.Purpurat.in d.l.fin.nu.238.in fi.Curt.Iu.cons.25.nu.1.Gratus cons.70.nu.1.lib.1.Ripa lib.3.responsorum c.14.nu.1. Io.Dilect.de arte testandi tit.decimo, caut.2.post nu.2. Duen.regula 216.in prin. Ratio est, quia ex tali donatione, quis sibi ipsi adimeret facultatem testandi, quod leges maximè abhorrent, sicut etiam in simili videmus quod donatio facta in pœnā mutationis testamenti non valet, vt dixi supra li.prox.§.testamentum.quæst.95.

2 Et ex hac ratione in primis infertur, quod vbicunque ex donatione omnium bonorum quis non adimeret sibi facultatem testandi, talis donatio vtique valeret; puta si quis non donauerit omnia bona sua præsentia, & futura, sed bona sua præsentia tantum. & ita communiter concluditur, vt ait Rui.cons.178.nu.3.lib 1.& cōsi. 13.nu.3.lib.2. Hanc etiam conclusionem dicit esse communē Alc.in dicta l.fi.post nu.3.Claud.in leg.pactum, nu.4.C. de pactis. Poterit enim donator aliqua bona post donationem acquirere, & de illis testari.

3 Eademq; ratione, si quis simpliciter donauerit bona sua, valebit talis donatio: & ita tenent omnes, vt ait Corn.consil.152.in litera D.libr.3. In huiusmodi enim donatione simpliciter facta, non veniunt bona postea quæsita, secundum opinionem omnium Doctorum, vt dicit Bello.consil.5.in princ.subdens, quod hæc opin. est adeò firmata, vt quasi videatur audax temeritas velle contrarium tenere. Poterit ergo donator de istis bonis posteà quæsitis disponere, & testari.

4 Idem dicendum est vbi quis etiam verbis vniuersaliter conceptis donasset omnia bona sua. adhuc enim in tali donatione non veniunt bona futura. & ideò valebit donatio. Ita sentit glo.in d.l.fi.in verbo Acommodauerit: quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Dec.consi.225.nu.4.in fin. Et hanc conclusionem dicit esse communem Ias.cons.5.colum.2.versic.sed præmissis.lib.3.

5 Pariter etiam, si quis donauerit omnia bona sua mobilia, & immobilia, valebit talis donatio. est cōmunis opi. vt dicit Ias.in d.cons.5.colum.3.versi.Secundò pro ista lib.3.Dec.cons.414.nu.10. Nam præter quam quod in huiusmodi donatione non veniunt bona futura certum est quod secundum magis communem sententiam in donatione omnium bonorū mobilium & immobilium
b non veniunt iura, & actiones, *b* vt attestantur Doctores præalleg. & sic non est donatori adempta facultas testandi.

6 Sed quarto, nunquid valeat donatio ab aliquo simpliciter facta suæ hæreditatis. Respond. in hoc articulo variæ fuerunt opiniones Doctorum. nam aliqui tenuerunt quòd talis donatio valeat: & hanc opinionem dicit esse communem Purpurat. in dicta l. finali, numero 245. C. de pactis. Contrariam autem sententiam, scilicet quòd immo talis donatio non valeat, tenuit Bartol. in dicta l. finali, numero decimoquarto. Et hanc dicit esse magis communem Cagnol. in dicta l. finali, numero 223. & seq. Duennas in dicta regula, 219. in quarta ampliat. Quæ mihi etiam magis placet. Cum enim nomen hæreditatis comprehendat omnia bona, quæ quis tempore mortis suæ relinquit, non video quomodo dici possit per hanc donationem non adimi donatori facultatem testandi.

7 Sed quid si quis faciat alteri donationem causa mortis omnium bonorum suorum præsentium & futurorum, nunquid talis donatio valebit? Respond. quòd valet donatio omnium bonorum, post mortem collata. ita tenet glo. in dicta l. finali, in verbo Accommodauerit, quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Dec. in consilio 578. numero septimo, in fine. Ita etiam communiter teneri attestatur Imol. in rubr. extra, de testam. num. 5. Ias. in dicto consil. 5. colum. 6. versic. non obstat tertium, lib. 3. Curt. iun. consil. 81. num. 3. Poterit enim donator, ipsa donatione non obstante, alium hæredem instituere, qui licet teneatur postea donatario dare iuxta conuenta in donatione, poterit tamen retinere Falcidiam &c.

8 Secundò principaliter ex ratione superius posita, quòd scilicet donatio omnium bonorum non valet, ne quis eo modo amittere possit facultatem testandi, infertur quòd si donator in huiusmodi donatione reseruauerit sibi aliquid pro facultate testandi, donatio ipsa valebit. ita dicit Bart. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, numero sexto, & est communis opin. vt dicit Socin. iun. consil. 142. nu. 39. libro primo. Talis enim donatio non tollit in totum, sed solummodo restringit, testandi facultatem. Intellige tamen, vt illud quod reseruatur, non sit quid minimum, sed saltem excedat vigesimam partem illius patrimonij quod donatur.

9 Sed pone quòd donator sibi reseruauerit vsumfructum bonorum suorum: nunquid stante hac reseruatione donatio sustinebitur? Respon. Aut testator reseruauit sibi vsumfructum, hoc expresso, vt de eo posset in vita disponere: & non valet donatio: ita consuluit. Bart. consil. 76. incip. pater filio, & ita frequentiore calculo receptum est, vt ait Didac. libro 3. resolut. cap. 12. numero tertio. Ad hoc enim vt donatio omnium bonorum valeat, oportet quod illud quod donator sibi reseruat, sit eius conditionis, vt de eo testari possit. & hæc est communis omnium sententia, vt ait Didac. in dicto capitulo 12. circa finem. Aut verò donator sibi simpliciter reseruauit vsumfructum: & tunc communis opin. est quòd donatio ipsa valeat: & licet Pau. de Cast. in dicta l. finali, numero decimo, C. de pactis, tenuerit contrarium, scilicet, quòd immo non valeat: tamen contra eum est communis sententia, vt attestatur Didac. in dicto capitulo decimosecundo, numero quarto, quam etiam dicit receptam etiã apud Regiu Hispaniæ suprema tribunalia. Quæ multo magis procederet, si expressè donator sibi vsumfructũ reseruaret, cum facultate de eo disponendi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate.

ADDITIONES.

a Nihil valet.] *Vide ad hanc communem opinionem sex ampliationes per Duen. regu. 219. cum duabus ampliationibus. Item limita per Socin. reg. 108. quibus limitationibus similes sunt sex limit. data per Dec. in l. fin. C. de pact. & decem per Cagn. ibid. a num. 238. vsque ad numerum 272. Item donatio omnium bonor. haud potest fieri ab existente in articulo mortis per Cagnol. in dicta l. fi. num 217. valet tamen, quando fit ecclesiæ per Dec. in consil. 488 Ias. consil. 169 volum. 4 Alexan. in consil. 152. lib. 6. Ruin. in consi. 128. uol. 1. Fallit tamen hoc, vt per Ruin. in consilio 128 ubi sequitur, quando qui dedicauit omnia ecclesiæ. & ille cui dedicauit dedicationem non habebat mandatum. Item an procedat in donatione tacita atque præsumpta. Vide per Tiraquel. de legib. omnibus fol. 143. 176 178. Item donationem omnium bonorum si quis fecerit, quia donatarius prius accepit aliqua bona, ut tota temore eius uita gauderet, restringitur solum ad illa bona donatarij, non etiam ad alia bona donantis, per Roman. consilio 284. triplici ex fundamento.*

b Non veniunt iura & actiones.] *Ad idem per Franc. Aret. in consilio 54. & Cagn. in l. finali, numero 255. C. de pact.*

c Non valet.] *Donatio tamen de dimidia hæreditatis ua*
10 *let per Alban. cons. 4. nu. 32. Item quod in † donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium non ueniãt iura & act. oneq. nec nomen debitoris uide per Nattam in consil. 146. nu. 13 & 14. Item si quis dicat, dono tibi hæreditatem meam quod ualeat donatio, & intelligatur de bonis præsentibus, ut actus ualeat, uide pulcherrime per Craue. consi. 139. nu 6.*

d Præsentium & futurorum.] *Item quod talis donatio ualeat, si non interuenit cessio respectu iurium & actionum u de per Natt. consi 46. nu. 15.*

e Reseruauerit sibi aliquid.] *Item quod donatio omnium bonorum præsentium & futurorum reseruata certa quantitate uel re ualet, commune dixi in collect. mea comm. opin. in uerb donatio. nu. 27.*

f Vsumfructum.] *Item commune & fusius uid. ead. collecta mea. d. uerb. donatio. num. 31. & sustinetur donatio omnium bonorum, cum reseruatione usufructus, quando fructus haud sunt tenues, uide per Cranet. in consi. 222. uerum generaliter donatio omnium bonorum præsentiũ & futurorum cum reseruatione usufructus non ualet, per Dec. consil. 30 & 203. colum. 1. & in l. fin. C. de pact. & ibi per Cagnol, qui declarat quomodo debeat fieri ista reseruatio ad hoc ut operetur, num. 239. per Boer. decisione 204. num. 45. & in decis. 353. vt per Nat. consil. 146. in 4 oub. Quid si esset reseruatus usufructus cum iuramento ut. per Corn. cons. 176. uol. 2. dixi in reg. iur. contrac.*

g Testari possit.] *Adde commune etiam per Rol. consil. 39. sub nu. 3. ubi plene alios concordantes allegat. Giach.*

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum, an ualeat si sit iurata.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum nunquid annulletur in totum, an autem pro parte tantum uersic. Item quæro,*
3 *Donatio omnium bonorum facta ecclesiæ, an ualeat, uers. Vlterius quæro.*
4 *Donatio reciproca omnium bonorum facta inter fratres, uel socios, an ualeat, uersic Sed pone.*

1 Restat nunc, vt nonnullas quæstiones in hoc proposito occurrentes, breuiter explicemus. Et in primis quæro, an conclusio in proxima quæstione superius facta, quòd scilicet donatio omnium bonorum nihil valet,

a valet, habeat locum etiã si talis donatio sit iurata. *a* Respondeo, quod sic: nam huiusmodi donatio, cum auferat homini liberam testandi factionem, censetur contra bonos mores: & ideò non confirmatur iuramento. ita dicit Bart. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, nu. 3. & ita tenent communiter omnes Doctores, vt dicit Guid. Papæ cons. 214. nu. 5. Bertr. cons. 181. nu. 1. lib. 2. in 2. parte. Hanc etiam dicit esse communem Dec. in l. pactum q. dotali, nu. 1. & seq. C. de pact. quem refert Grat. consil. 19. nu. 12. lib. 1. Ripa lib. 5. responsorum, c. 14. nu. 2. Cur. iun. in d. l. fi. nu. 57. C. de pactis, quem refert Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchione Velez, fol. 211. nu. 42. & Didac. in rubrica de testa. in 2. parte; nu. 4. Cagnol. in d. l. fi. nu. 220. Soc. iun. cons. 44. nu. 35. libr. 2. Crauetta consi. 139. nu. 8. & seq. Duennas in d. reg. 219. in secunda ampliat. & ita etiam in simili videmus quòd testamentum iuratum potest, non obstante iuramento, quandocunque contraria voluntate reuocari, vt dixi sup. lib. 3. §. testamentum. q. 94. versic. sed quid si testator.

2 Item quæro, nunquid huiusmodi donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum annulletur in totum, an autem pro parte tantum. Resp. q annulletur in totum: & hæc est communis opin. vt ait Bal. in d. l. fi. n. 19. in fi. Cur. iun. in d. l. fi. post num. 61. ita q non sustinetur, neque respectu bonorum præsentium tantum, neque respectu futurorum tantum. & hanc opinionem dicit esse communem Guido Papæ consi. 214. post nu. 5. Purpurat. in d. l. fi. nu. 247. quem refert Duenn. in d. regula 219. in quinta ampliat. Facile posset disputando teneri contrarium, sicut etiam uidemus quod donatio nulla ex defectu insinuationis sustinetur vsque ad quingentos solidos, ut dixi supra q. 17. uers. sed quæro: In iudicando tamen non recedas à communi.

3 Vlterius quæro, nunquid conclusio locum habeat,
b etiamsi huiusmodi donatio esset facta Ecclesiæ. *b* Resp. q non, sed speciale est in Ecclesia, ut ualeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum illi facta. ita tenet Bart. loquendo per uerbum forté, in d. l. fin. nu. 13. & est communis opi. ut dicit Felin. in c. in præsentia, de proba. prout illũ refert Episcopus Loazes in suis alleg. pro Marchione Velez, fol. 246. num. 27. Ego tamen non reperio Felin. in d. c. in præsentia, attestantem de communi, licet ipse teneat hanc sententiam ibi, nu. 5. & 6. ubi loquitur de hoc articulo. Bene attestatur hanc esse communem Purpurat. in d. l. fin. nu. 242. Parif. in d. c. in præsentia, nu. 21. Cagnol. in d. l. fi. nu. 205. quem refert Didac. in rubrica de testa. in secunda parte, nu. 5. in fin. & Duennas in dicta regula 219. in prima limitatione. Si enim potest quis personam suam dedicare Ecclesiæ, multo fortius debet etiam posse dedicare Ecclesiæ omnia bona sua præsentia, & futura. Non tamen potest negari quin etiam magnæ sint auctoritates tenentium contrarium: & forte in puncto iuris illa est uerior: nihilominus si casus contingeret, propter fauorem Ecclesiæ non auderem à communi opin. recedere iudicando, aut consulendo.

4 Sed pone quòd duo fratres faciant sibi inuicem mutuam donationem omnium bonorum, uel ineant societatem, siue fraternitatem reciprocam: nunquid talis donatio ualebit? Resp. quòd sic, fauore agnationis conseruandæ. & ita communiter tenetur, ut ait Boer. decis. 355. nu. 3. & de hoc non est dubitandum, quia non solum inter fratres, sed inter quoscunque ualet donatio omnium bonorum post mortem collata, ut dixi supra q. proxima uers. sed quid si quis.

ADDITIONES.

a [Etiam si sit iurata.] *Item quod donatio omnium bonorum præsentium atque futurorum haud valeat, nec validetur iuramento commune, fusius ut. in collecta mea com. opinio. in verb. donatio, nu. 28. & 30. vbi etiam habes nu. 29 31. & 32. quibus casibus valeat. dicit tamen Natt. cons. 453. num. 16 quod licet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum haud valeat, tamen si sit iurata, quod valebit in præsentibus non in futuris, & cit. ad concord.*

b Vt valeat.] *Adde atque vide quæ dixi supra q. septima. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Donatio potest propter ingratitudinẽ reuocari, & hoc ex dispositione l. fin. C. de reuocan. don.*

2 *Et an propter alias causas quàm illas quinque expressas, in d. l. fi. ver. huius autem.*

3 *An si donatarius donatorem egenum alere recuset, ver. Quid ergo.*

4 *Donatio ob causam mortis an possit propter ingratitudinem reuocare, vers. Item quæro.*

5 *Donatio facta ecclesiæ an possit reuocari propter ingratitudinem prælati, vel capituli, vers. Item quæro.*

6 *An prælatus qui alicui contulit beneficium possit huiusmodi collationem ex causa ingratitudinis reuocare, ver. Sed hic quæro.*

7 *An valeat pactum, quod donatio non possit propter ingratitudinem reuocari, ver. Quæro etiam. Remissiue.*

8 *Facultas reuocandi donationẽ propter ingratitudinem non transit ad hæredes.*

1 NVnc de reuocandis Donationibus videamus. & in primis scire debes quod licet donatio perfecta de sui natura sit contractus irreuocabilis, vt dixi supra,
a q. 1. ver. & ex hac tamen tres sunt *a* principales causæ, propter quas potest donatio reuocari. Primo, propter ingratitudinem donatarij. Secundo, propter superuenientiam liberorum: Tertio, quia donatio sit inofficiosa de quibus omnibus sigillatim tractandum est. Dixi autem primo, quod donatio potest reuocari propter ingratitudinem donatarij: & de hoc est text. in l. fin. C. de reu. don. Quod quidem optima ratione sancitum fuit, ne liceat alicui bona aliena capere, & postea irridere donatorem, & ei malefacere.

2 Huius autem ingratitudinis multa possent exempla proponi, quorum quinque ab Imperatore in ipsa l. fin. recensentur. Sed nunquid etiam ob alias ingratitudinis causas in ipsa lege non expressas poterit donatio reuocari? Resp. quod sic: & ita tenet gl. in d. l. fi. in verbo. voluerit. & est communis opin. vt dicit Rip. ibi. q. 41. post nu. 144. vbi etiam post num. 164. attestatur ita cõmuniter teneri. Pro qua opin. facit, quia in simili videmus, quod potest filius à patre exhæredari etiam ob causas à iure non expressas, quæ tamen sint similes, seu maiores expressis, vt dixi supr. libr. 3. §. testamen. q. 41. vers. sed quæro.

3 Quid ergo si donatarius donatori indigenti alimenta denegauerit? cum enim negans alimenta quodammodo necare videatur, l. necare, ff. de libe. agnosc. negari non potest quin hæc legitima causa sit propter quam donatio prætextu ingratitudinis possit reuocari, & ita tenuit glo. in d. l. fi. in verbo Voluerit. & hæc est communis opi. vt attestatur Sal. in d. l. fi. prout illum refert Ripa in ea. l. fin. q. 49. quamuis in libro meo ego non repeiiam illum attestari de communi; & licet gl. in l. in condemnatione in gl. 1. in fin. ff. de regu. iur. teneat, quod regulariter donatarius non tenetur alere donantem, & illam sequi communiter Doctores attestatur

tur Bald. in d. l. fin. num. 7. quem refert Episcopus Loazes in suis allegat. pro Marchione Velez, fol. 172. num. 30. non tamen esse à prima opin. recedendum, quæ proculdubio est magis communis, & æquior. Quæ tamen intelligenda est vt procedat pro modo facultatum vtriusque, scilicet tam donatoris, quàm donatarij, & pro modo etiam rei donatæ; & si petantur, non autem aliter. Vide quæ dixi infra, hoc eodem lib. §. Feudum, quæst. 23.

4 Sed quæro, an hæc conclusio quæ habet, ꝙ donatio potest propter ingratitudinē reuocari, procedat etiam
b in donatione ob causam. *b* Resp. ꝙ non: ita tenet gl. in d. l. fin. in verbo Inueniatur, quam sequuntur communiter DD. vt dicit Ripa in d. l. fin. q. 43. Nā donatio ob
c causam non est propriè donatio, *c* neque liberalitas, sed potius quædam permutatio: meritò vbi causa sequatur, non debet propter ingratitudinem reuocari.

5 Item quæro, nunquid donatio facta Ecclesiæ possit reuocari propter ingratitudinem prælati, vel capituli. Resp. si quæratur de ingratitudine prælati tantum, vel capituli tantum, res minus habet difficultatis. certum est enim quòd neque solus prælatus, neque solum capitulum, possunt præiudicare ecclesiæ, vt dixi supra lib. 2. §. Prælatus. Maior est dubitatio, quando concurrit ingratitudo prælati, & capituli simul: & hoc casu Abb. in c. verum, nume. 3. de cond. appo. tenuit ꝙ potest reuocari. Tu verò tene contrarium, ꝙ s. non potest aliquo modo reuocari; quia donatio facta ecclesiæ censetur facta Deo. d. c. verum, qui non potest esse ingratus, cum sit omnium gratiarum liberalissimus largitor. & ita hanc sententiam dicit esse communem Ripa lib. 2. respon. c. 28. nu. 20. & in d. l. fin. in 52. q. vbi loquitur etiam in casu, in quo donator expressè in ipsa donatione apposuit pactum, quòd posset propter ingratitudinem reuocari.

6 Sed hic quæro, tu scis quòd prælatus conferens alicui beneficium ecclesiasticum, videtur quodammodo donare: nunquid si ille cui contulit beneficium, commiserit aliquam ingratitudinis causam in personam conferentis, poterit ipse ea ex causa collationem reuocare? Respon. quòd nō: ita tenet Io. And. & communiter Doctores vt dicit Abb. in cap. fin. nume. 9. de donat. Nam collatio beneficij non potest dici donatio, ex quo prælatus illam facit potius ex necessitate officij, quàm ex liberalitate. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doctores, Ripa in d. l. fin. nume. 158. & sequen.

7 Quæro etiam, nunquid valeat pactum appositum in donatione, quòd non possit propter ingratitudinem reuocari. Dixi infra hoc eod. lib. §. pactum.

ADDITIONES.

a Tres sunt.] *Verum aduerte, quia requiruntur etiam alia tria not. ab Ang. Aret. in §. alia autem. instit. de dona. nu-*
8 *mero 10. qui nu. sequen. dicit etiam, † quod beneficium reuocandi propter ingratitudinem, quo donans haud fuit vsus, non transit ad eius hæredes.*

b Ob causam.] *Et quando vere dicatur donatio ob causam, dixi inf. q. vlt.*

c Donatio.] *Vt tradit Cur. consilio 85. & 136. & dixi. d. vlt. q.*

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione l. si vnquam C. de reuoc. donat.*
2 *Et quid si testator tempore donationis de liberis cogitauit, ver. Ex qua.*
3 *Quid si tempore donationis habebat filios, quibus deinde mortuis alij superuenerint, ver. Secundo infertur.*
4 *Quid si pater in donatione renunciauerit dispositioni, d. l. si vnquam, ver. Tertio infertur.*
5 *An dispositio d. l. si vnquam, locum habeat etiam in donatione partis bonorum, vel rei alicuius particularis, versi. Quarto infertur.*

1 SVbsequens causa reuocandæ donationis à iure tradita est superuenientia liberorum, quæ quidem materia videbitur fortè nonnullis omitti potuisse, cùm de ea extent duæ repetitiones amplissimæ in l. si vnquam, C. de reuocandi donationibus altera quidem Ripæ, altera verò Tiraquelli, in quibus nihil ferè omissum est. Nolui tamen videri aliqua in re in totum defecisse. Attingā igitur solummodo aliqua capita earum quæstionum, quæ in practica frequentius occurrunt, easque quā breuissime fieri poterit, explicabo: reliquas studiosus Lector in prædictis repetitionibus diffusissime tractatas inueniet. Facienda est ergo in primis conclusio, quòd si post factam donationem superueniant liberi ipsi donatori, donatio reuocatur ex dispositione d. l.
a si vnquam, *a* de reuocan. donatio. secūdum communem intellectum, vt attestatur Rui. consi. 107. nume. 22. lib. 1. Licet enim illa lex loquatur de donatione facta libertis, est tamen generaliter intelligenda, vt scilicet locum habeat, non solum in donatione facta libertis, sed etiam facta cuilibet extraneo. ita dicit glo. in d. l. si vnquam. & ita communiter tenetur, vt ait Imol. in c. fin. nume. 12. circa fi. de don. Hanc etiam opi. dicit esse communem Corne. consi. 4. in litera A, circa fin. lib. 3. & consi. 11. in litera Z. eod. vol. Ripa in d. l. si vnquā, in secunda q. vbi dicit ꝙ hæc est communis opi. Legistarum & Canonistarum. Et dicit Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo, Libertis, nu. 84. quòd hæc opi. est humanior & receptior, & quòd eam practica, & vsus ita mordicus retentat, vt ab eius faucibus eruere nemo queat. Non enim est verisimile, ꝙ quis velit in sua successione extraneū filijs præferre: & sic vtroque casu militat eadem ratio, super qua fundatur dispositio d. l. si vnquam, quæ est verisimilis mens donantis, quia scilicet si tempore donationis de filijs cogitasset, huiusmodi donationem non fecisset, vt dicunt communiter Docto. teste Corn. consi. 206. in litera P. libr. 3.

a Ex qua quidem ratione in primis infertur, quòd si tē-
b pore donationis donator de liberis cogitasset, *b* non esset locus dispositioni d. l. si vnquam. & ita communiter tenetur, vt ait Soci. consi. 53. nume. 7. lib. 4. Ias. consil. 125. col. 2. & 3. lib. 1. quem refert Soc. Iun. consi. 67. nume. 51. lib. 2. ita etiam communiter concludi attestatur Alba consi. 102. nume. 2. puta (secundum aliquos) si donatio esset facta in contractu matrimonij: nam eo casu vtique præsumitur donator de liberis cogitasse, quorum suscipiendorum causa solent matrimonia contrahi. si ideò talis donatio non reuocatur ex dispositione d. l. si vnquam. ita dicit Signo. consi. 69. post nu. 12. vers. præterea cùm mater, & est communis opin. vt dicit Tiraq. In d. l. si vnquam. in præf. num. 71. quem refert Boer. decis. 159. nume. 9. licet illum corrupte alleget in verbo, prius, nume. 62. & cum seq. Hæc tamen conclusio mihi non multum placet, & videtur apertè repugnare cōmuni regulæ, quod scilicet debet expressè constare, ꝙ donator de liberis cogitauerit, & ꝙ in dubio præsumitur non cogitasse: quæ regula colligitur ex dictis Bar. in d. §. Imperator. nu. 8. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Soci. in l. 2. in prin. col. 1. ff. sol. matr. & si opi. Signor. vera esset, idem & multo fortius, esset dicendum in quocunque coniugato habili ad prolem suscipiendam: quod iudicio meo esset valde absurdum.

5 Secundò infertur, quòd si donator tempore donationis iam habebat filios, etiamsi alij filij deinde superueniant, non debet donatio reuocari: & ita colligitur ex verbis ipsius l. si vnquam, ibi, filios non habens, à contrario sensu. Sed quid si pater habens filium iam natũ, illi donationem fecerit, numquid si postea alij filij superueniant, donatio ipsa reuocabitur? Respond. hic casus non est comprehensus in dispositione d. l. si vnquã, sed cadit sub dispositione leg. si totas. C. de inoff. donat. & ideò dicimus quòd talis donatio facta filio, reuocatur propter superuenientiam aliorum filiorum, nõ quidem in totum, sed tanquam inofficiosa reuocatur solummodo vsque ad legitimam partem bonorum filijs postea natis competentem: & ita tenent communiter Doct. vt dicit Corn. cons. 11. in litera Z. libr. 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bertrand. consilio 163. post num. 4. lib. 2. in secunda parte; Ripa in d. l. si vnquam, quæst. 47. Socin. iun. consil. 83. num. 20. libr. 3. licet postea nu. 28. videatur inclinare in contrariam sententiam: Tiraq. in d. l. si vnquam. in verbo, Libertis, num. 75. & seq. Didac. lib. 1. resolut. c. 19. num. 1. Si autem esset facta extraneo, bene reuocaretur in totum, vt dixi infra, q. 24. ver. aut verò.

4 Tertiò infertur, quòd si pater in donatione ipsa renunciauerit beneficio l. si vnquam, donatio ipsa non reuocatur, ex quo proculdubio pater renunciando ipsi legi censetur de liberis cogitasse. Hoc autẽ de plano procederet, præsupponendo quòd pater posset in præiudicium filiorum renunciare dispositioni d. l. si vnquã: sed hic articulus est adeò dubius, vt vix discerni possit quæ opin. verior sit, aut magis communis, vt dicit Grat. consil. 50. num. 65. lib. 1. quòd super hac q. est tanta disputatio quod indigeret constitutione Imperatoria, cũ hinc inde fuit infiniti Doctores attestantes hinc inde esse cõmunem opin. In primis autem Bartol. in l. Titia. § Imperator, nu. 7. ff. de leg. 2. tenuit quòd potest pater in præiudicium filiorum renunciare beneficio d. l. si vnquam. Et hanc opin. dicit esse communem Soc. consil. 147. numero 17. lib. 1. & consil. 263. num. 13. lib. 2. quem refert Natta consil. 125. num. 1. & Ias. in l. si quis in conscribẽdo, num. 8. C. de pactis, & consilio 225. col. 3. lib. 1. Deci. in d. l. si quis in conscribendo, num. 24. Bertran. consil. 192. ante fin. lib. 2. in prima parte, & consil. 32. colum. 2. lib. 3. in prima parte, & consil. 179. num. 1. lib. 2. in secunda parte, & consil. 220. num. 8. libr. 3. in secunda parte: Ripa in d. l. si vnquam, quæstio. 51. & libr. 3. respons. cap. 15. circa fin. Tiraquell. in d. l. si vnquam. in præfat. num. 174.

Contrariam verò sententiam, scilicet quòd imò non possit pater renunciare dispositioni dictæ legis in præ- d iudicium filiorum, multi quoque tenuerunt. & dicit Socin. in l. cum auus, colum. 19. ff. de condit. & demonstr. quòd hæc est communis opin. Modernorum. Hanc ẽt opin. dicit esse communem Alciat. in l. pacta quæ contra. C. de pactis. Parif. consil. 73. nume. 32. lib. 1. vbi recenset auctoritates, Socin. iun. consilio 137. num. 2. libr. 2. Et sic, vt vides, hic articulus tam propter auctoritates, quàm propter rationes hinc inde adductas, est valde dubius, & periculosus. & reuera connumerando decisiones Doctorum, suspicor opinio. Bart. q. scil. cet posse renunciare, esse magis cõem: Sed contraria opin. mihi semper magis placuit, nunquam enim potui mihi persuadere, quod dispositio d. l. si vnquam, non sit inducta tam fauore filiorum, quàm ipsius donantis, hæc etiam opinio est proculdubio magis æqua & benigna, & se- a cundum eam pluries fuisse iudicatum, attestantur Doctores supra allegati: & in hanc pariter inclinauit senatus in causa D. Hieron. Louati. Tamen pro concordia posset ita distingui: Aut non constat, quòd donator voluerit renunciare dispositioni dictæ l. si vnquam quia,

c scilicet in genere tãtum renũciauit omnibus legibus, & omni iuris auxilio, vel huiusmodi, nulla facta mentione dispositionis d. l. si vnquam: & hoc casu intrepide tenendum est cum opinione negatiua, quòd nullo modo censeatur renunciatum d. legi, & sic quòd tali renũciatione non obstante, donatio ipsa superuenientibus liberis reuocetur. Aut verò fuit renunciatum in specie dispositioni l. si vnquam: & tunc si quidem donans erat maior 25. annorum, posset teneri opin. Bartol. quòd potuerit renunciare, & quòd donatio propter superuenientiam liberorum non reuocetur: Aut erat minor: & tunc teneo quòd talis renunciatio nihil prorsus operetur. neque in hoc facio vim an in donatione sit appositum iuramentum vel non: sicut enim donatio etiam iurata reuocatur, ex dispositione l. si vnquam, vt dixi infra quæstio. 23. idem dicendum est, etiamsi addita sit renunciatio d. legis. Qua enim facilitate minor inducitur ad donandum, eadem etiam inducitur ad renunciandum, & iurandum, maximè attento quòd hodie in omnibus instrumentis passim, & indistinctè notarij apponunt iuramentum, cuius virtutem plerique contrahentiũ ignorant. sed vbi donans est maior, & in specie renunciauit dispositioni l. si vnquam, fortè tutius esset (vt dixi) tenere cum Bart. nam dispositio d. l. si vnquam, fundatur in præsumpta mente donantis, quæ cessat vbi de contraria eius mente expresse apparet: & hoc multo magis procederet, si donatio esset iurata, & maximè si iuramẽtum esset in specie appositum ipsi renunciationi: & secundum hanc distinctionem, si casus contigeret, consulerem, & iudicarem.

5 Quarto infertur, quòd ad hoc vt sit locus dispositioni d. l. si vnquam, necesse est donationem esse tantæ importantiæ, quam verisimiliter donator non fecisset, si de filijs cogitasset. Habebit ergo proculdubio locum dispositio d. l. in donatione omnium bonorum, sed & in donatione maioris partis bonorum, imò etiam in donatione cuiuslibet partis bonorum, etiam infra dimidiã, & hæc est commu. opin. vt ait Ripa. in l. 1. numer. 6. C. de pact. & in d. l. si vnquam. in 7. quæst. quem refert Arelat. in Apostil. ad Alcia. de præsump. in 1. reg. præsum pt. 13. num. 2. Tiraq. in d. l. si vnquam. in verbo Omnia vel partem aliquam, num. 24. quem refert Didac. libr. 1. resolu. cap. 19. circa finem. Fortius etiam (secundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei particularis, & hanc esse communem opinionẽm attestatur Ruin. consil. 173. num. 13. in fin. libr. 1. Ripa in dict. l. si vnquam. in 8. quæst. quem refert Arelaten. in loco proxime allegato: Soc. iun. consil. 83. num. 19. lib. 3. Et quòd dispositio d. l. locum habeat etiam in donatione rei particularis, quæ sit magni valoris, dicit esse cõem Claud. in l. ex facto, post num. 11. ff. de vulg. Cæterum si esset donata res modici momenti, certe talis donatio minime propter superuenientiam liberorum reuocatur, ita tenet Imol. loquendo per verbum fortè, in cap. fi. num. 21. de donatio. & est communis opi. vt ait Dec. consil. 181. nu. 3. Nõ enim est verisimile quod donator, etiã si de liberis cogitasset, ab huiusmodi donatione abstinuisset. Et hoc casu bonum esset habere iudicem fauorabilẽ, Nam quæ donatio dicatur magna, vel parua, inspecta qualitate personarum, standum est iudicis arbitrio, iuxta ea quæ dixi supra, lib. 2. § Iudex.

ADDITIONES.

a Donatio reuocatur ex dispositione d. l. si vnquã.] *Sed an hoc casu retro transferatur dominium, & possessio in ipsum donantẽ absque traditione? An vero requiratur traditio Ruin. quòd sine traditione, sed ipso iure, in consil. 173. columna penultima. Habet etiam locum d. l. dispositio, quando res donata est talis, quam verisimiliter arbitrio*

bitrio boni viri pater nõ donasset si filium postea natum habuisset, per ea quæ tradit Ruin. *in consil. 124. item procedit in re particulari notabilis valoris per eundem consilio 98. numero 19. & consil. 107. colum. fi. libr. 1. item procedit quando filius natus statim moritur. Corn consil. 176 col fi vol. 2. Item habet locum in renunciatione post ius quæsitum,* Ruin. *consil. 98. num. 10.*

Cogitasset.] *Adde per Tiraq. d. l. si vnquam, cap. 31. Socin in consil. 263 in fi. vol. 2. & in rubric. ff. de liber. & posthum. Et quomodo intelligatur per Ruin. consil. 98. nu. 22. vol. 1. Et quando cogitauit de liberis, quomodo intelligatur vide per Ias. in cons. 226. libr. 2. An procedat in filio legitimato, quod non; hoc cõsil. 226 libr. 2. Dec. 366. col. 2. Rom. 164. quod sic. Vid.* Ruin *consil. 173. Sed quid in legitimato per subsequẽs matrimonium, vide per Boer. decisio. 159. Non procedit in donatione minima. Decius consil. 366. colum. 4. Ias. in l. prima in 5. not. & ibi etiam Dec C. de pact. Item non procedit in donatione propter bene merita per Dec. d. cõs. 366. & 20. & in d. l. prima col. 2. Rom. cons. 26. Rol. consil. 5. num. 12. vol. primo in cons. 76. nu. 16. in secundo in cons. 13. num. 31. in 3. Natta consilio 674. col. 7. & vide per Apost. ad Dec. d. consil. 22. Item non habet locum quando tempore donationis donans habebat filium, & facta donatione ipsum legitimauit. Castr. cons. 433. quem tamen vi. 432. & Boer. decisio. 59. An procedat quando maritus promisit pro uxore, quod habebit ratam quæ deinde contrafaciat. Soc. in cons. 215. col. fi in secundo, & 22. in 3. Item an procedat in donatione iuris patronatus. Dec. in cons. 675. Item an procedat quando filius donat. patri. Dec. cons. 182. in fi. Rub. cons. 90. licet contrarium voluerit* Ruin. *cons. 98. num. 28. sed quid de renunciatione facta per masculinum. Boer. d. decisio. 159. Item an procedat quando donatio fit in contractu matrimonij. Soc. in l. 2. ff. sol. matrem. Ias consil. 171. uol. 4. Boer. decisi. Item an procedat, quando partim uendatur, & partim donatur. Socin. in cons. 22. uol. 3. Et donatione reuocata in uim d. l. an possit donatarius ingredi possessionem bonor. quod non. Sed pertinet ad filium natum. uide per* Rum. *in consil. 137. col. 3. uol. 1.*

c In genere tantum renunciauit.] *Item quòd renuntiatio debeat esse in specie & nominatim facta, & non in genere tradit* Ruin. *in cons. 173. num. 12.*

d Magni valoris.] *Dixi supra. Giach. I. V. C.*

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. si unquam, an locum habeat etiam si in donatione appositum fuerit iuramentum.*
2 *Et an locum habeat in donatione facta ecclesiæ, uersicu.* Quæro etiam.
3 *An locum habeat in donatione ob causam, uersic. Item quæro.*
4 *An habeat locum in legatis, uersic. ulterius quæro.* Remissiuè.
5 *An habeat locum in legitimatione filij spurij, uel naturalis uer. Successiuè quæro.* Remissiuè.
6 *An habeat locum si post donationem nascatur donanti filius naturalis tantum uer. Sed quæro.*
7 *Quid si natus esset ante donationem sed fuerit post ipsam donationem legitimatus, uersiculo. Sed quid si filius.*
8 *An reuocatio quæ fit ex dispositione d. l. si unquam fiat ipso iure, uer. Præterea quæro.*
9 *Quid si liberi post donatio reconualescat, uers. Vltimo quæro.*
10 *An si donator uiuens nihil dixit possint eius hæredes donationem ipsam reuocare. uer. Sed quid si pater.*
11 *In quacunque dispositione subintelligitur clausula rebus sic stantibus.*

1 STat ergo firma conclusio, quòd propter superuenientiam liberorum donatio reuocatur. Quæro nunc, an hæc conclusio locum habeat, etiam si in ipsa dona-
a tione appositum sit iuramentum, *a* vt scilicet adhuc nõ obstante iuramento reuocetur. Respond. quod sic: ita tenet Bart. in d. §. Imperator. num. 11. & est cõis opin. vt dicit Corne. consil. 30. in fin. libr. 4. Socin. consilio 215. num. 2. lib. 2. quod est duplicatum in consil. 22. num. 7. lib. 4. Bertran. consil. 175. post num. 12. lib. 1. in secunda parte. Ripa in d. l. si vnquam, in 3. quæst. & lib. 3. responsorum, c. 15. num. 17. Paris. consil. 72. num. 15. libro primo. Nam iuramentum semper debet intelligi rebus sic
b stantibus: *b* meritò vbicunque post dispositionem iuratam tale quid superuenit, quod tempore iuramenti præstiti verisimiliter dispositionem ipsam impediuisset, nõ debet iuramentum aliquid operari: & hoc proculdubio procedit, vbi in tali donatione iurata, non fuerit in specie, nec in genere renunciatum dispositioni l. si vnquam. & in hoc omnes conueniunt, vt dicit Tiraqu. in præfa. d. l. si vnquam, nu. 174. Si verò fuerit renunciatum, dixi supra versi. Tertio infertur.

4 Quæro etiam, an dispositio d. l. si vnquam, habeat locum etiam in donatione facta Ecclesiæ. Respon. quòd sic: verum, cùm ecclesia regulariter sit loco filij, vt dixi infra lib. 7. §. ecclesia, non reuocatur, nisi vsque ad legitimam filijs postea natis competentem, vt in donatione facta vni ex filijs, dixi supra quæst. proxima, versic. sed quid si pater. ita tenet Bart. in §. Imperator, numer. 6. & est communis opin. vt ait Socin. consil. 53. post num. 6. lib. 4. Ripa in rep. dict. l. si vnquam, quæstio. 49. Rub. in reper. d. §. Imperator, numero 226. Fortun. in tracta. de vltimo fine, illatione 16. Didacus libr. 1. resol. capit. 19. post num. 5. vers. quæstioni. Hæc tamen opin. mihi semper visa fuit dura, nam monasterium non habetur loco filij, nisi in casibus à iure expressis, vt dixi in allegato §. Ecclesia, tamen in practica credo, quòd ecclesia obtineret, nisi Episcopus vellet secundum conscientiam restituere totam donationem; & iudicio meo, si id faceret, bene & laudabiliter faceret, vt notatur in c. fin. 17. quæst. 4.

3 Item quæro, an dispositio dictæ l. si vnquam, locum habeat etiam in donatione ob causam. Respond. quòd non: & est communis opin. vt dicit Soci. in l. 2. in princip. column. 1. versic. Secundò respond. ff. soluto matrimo. Ias. consil. 171. num. 1. in fin. libr. 4. Nam huiusmodi donatio, cùm habeat causam annexam, non autem fundata sit in sola liberalitate, non debet propter aliquid aliud quod superueniat, reuocari. Sed hoc intellige, quatenus causa æquiualet donationi. Nam in eo quod excedit, non censetur donatio ob causam, sed donatio simplex. Eademque ratione dispositio d. l. si vnquam, nõ habet locum in donatione remuneratoria. Ita tenet Bald. in d. l. si vnquam, in secunda lectura. Et est communis opin. vt ait Decius consil. 366. num. 10. & dicit Ias. consilio 154. num. 2. in fin. libr. 2. quòd ab ista sententia nemo discrepat: Ripa in d. l. si vnquam, q. 14. Talis enim non dicitur propriè donatio, vt dixi supra q. 3. In ellige tamen, quatenus merita æquiualent donationi, iuxta ea, quæ statim dixi.

4 Vlterius quæro, an dispositio d. l. habeat locum etiã in legatis. Dixi supra lib. 3. §. legatum.

5 Successiuè quæro, an habeat locum etiam in legitimatione filij spurij, vel naturalis, vt scilicet talis legitimatio per superuenientiam filiorum legitimorũ, & naturalium reuocetur. Dixi supra, lib. 2. § filius.

6 Sed quæro, nunquid dispositio d.l.si vnquam, locum habeat non solum quando post donationem nascuntur filij legitimi, & naturales, sed etiam quando nascitur filius naturalis tantum, qui postea legitimatur, ita vt etiã eo casu, donatio iam facta reuocetur. Respon. quod sic. ita tenet Ioan. And. in addit. ad specul. de success. ab intestato, circa fin. in Apost. magna. Et est communis opinio, vt dicit Paris. cõs. 72. nu. 22. lib. 1. Huiusmodi enim filij æquiparantur legitimè natis: & ideò disposita in legitimis, etiam in istis locum habent.

7 Sed quid si filius naturalis iam esset natus tempore donationis, sed post donationem fuerit legitimatus, nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimationem? Respondeo quòd non. Et est communis opin. vt dicit Paris. in alleg. consi. 72. num. 24. Hoc enim casu nulli dubium esse potest, quin de ipso filio iam nato, & etiam de eius legitimatione verisimiliter testator cogitauerit.

8 Præterea quæro, nunquid huiusmodi reuocatio donationis, quæ fit ex dispositione d.l.si vnquam, fiat ipso iure, immediatè quòd nascuntur filij. Respondeo quòd sic, vt expressè colligitur ex verbo Reuertatur, posito in ipsa lege, quòd importat dispositionem legis, nullo hominis ministerio interueniente, ita tenet gloss. fin. in dict. l. si vnquam. & ita communiter ferè ab omnibus tenetur, vt dicit Corn. consil. 4. circa princ. libr. 3. Hanc etiam opin. dicit esse communem Corne. consil. 11. in litera R. lib. 3. Rube. in reper. d. §. Imperator, num. 182.

9 Vltimò quæro. Pone quòd donator susceperit liberos: illi tamen liberi ipso adhuc superstite moriantur: nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reconualescet? Respon. Bart. in d. §. Imperator, nu. 10. tenuit, quòd non: sed in contrarium est magis communis opi. vt attestatur Rube. in reper. d. §. Imperator, num. 49. & seq. Cessat enim ratio coniecturatæ mentis donatoris, super qua fundatur dispositio d.l.si vnquam. Quæ quidẽ conclusio intelligenda est vt procedat, quando pater mortuis filijs donationem ipsam tacitè, vel expressè nõ reuocauit: aliàs secus.

10 Sed quid si pater quidem donationem non reuocauerit, imò permiserit semper donatarium res donatas possidere, nunquid poterunt eius hæredes donationem ipsam reuocare. Respon. quòd non: & hæc est magis cõmunis opin. vt ait Rub. in d. §. Imperator, num. 53. & seq. Videtur enim hoc casu donator satis declarasse voluntatem suam, quòd nolebat donationem reuocare: ideò illi non possunt eius hæredes contrauenire.

ADDITIONES.

a Appositum sit iuramentum.] *Adde atque vide per Soc. cons. 22. vol. 3. Corn. cons. 176. in fi. vol. 1. Fran. Aret. cons. 24. quatuor dubia, col. 1. Rom. in cons. 269. non est dubium & 26. pro decisione. Boer. d. decisio. 159. Et plenius de istius l. dispositione dixi in reg. iuris contra c. atque etiã in li. iuris intellec. collec.*

b Rebus sic stantibus.] *Item quòd in quacunque disposi-*
11 *tione † semper subintelligatur ista tacita conditio & interpretatio, rebus, & terminis sic stantibus, atque se habentibus; secus si contingat mutatio aliqua per quam a tali dispositione recedi oporteat, per Craues. consil. 25. nu. 1. consil. 264. col. antepen. in prin. Dec. consil. 335. num. 3. Rom. in l. si. ff. qui satisd. cogan. Alba. cons. 74. nu. 2. consil. 77. num. 31. Rol. plene cons. 1. vol. 2. Natt. consil. 548. nu. 21. vbi idem etiam in casu iurato. Idem intelligitur, cum superuenit aliquid noui, quod nullo modo extabat, nec de quo fuerat cogitatum, vt per Menoc. in cons. 219. num. 29. Et de viribus istius clausulæ vide etiam per Afflic. decis. 318. sub nu. 4. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inofficiosa facta vni ex filijs, vel etiã extraneo, potest per alios reuocari, ver. Scire debes.*
2 *Et quid si sit inofficiosa re tantum, vel consilio tantum, ver. Aut vero.*
3 *Quid si sit iurata, ver. Hac autem.*
4 *An filius cui pater aliquid reliquit possit donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare, versi. Sed quid si pater.*
5 *Quid si pater alienauit bona titulo oneroso, an sit locus reuocationi, ver. Et hac quidem.*
6 *Donatio inofficiosa quot modis dicatur.*

1 DIxi etiam, aliam esse causam propter quam donatio posset reuocari, quando scilicet esset inofficio
a sa. a Hæc est pulchra, & subtilis materia, & aliàs intellexi quod magnificus D. Camillus frater meus adhuc valde iuuenis, cum ego nondum natus essem, disputauit in hac materia in ciuitate Alexandriæ centum conclusiones, per decem dies continuos, argumentantibus Doctoribus venerandi nostri collegij, qui eo tempore excedebant num. 30. de qua disputatione mentionem facit, & illum appellat Iurisconsultum acutissimum, D. Rubeus Alexandrinus conciuis meus, in epistola nuncupatoria posita ante repetitionem, quam edidit super d. §. Imperator, vbi elegãter tractat hanc materiam, & dicit quòd in illis circulis orta fuit contentio inter ipsum Dominum Rubeum, & patrem meum, quem appellat senatorem dignissimum, & iurisconsultum præstantissimum.

Scire debes, quod ad reuocandam donationem, vltra remedium l. si vnquam, de quo in præcedentibus quæstionibus, est etiam à iure prodita querela inofficiosæ donationis, de qua toto titulo C. de inoff. donatio. & in d. §. Imperator. Vt ergo bene intelligas hanc materiã, distinguendi sunt nonnulli casus. Aut enim quis donat extraneo omnia sua bona vel eorum partem, quam verisimiliter, si de filijs cogitasset, non donasset: & hoc casu per remedium d.l.si vnquam, ipsa donatio superuenientibus filijs donatori, in totum reuocatur, vt dixi in præcedenti q. per totam q. Aut verò pater habens vnũ filium, illi donauit omnia bona, vel eorum partem, quã verisimiliter non donasset, si alios filios suscipere cogitasset, & hoc casu si alij filij superueniant, reuocatur vsque ad legitimam tantum. & ita procedit text. in l. si totas, C. de inoff. donat. vt dixi supra quæstio. 22. versic. secundò infertur: & hæ duæ reuocationes fundantur super verisimili mente donantis.

2 Aut verò quis non agit ad reuocationem donationis, sub prætextu quòd verisimiliter donasset de ipsis filijs cogitasset, donationem non fecisset, sed tanquam quod donatio ipsa sit inofficiosa. & intellige quòd donatio tunc dicitur inofficiosa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima liberorũ. Et hoc casu adhuc est distinguendum: nam aut talis donatio est facta vni ex filijs: & tũc siue donatio sit inofficiosa re tantum, siue sit inofficiosa re & consilio, nunquam reuocatur nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum, l. si liquerit, C. de inoff. do. ita tenet Bartolus in d. §. Imperator, numero 1. & est communis opinio, vt ait Pacius in l. post contractum, post nu. 3. ff. de donat. Beroi. consil. 579. post num. 8. lib. 2. in secunda parte. Facit, quæ dixi supra quæst. proxima in d. versic. Secundò infertur. Aut verò est facta extraneo: & tunc si est inofficiosa

retan-

re tantum, reuocatur solummodò vsque ad legitimã.
tex. est in l. 1. 2. & 3. C. de inoffi. donat. Si verò est inof-
ficiosa re & consilio, reuocatur in totum. ita tenet Bart.
in d. §. Imperator, post num. 1. Et est communis opin.
vt dicit Aret. consil. 47. post num. 3. Socin. inter consilia
Curt. Sen. consil. 2. nu. 1. Ias. in Auth. vnde si pares, cir-
ca fi. C. de inoff. test. Picus in d. l. post contractum, num.
6. Curt. Sen. consil. 1. num. 39. Paris. cons. 72. nume. 28.
& seq. lib. 1. & consil. 73. num. 26. & seq. eod. vol. Nat-
ta consil. 126. num. 3. Soc. iun. cons. 67. num. 55. libr. 2.
Dicitur autem donatio inofficiosa re & consilio, quan-
do pater ex proposito illam facit ad præiudicium filio-
rum; & sic vltra læsionem, quæ re ipsa interuenit, con-
currit etiam animus, & consilium paternum in damnũ
filiorum. Et hæc nota ad intelligentiam terminorum,
quos multi ignorant.

3 Hæc autem omnia, quæ superius dicta sunt de inof-
ficiosis donationibus reuocandis, locum habent non
solum in donatione simpliciter facta, sed etiam in do-
b natione iuramento confirmata, *b* adhuc enim potest, nõ
obstante iuramento, reuocari. ita dicit Bart. in d. §. Impe
rator, num. 5. & est communis opinio. à qua nemo di-
screpat, vt ait Curt. Sen. in dict. consil. 1. num. 15. quem
refert Didac. libr. 1. resolut. cap. 19. vers. cæterum. Cum
enim dispositio tituli de inoffic. donat. si introducta fa-
uore filiorum, non debet patris iuramentum in eorum
præiudicium aliquid operari.

4 Sed quid si pater ipsi filio aliquid reliquit, nunquid
c poterit adhuc donationẽ inofficiosam extraneo factã *c*
in totum reuocare? Respondeo quòd non. sed hoc ca-
su solummodo reuocat vsque ad legitimam. ita dicit
Bartol. in d. §. Imperator, post numerum 1. & est com-
munis opin. vt attestatur Bertrand. cons. 38. num. 3. libr.
1. in secunda parte: Sicut etiam videmus quòd filius,
cui aliquid est titulo institutionis relictum, etiam mi-
nus legitima, non potest testamentum impugnare, sed
tantummodo petere ipsius legitimæ supplementum, vt
dixi supra, lib. 3. §. testamentum, q. 38.

5 Et hæc quidem conclusio locum habet in his tantũ,
quæ pater donationis titulo in alium transtulit. Sed si
pater aliquid alienauerit titulo oneroso, eo casu non est
locus reuocationi. & licet Bartol. in l. non vsque adeò,
post numero 1. ff. si quis à paren. fue. man. tenuerit con
trarium, scilicet quòd imò potest reuocare saltem vsque
ad legitimam, tamen magis communis opin. est, quòd
nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legitimã.
& ita hanc opin. contra Bart. dicit esse communẽ Rub.
in d. §. Imperator, num. 30. & seq. ff. de legat. 2. Picus in
d. l. post contractum. num. 13. circa fin. & num. 15. vbi
loquitur etiam quando fraus patris in ipsa alienatione
interuenit. Quæ tamen conclusio mihi semper visa fuit
nimis rigorosa: & ideo vbi appareret quòd ille tertius
fuisset particeps fraudis, libenter inclinarem in senten-
tiam Bar. vt scilicet esset locus reuocationi, saltem vsque
ad legitimam. & hæc opi. æquior est, vt omnes fatentur.

ADDITIONES.

a Inofficiosa.] *Et donatio inofficiosa quot modis dicatur,
vide per Paulum Castr. in consil. 353 dubitatio. vol. 2. So-
cin. cons. 18. lib. 3. Item ad sciendum quæ sit inofficiosa in
spicitur tempus donationis. Crau. cons 40. quem vide.*

Esset inofficiosa.] *Adde hic, quòd si donatio sit inof-
ficiosa, puta, quia natis filijs pater donat bona sua extra-
neo tunc reuocatur fauore filiorum. Si vero donatione fa
cta contingat nasci filios reuocatur vsque ad legitimam.
Item vbi donatio venit reuocanda per titu. de inofficiosa
donatio. non reuocatur ipso iure ex præsumpta mente do-
nantis, de istis trib comm. opin. vide in collect. mea com-
mun. opinio. verb. donatio, numero 7. 8. 9. Item dona-
tio inofficiosa re & consilio facta extraneo, an in totum
reuocetur, vide per Tiraquell. in leg si vnquam. C. de re-
uoc. don. fol. mihi 306. & Franc. Aret. cons 47 Nec re-
uocatur à filijs per actionem Caluisianam siue Fauianã,
per Cor. consi. 178. col 8 vol. 2. Item donatio tanquam in-
officiosa reuocatur, quando etiam filius habuit legitimam
suam titulo donationis, puta mater donauit simpliciter fi-
lio suo centum. Et postea donauit residuum bonorum pio
loco, nam filius querelare potest, quia donatio sibi facta
haud imputatur in suam legitimam, vide per Soc. consilio
18. & seq. vol. 4. Vltimò scias, quòd donatio etiam inoffi-
ciosa ad pias causas reuocatur saltem usque ad legitimã.
vide per Ias. in cons 141 vol. 4. Item vide per Dec. in con-
sil. 297. col. 1. ver. conclusio sit.*

b Iuramento confirmata.] *Item quòd donatio inofficio-
sa nõ ualidetur iuramẽto, uide per Ias. in cons. 141. uol. 4.*

c Extraneo factum.] *Item quòd donatio inofficiosa re, &
consilio facta extraneo possit in totũ reuocari uoluit Vgo
linus antiquus glossator quem magis cõiter sequuntur Do
ctor. in l. 1. C. de inoff. donat. & Doc. in d §. Imperator. ut
attestatur Soc. in cons. 126. col. 1. uol. 3. Giachar I. V. C.*

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ob causam causa nõ secuta ipso iure reuocatur.*
2 *Donatio causa mortis potest quandocunque reuocari, uer
sic. Sciendum est.*
3 *Et quid si post reuocationem donator sine hærede decesse
rit uer. In hoc tamen.*
4 *An propter conualescentiam donantis censeatur reuo-
cata donatio causa mortis. uer. Sed nunquid.*
5 *Donatio quando uere dicatur ob causam. & nu 9.*
6 *Donatio ob causam non requirit insinuationem.*
7 *Donatio ob causam differt ab alijs donationibus.*
8 *Donatio propter benemerita an possit reuocari.*
9 *Donatio facta filio à patre ob causam matrimonij dici-
tur ob causam.*

1 PRæter has reuocationis causas, de quibus præcedẽ
tibus quæstionibus tractatum est, scire etiam de-
a bes, quòd donatio ob causam, *a* si causa nõ est secuta, ip
so iure reuocatur, & donanti competit rei vendicatio.
tex. est in l. 1. C. de donatio. ob causam: & est communis
conclusio. vt dicit Curt. iunior. consi. 126. num. 14. Vul
gata enim est iuris regula, quòd, cessante causa cessat
effectus.

2 Sciendum est etiam, quòd donatio causa mortis po-
test à donatore quandocunque reuocari. l. mortis cau-
sa, in 4. ff. de donat. causa mortis: & hoc est in iure no-
tissimum. Potest autem donatio causa mortis, non so-
lum expressa, sed etiam tacita voluntatis demonstratio-
ne reuocari, puta, si donator rem quam donauerat, vo-
luntariè in alium alienauerit: ex hoc enim donatio ipsa
reuocatur. l. illud. ff. de donat. causa mortis: & fuit opin.
Dyn. in l. Stichum qui meus, ff. de legat. 1. quam dicit
esse communem Alciat. in l. non omnis, ff. si cert. petat.
Didac. in Rubr. de testa. in 3. parte, post num. 18. versi.
Quarto his. videtur enim ex hoc colligi donatorem
ipsius donationis pœnituisse, & maluisse alium quàm
donatarium rem donatam habere.

3 In hoc tamen proposito, nota mirabilem decis. Ang.
in sua disputatione incip. Astensis miles, quòd licet do-
nator voluntatem mutauerit, si tamen postea contin-
gat illum decedere sine hærede ex testamento, vel ab
intestato, donatio non censetur reuocata. Et mouetur
per textum in l. prima, ff. qui sine manu. ad liber. perue.
& hanc opinionem Angel. dicit esse frequentius re-

ceptam Didacus in dicta tertia parte, nu. 24. quæ licet vti ipse subdit, in puncto iuris non satis bene sustineri possit, non tamen putarem ab ea esse in practica recedendum.

4 Sed nunquid ob conualescentiam donantis, reuocata censetur donatio causa mortis, etiam si aliunde expressè aut tacitè illum donationis pœnituisse non appareat. Respondeo si quidem donatio facta fuit nullo instante mortis periculo, non reuocatur ob donantis conualescentiam: sed si facta fuit instante periculo, vtique reuocatur. ita intelligi debet text. in l. si mortis causa res donata. ff. de don. causa mortis: & est communis opin. vt ait Alcia. in d. l. non omnis, quem refert Didacus in rubrica de testam. in tertia parte, post nu. 23. versiculo, Secundo reuocatur. Et hæc hactenus.

A D D I T I O.

a Donatio ob causam.] *Et donatio quando † vere dicatur ob causam, vide per Crau. in cons. 301. in princ. 85. & 306. Dec. in l. ut libertis. col. fin. C. de coll. Nec dicitur proprie donatio per Crauet. d. consil. 85. & 136. & vide per*
5
6 *Nat. in cons. 609. num 6. Nec † requirit insinuationem, vt per Ceph. in consil. 272. nu. 128. Differt † etenim ab alijs donationibus, ut per Tiraq. dict. l. si vnquam. fo. 175.*
7
Andicatur illa quæ fit in præmium emancipationis, uide ibid. Et hæc donatio pacto nudo producit actionem, ut per Ruin. consil. 54. Item dicitur donatio ob causam, quando fit per patrem dotis causa, secus si per extraneum vt per Ias. in cons. 171. libr. 4. Et scias, quòd donatio ob causam filio à patre facta ei debet in legitimam computari. istam reg. cum quinque limitationibus, vide per Duen. mihi regul. 222. fol. 217. & ultra limitationes enunciatas ibid. limita etiam vt per Crau. in cons. 85. num 6. & 7. Et an
8 *donatio † facta ob causam propter benemerita, seruitiorum præstitorum, & præstandorum possit reuocari, uide*
9 *per Mari. Anguis. in cons. 79. nu. 37. Item vt dicatur † facta ob causam requiritur, quòd sit facta ob causam necessariam, quæ excludit liberalitatem, ut per Rolā. in consil. 70. nu. 7. vol. 4. & 44. num. 4. eo. ubi tamen in 1. dub. tenet per plura donationem filio factam à patre ob causam matrimonij, haud dici simplicem, sed ob causam finalem, ut matrimonium sortiretur effectum, & in 2. c. consultus etiam respondent, huiusmodi donationem imputari filio in legitimam, & contraria diluit. Et dixi sup.*

IVLII

IVLII CLARI ALEXANDRINI IRISCONSVLTI CLARISSIMI, AC REGII SENATORIS.

Ex Libro Quarto Sententiarum receptarum.

§. EMPHYTEVSIS.

CAPITA QVAESTIONVM.

BREVIOR erit hic tractatur (vt opinior) omnium expectatione. Est enim haec emphyteusis materia fere vbique frequens & quotidiana. Sed huius rei duo praecipuè in causa fuere: Primũ, quòd ex his quae ad hanc materiam pertinent, aliqua in feudalibus quaestionibus à nobis tractata sunt; Alterum quod alicui fortè mirum videbitur, quòd Alexandriae nulla ferè est domus, nulla area, fundi verò paucissimi, hoc Emphyteusis vinculo obstricti: atque inde euenit, vt cum in hac materia nunquam de facto consultus responderim, aut iudicauerim, in hoc paragrapho ea tantum scripta sint, quae in tumultuaria lectione obiter occurrerunt. At verò in hac Mediolanensi vrbe nihil aliud sonant ius dicentium palatia, quam emphyteuticorum canonũ solutiones, & protestatas superinde caducitates.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Quid differat contractus libellarius ab emphyteusi.*
2 *Et quid contractus censualis, versicu. Contractus autem.*
3 *An in dubio censeatur contractus censualis, vel emphyteuticus, ver. Sed pone.*
4 *Quid differat simplex locatio ab emphyteusi, versiculo Qui autem*
5 *Quid si praestetur magna pensio, & correspondens fructibus, ver. Et aduerte.*
6 *Quid si instrumento promiscue facta sit mentio de emphyteusi, & locatione, versi. Vnum scias.*
7 *Emphyteuticus contractus de sui natura requirit scripturam.*
8 *Contractus denominatio fieri debet vt in sui figura apparet.*
9 *Albergamentum perpetuum quid dicatur.*

1 PRO intelligentia itaque terminorum scire debes, quod nonnulli sunt contractus Emphyteusi valde similes,

a similes,& affines,puta cõtractus libellarius,censualis *a* & locatio. Quæro, ergo quid ab emphyteusi differant, huiusmodi contractus? Resp. Contractus libellarius dicitur, quando vassallus vel emphyteuta concedit alteri pro certa annua pensione prædium, quod ipse habuerat ab alio in feudum,vel Emphyteusim, & sic quando concedens non est dominus,scilicet directi domini;& hoc est, quod vulgo appellamus emphyteusim subalternatam. Quando verò concedens est dominus, tunc
b propriè dicitur contractus Emphyteuticus *b* & ita firmant communiter Doctores, vt dicit Ias.in l.1.post nu. 29.C.de iure emphyt. Quidquid tamen sit ex proprietate dictionum,hodie cõtractus Emphyteuticus, & libellarius(saltem ex communi vsu loquendi)idem sunt, & in hoc omnes conueniunt,vt ait Dec.consi.146.nu. 2.quem refert Paris.consi.77.nume.12. lib. 3. & ita video indistinctè obseruari in hac prouincia, in qua passim hæc duo pro synonymis reputantur. Et dispositũ in vno absque controuersia locũ habet etiam in altero. Hodie enim abutimur istis vocabulis, vtẽdo illis promiscuè,& ponendo vnũ pro alio, vt dicit Ang. consil. 184.nu.3.Tiraquel.de retract.munici.§.33.glo.1.nu.1.

2 Contractus autem Censualis differt ab Emphyteutico:nam in censuali transfertur in recipientem dominiũ tam directum, quàm vtile:in emphyteusi autem, non transfertur nisi vtile, directũ verò remanet apud concedentem.ita dicit gl. in c. constitutus, in verbo Iuxta ratam,in fin.de religio.domib. quam sequuntur cõmuniter Doctores,vt dicit Abbas ibi,nu.20. & ita dicit firmare communiter Doctores Ias.in d.l.1.nu.39.C.de iure emphyt.Et sic censum soluimus de re nostra,pensionem verò de re aliena. Propriè enim canon, qui soluitur ab Emphyteuta,dicitur pensio:ille verò qui soluitur
c à censuali *c* dicitur census; licet hodiè promiscuè vtamur etiam his vocabulis, vt attestatur Abbas in loco præallegato. Et ex hac differentia infertur ad vnum, quod maximæ est importantiæ, quia scilicet si censuarius cessèt in solutione canonis per biennium, non cadit ab ipsa re censuali, vt dixi supra §.census:Secus autem in emphyteuta:de quo latè dixi infra q.8.

3 Sed pone quòd ego acceperim aliquam domũ, vel fundum pro annua pensione, seu canone: nunquid in dubio censebitur contractibus censualis vel emphyteuticus? Resp.Doctores dicunt quòd si vniformiter solutum fuerit quotannis certum quid, præsumitur potius solutum iure emphyteutico, uel coloniæ perpetuæ, quàm iure census. Hoc enim est in minus præiudiciũ concedentis.& ita tenet communis schola Scribentiũ, vt attestatur Berous quæst.14.numero 1.Quod ego intelligo, vt procedat tam in concessione facta à priuato, quam in concessione facta ab Ecclesia:nam vtroque casu militat eadem ratio. Bene verum est,quòd si ex verbis concessionis expressè apparere posset, de quo con-
d tractu *d* ipsi cõtrahentes sensissent, non esset à verborũ proprietate recedendum:in dubio autem standum esset in regula,quòd præsumeretur emphyteusis, vel locatio perpetua, potius quàm census.

4 Quid autem differat simplex locatio ab emphyteusi, sunt termini omnibus notissimi.

5 Et aduerte,quia si præstatur modica pẽsio, & in pecunia, debet potius iudicari emphyteusis, quàm locatio: nam pro contractu emphyteutico soluitur quid minimum pro recognitione, & hæc est propriè eius forma,& in hoc omnes consentiunt, vt dicit Natta consil. 49.post nu.7.si verò præstatur magna pẽsio,quæ s.fructibus correspõdeat, vel quasi, vel prestatur aliqua pars fructuum, debet potius iudicari locatio quàm emphyteusis.Et quòd quando pensio quæ præstatur correspõdet fructibus, debeat de tali contractu iudicari tanquã de locatione, potius quàm de emphyteutica concessione,dicit concludere communiter Scribentes Cagnol. in l.2.nu.202.C.de rescin.vend.

6 Vnum scias,quod si in aliquo cõtractu sit promiscuè facta mentio de emphyteusi & locatione, vel contractu libellario,debent attendi conuentiones, & pacta, de quibus in ipso instrumento, cui scilicet contractui magis conueniant, & secundum illa debet iudicari, in quã speciem contractus cadat: illa enim denominatio nihil facit,sed potius attenditur effectus rei. & hæc est communis opin.vt dicit Bello.consi.21.num.5.

ADDITIONES.

a Censualis.]*Item contractus emphyteuticus censualiter aliter etiam differunt secundũ glo.cũ qua concordat Inn. in ca.constitutus,de religios.domibus.& vide per Natt. etiam in consi. 3. in prin. & in dubio an contractus emphyteuticarius,vel censualis potius iudicari debeat, vltra ea quæ dicit in Autho inf:vide per Crau.in cons. 10.*

b Emphyteuticus.]*Item adde quod contractus*
7 *† emphyteuticus est contractus,qui de sui natura requirit scripturam,magis commune, vide per doct.in l.1.C.de iure emphyteu. Et fusius dixi etiam in collec. mea com. opin. in verb.contractus;nu.36.& 37.*

c Censuali.]*Item quod in contractu censuali quis nõ soluendo haud cadat a iure suo, commune attestatur Dec. consi.138.col.5.& dixi in collec.mea cõmu. opi in verb. censuarius. Et census,nu. 1.& 2. vbi fallit si censuarius iurauit soluere.*

d De quo contractu.] *Item quod contractus denomina-*
8 *to † fieri debeat.vt in sui figura apparet, vt.per Crau. in*
9 *consi.10.nu. 1.qui propriè loquitur de contractu † alberga menti perpetui, quod secundum commune vulgare idem est,quod Emphyteusis;intellige tamen, vt per eund. ibid. nu.5.& consi.85.nu.5.vide vt per Ruin. consi. 1.nu.53.*

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis an sit contractus nominatus.*
2 *In contractibus nominatis an sit locus pœnitentiæ.*
3 *Contractus innominati qui dicantur.*
4 *Contractus quando rescinditur ex capite implementi non secuti.*

1 QVæro, nũquid emphyteusis sit cõtractus nominatus. Resp.quòd sic:habet enim elegans nomen, & ab alijs distinctũ, vt dicit Ange.in l.1.nu.1.C.de iure emphy.& ita communiter excluditur, vt ait Ias. in prælud.feudorum, nu.24.in fi. Vtilitas est autem maxima:
a quia in contractibus nominatis *a* non est † licita pœni-
2 tentia,licet secuta sit in contractibus innominatis, *b* vt
b dixi supra hoc eod.libr.§.1.

ADDITIONES.

a Nominatis.] *Item an in contractibus nominatis sit locus pœnitentiæ.vt per Osasc.eius decis.98.num.7.Item vide in collect.mea comm.opi.vbi sup.nu.48.Cephal. consil.23 nu 51.*

b Innominatis.] *Quinimo, quòd in contractibus innominatis re integra locus sit pœnitentiæ,commune dicit Hieron.Torniel.in rub.ff.de verb.oblig. Item commune dixi d.collect.mea commu.opin.verb.contractus,num.46. vbi sub num sequenti posui tres fallentias.vide etiam qui di-*
3 *cantur † contractus innominati, & qui correspectiui relati-*
4 *ue.Et scias quod nullus contractus † siue nominatus,siue innominatus rescinditur ex capite implementi non sequuti, nisi antecedente mora, vel culpa debentis implere. per Crau.vide in consi.233.col.3.in princ.*

QVAE-

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *In contractu emphyteutico. vel libellario an requiratur quod à principio præstetur certa quantitas.*

1 QVæro nunquid in contractu emphyteutico, vel libellario de necessitate requiratur quòd à principio præstetur certa quantitas. Respō. in hoc variæ sunt Doctorum opi. nam Iacob. de Are. in l. prima, C. de iur. emphyt. tenet quòd de substantia & forma contractus emphyteutici requiratur quod à principio præstetur certa quantitas pro primo ingressu. & dicit Alber. in d. l. 1. quòd hæc opin. communiter approbatur, quem refert Dec. in c. in præsentia, nu. 48. in fi. de prob. Contrariam verò sententiam, quòd scilicet nō requiratur quòd à principio præstetur illa certa quantitas, videtur sensisse Bart. in l. si mihi, & Titio, post nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi dicit quòd emphyteusis dupliciter haberi potest, scilicet titulo lucratiuo, & titulo oneroso, idest, quando præstatur certa quātitas. & hanc dicit esse communem Petrus in dict. l. 1. vbi etiam subdit, quòd ita seruatur de consuetudine. Idem dicit Cy. in d. l. 1. quem referūt Sal. ibi. nume. 3. & Ias. num. 3. & Paris. cons. 77. num. 13. lib. 3. Dicit etiam Abb. in c. potuit, num. 6. in fin. de locato, quòd ita dicunt communiter DD. Vnde cum hæc opinio, quæ etiam de iure verior videtur, sit indubitata cōsuetudine comprobata, non esset ab ea iudicando, aut consulendo recedendum.

QVAESTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *In contractu emphyteutico an requiratur scriptura.*

1 QVæro, nunquid de substantia contractus emphy-
a teutici requiratur à principio scriptura. *a* Respon. quòd sic: aliàs contractus ipse non valet. ita tenet gloss. in leg. 1. in verbo, Alienationis, C. de iur. emphyt. Et ita communiter tenetur, vt ait Sal. in d. l. 1. num. 5. quem refert Aret. in §. adeò, nu. 8. Instit. de locato. Hanc etiam dicit esse communem opi. Imola in c. potuit, post num. 7. vers. item differt à contractu, &c. de locato: subdens quòd esset etiam seruanda in practica: Socin. cons. 169. nu. 41. libr. 2. quod est duplicatum in cons. 120. lib. 4. Ias. in d. l. 1. nu. 61. & seq. C. de iure emphyt. Afflict. decisio. 72. ante num. 8. Et quòd contractus emphyteuticus nō possit probari nisi per scripturam, dicit esse communē Alex. cons. 50. nu. 4. lib. 5. Contrariam tamen sententiā, quòd scilicet possit etiam sine scriptis celebrari contractus emphyteuticus, tenuit gloss. in d. l. 1. in verbo scri-
a ptura; & hanc approbat consuetudo, *a* vt dicit Bar. in d. l. 1. num. 6. Angel. in d. l. 1. nu. 3. Paris. cons. 77. num. 16. & seq. lib. 3. vbi dicit, quòd licet contraria opi. videatur magis communis, tamen quia ista est approbata per cōsuetudinem esset seruanda. Idem dicit Socin. in d. cons. 169. nu. 32. Ego tamen non puto ita absolutè verum esse, quòd hæc opin. sit recepta à consuetudine. & multi etiam Doctores attestantur se vidisse contrarium obseruari, præsertim Aret. in d. §. adeò, num. 8. Propterea crederem melius esse in practica adhærere communi opinioni quæ etiam tutior est, & æquior, nisi in specie appareret in eo loco, in quo contingeret hoc deduci in controuersiam, contrariū obseruari: hoc enim casu non esset ab huiusmodi consuetudine, & obseruantia recedendum.

ADDITIONES.

a Scriptura.] *vi. quæ dixi sup. sub. 1. q. in apostilla signata littera B, adde etiam commune, & verum per Osasc. decis. 53. col. 2. qui in 2. dub. post plures citatos tenet scripturam etiam requiri in dissolutione. Item commune dixi d. colle. mea. comm. opi. in verb. emphyteusis num. 16. & quot modis concedatur. vi. per Ias. d. l. 1. nu. 6.*

b Consuetudo.] *Adde & vide etiam de hac consuetudine per Roland. cons. 87. num. 11. commune tamen & vsu receptum vi. contrarium. Per Iacob. de S. Geor. in authen. qui rem post nu. 15. C. de sacros. eccl. & dixi in collec. mea com. opi. in verb. scriptura. nu. 3.*

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit rem feudalem alteri concedere in emphyteusim. Remissiue.*

1 QVæro nunquid vasallus possit rem feudalem concedere alteri in emphyteusim. Dixi infra hoc eo. libro §. Feudum, q. 33. vers. idem etiam.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest concedere in emphyteusim bona ecclesiæ, quæ solitæ sunt in emphyteusim concedi.*
2 *Et an si concedantur alio modo quam solita sint concedi. vitietur in totum concessio, an autem quatenus excessa est forma solita, ver. scias tamen.*
3 *Vsque ad quam generationem possit res ecclesia in emphyteusim concedi vers. Quæro vsque.*
4 *An possint concedi etiam pro hæredibus extraneis, ver. Sed nunquid.*
5 *In emphyteusi ecclesiastica quis sit præferendus.*
6 *Inuestitura facta ex vna causa non sustinetur ex alia.*

1 QVæro, nunquid prælatus possit concedere bona
Ecclesiæ in emphyteusim. Respō. si quidem bona
ipsa sunt ipsius Ecclesiæ pleno iure, non potest prælatus ea in emphyteusim concedere, nisi subsistente legitima causa, & debitis solennitatibus interuenientibus: & de hoc non est dubitandum, quia concessio in emphyteusim est species alienationis. & si prælatus à iure prohibetur locare res Ecclesiæ ad longum tempus, vt dixi infra hoc eodem libro, §. locatio: multo minus dicendum est ei concedi vt possit eas dare in emphyteusim, quæ plus est, quàm locatio. Si verò res Ecclesiæ solitæ essent in emphyteusim concedi, bene posset prælatus, si ad Ecclesiā aliquo casu reuerterentur, illas conce
a dere in emphyteusim *a* absque solennitatibus in rei Ecclesiasticæ alienatione requisitis. ita colligitur ex textu in cap. 2. de feud. quem ita communiter Doctores interpretantur, vt ait Didacus libr. 2. resolut. c. 17. num. 4. & hæc est communis conclusio, vt dicit Socin. consil. 169. nu. 9. lib. secundo, quod est duplicatum in consilio 120. lib. 4. & in hoc proposito videnda sunt ea quæ dixi in d. §. feudum, q. 13.
2 Scias tamen, quòd debet huiusmodi concessio in
b emphyteusim fieri eo modo quo solita est: *b* aliàs non
valet: & quidem quantum ad id in quo expressa est forma solita, nullus est qui dubitet quin concessio ipsa corruat. Punctus est an vitietur in totum, an autē sustineatur,

nearur quatenus facta est intra solitam formam. Aliqui enim dixerunt quòd non vitiatur in totum, sed sustinetur quatenus est solita concedi: & fuit opi. Bal. in auth. si quas ruinas, nu. 2. C. de sacros. Eccl. vbi vult, quod si res Ecclesiæ est solita concedi in emphyteusim vsq; ad tertiam generationem, & concedatur in quartam, concessio sustineatur vsq; ad tertiam tantum, & in reliquo vitietur. & hanc opinionem dicit esse communem Ias. in auth. qui rē, nu. 21. C. de sacros. eccle. Dec. in d. auth. qui rem, nu. 22. quem refert Tiraquel. de retractu conuentionali in fi. operis, nume. 144. Claud. in l. 1. §. sed si mihi, nu. 3. ff. de verb. obli. Curt. iun. de feu. in 1. 2. principalis in 6. quæst. Alciat. in d. §. sed si mihi, num. 20. Et dicit Didac. lib. 2. resolut. c. 6. nu. 5. quod hæc sententia est frequētiori calculo recepta. Contrariam verò sententiam, scilicet quòd imò vitietur in totum, videtur tenuisse Barto. in d. auth. qui rem, num. 7. & reperio quod Alexander cons. 143. nu. 3. lib. 7. dicit quòd hæc est magis communis conclusio, saltem quando est vnica concessio: quod esset magnum verbum, si esset verum. Ego tamen credo proculdubio cōtrariā opinionē esse veriorem, & magis communem, etiam in casu quo vnica tantum concessio facta esset: non enim debet vtile per inutile vitiari, quando recipit commodam diuisionem. Sed si esset dare casum, in quo vtile ab inutili non posset commode diuidi, bene crederem quod tota concessio vitiaretur. Vide quæ dixi in d. §. feudum, q. 13. in fi.

3 Quæro vsque ad quam generationem possint res Ecclesiæ in emphyteusim concedi. Respon. tex. in §. emphyteusim in auth. de non alien. videtur innuere quod nō possint concedi nisi in accipiētis persona, & in duobus eiusdē personæ hæredibus: & sic nisi vsque in tertiā generationem: Nihilominus tenenda est contraria opi. quod scilicet possunt concedi vltra filios & nepotes & videtur tex. in §. licentiam, in auth. de alie. & emphyt. & hanc opi. dicit esse communem Alex. cons. 110. nu. 19. lib. 3. Et quòd possit concedi pro omnibus descendentibus vsq; in infinitum, dicit esse communem Zibolus de Cauuellis inter consilia Anchara. cons. vlt. nu. 8. Gozad. consi. 25. post nume. 20. versicu. ad decimum, & in hoc non est dubitandum.

4 Sed nunquid poterunt etiam cōcedi in emphyteusim pro hæredib. extraneis? Resp. in hoc articulo Doctores variè loquuntur. Aliqui enim tenuerunt quòd possit cōcedi etiā pro hæredib. extraneis. & hanc opinionem dicit esse magis communē maximè modernorū, So. cons. 226. nu. 33. li. 2. Alij verò multi tenuerunt contrarium, scilicet quod imò non potest etiā expressè concedi, ita vt transeat ad extraneos hæredes, & hanc opi. dicit esse cōmunem Imol. in l. ex facto, la grande, nu. 14. in fi. ff. de hæred. instit. prout illum refert Alexa. in l. etiā, post nu. 3. ff. solut. matr. licet reuera Imola ibi loquatur solummodo, quando Emphyteusis est simpliciter concessa, vt retuli infra q. 28. versi. tertius est. Idem dicit Rubeus in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 197. & nu. 203. ff. de libe. & posth. Sed aduerte ne æquiuoces: aliud enim est quærere an res ecclesiæ possit cōcedi in emphyteusim, hoc expresse acto quod transeat etiam ad extraneos hæredes: & non est iudicio meo dubitandum quin possit, modò subsit legitima causa, & debitæ solemnitates interuenerint. & ita hanc esse communem opin. attestatur Gratus consi. 128. nu. 6. li. 2. si enim (vt superius dixi) his duobus concurrentibus, possunt res ecclesiæ alienari pleno iure, multo magis debent posse alienari solūmodo respectu vtilis dominij, & in istis terminis procedit consiliū Soci. superius allegatum. Aliud verò est quærere an emphyteusis ecclesiastica simpliciter cōcessa alicui pro se & suis hæredibus, transeat etiam ad hæredes extraneos: & isti sunt alij termini, de quib. latius dictum est suo loco infra q. 28. ind. versi. tertius est casus, cum seq.

ADDITIONES.

a Illas concedere in emphyteusim.] *Adde quod tunc agnati admittantur, contra communem. vide per Beaintend. in decisione 19. Ita & communem, vide in collec. mea communium opinio. in verbo. Ecclesia, numero primo, & etiam in*
5 *verbo dominus, numero 12. Et in emphyteusi † ecclesiastica qui præferendus vide per Riminal. Iun. in consi. 82.*
b Eo modo quo solita est.] *Hic scias, quod inuestitura † facta ex vna causa non sustinetur ex alia, vide per Ruin. in consi. 48. & in consi. 168. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Ius emphyteuticum quanto tempore præscribatur Remissiue.*
2. *Emphyteuta ecclesiæ an præscribat.*
3 *Tenens rem ecclesiæ 30. annis tanquam suam, an præscribat.*

1 QVæro, ex quanti temporis præstatione præscri-
a batur ius emphyteuticum. Dixi infra libro 7. §. præscriptio.

ADDITIO.

a Præscribatur.] *Dic quod præscribitur spatio triginta vel quadraginta annor. vt per Ias. in l. 2. nume. 56. insur-*
2 *git dubitatio pulcherrima, an † emphyteuta ecclesiæ patiatur præscriptionem, id est, an ecclesia præscribat. Et vel alij præscribant. Anch. consi. vlt. col. fi. dicit, quod non, stante titulo, & possessione qua retinetur animo, late per* Ruin. *consilio 163 num. 23. Quod præscriptio habeat locum contra ecclesiam etiam quo ad proprietatem, quando fuit interuersa possessio, nec consideratur, quod ecclesia animo possessionem retineat late tenet* Ruin. *in consi. 156. volum. 2. emphyteusis præscriptio an currat in præiudicium domini, Roma, consilio 166. & Car. consilio 16. vol. 2. Item præscriptio emphyteutæ prodest domino, & illo deficiente, est ad vtilitatem ecclesiæ, & domini, ex quo dicitur, constare de dominio ecclesiæ vel priuati domini. Rui. consi. 50. num. 19. Item an emphiteuta patiatur, præscriptionem in præiudicium ecclesiæ. Soci. consi. 166. col. 14. volumin. 2. Et an hæres præscribat contra ecclesiam, Bald. consi. 298. hæc materia an si quis recognouerit ab ecclesia rem suam in emphyteusim, & soluerit per annos 30. canonem, ecclesia habeat titulum, & dicatur præscripsisse. quod non, ex quo titulus est nullus. vid. per*
3 Ruin. *consilio 155. & an tenens † rem ecclesiæ tanquam suam, & non soluens canonem per annos 36. præscribat eam. Castrens. consilio 214. volumin. 2. Et quod præscribat tam pro præscripto, quam pro futuro tempore.* Ruin. *d. consilio 155.*

Et sic quantum ad vtile dominiū, vt eundem conf. 167. nu. 23. vbi dicit dari restitutionem in integrum. Emphyteuta quando præscribit, intelligitur etiam præscripsisse, vt non possit expelli ob non solutionem canonis. Rui. *d. cons. 155. Et præscribit vtile dominium per solutionē triginta annorum, quod tamen limita, vt per eundem consilio 63 colum. fi. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cessans in solutione canonis per triennium, cadit ab emphyteusi.*

2 *Et quid si in contractu appositum fuerit iuramentum vers. Et hoc quidem.*
3 *Quid si sit res magni valoris, & pensio sit minima, uersic. Sed pone.*
4 *Quid si pensio non erat minima sed in parte tamẽ cessatum fuerit, versi. Hoc autem.*
5 *Quid si emphyteuta non possidebat rem ipsam emphyteuticam, vers. Sed quæro.*
6 *Quid si emphyteuta propter bellorum calamitates nullos fructus percipere potuit, ver. Sed quid si emphyteuta.*
7 *An propter sterilitatem facienda sit remissio emphyteutæ, vers. Sed nunquid.*
8 *Quid si in re emphyteutica cõtingat damnum casmate, vel corrosione fluminis. vers. Quæra etiam.*
9 *Quid si emphyteuta ignorabat rem esse emphyteuticam, vers. Prosequendo.*
10 *An oblatio canonis sufficiat ad euitandam pœnam caducitatis. ver. Pone quod emphyteutica.*
11 *An solutio canonis facta per procuratorem prosit emphyteutæ, uersi. Sed quid si ipse.*
12 *Quid si in contractu emphyteusis fuerit propter cessationem apposita aliqua pœna, an adhuc poterit propter cessationem expelli, uer. Vlterius.*
13 *Quid si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & unus tantum cessauerit in solutione canonis, an tota res emphyteutica cadat in commissum, uesic. Quid si emphyteuta.*
14 *An cessatio facta per patrem noceat eius filijs uocatis in inuestitura uersic. Sed hic quæro.*
15 *An emphyteuta qui canonem non soluit possit purgare moram, uersiculo. Item quæro.*

1 NOtissima est conclusio quod emphyteuta tenetur soluere domino directo canonem, siue pensionem illi debitam, & promissam: aliàs si cessauerit in solutione canonis, cadit à toto iure, quod habet in ipsa re sibi in emphyteusim concessa, ita quod vtile dominium consolidatur cum directo, & sic applicatur ipsi domino directo. Et intellige, quod non per simplicem cessationem vnius anni cadit ab emphyteusi, sed requiritur quod cesset per triennium integrum, si sit emphyteuta priuati: si verò sit emphyteuta ecclesiæ requiritur quod cesset per biennium integrum. & de hoc sunt tex. aperti in l. secunda. C. de iure emphyt. in capitul. potuit, de locato, in quibus locis ordinariè tractatur hæc materia.

2 Et hoc quidem absque dubio procedit vbi in contractu ipso emphyteutico non est appositum iuramentũ: Sed quid si contractus inuestituræ sit iuramento confirmatus, nunquid adhuc procedit conclusio, vt non incurrat caducitatem, nisi per triennium integrum cessauerit? Respon. Bald. in cap. querelam, de iureiuran. tenuit, quod statim quod cessauerit per annum, efficitur periurus, & cadit à iure suo. Et hanc opi. dicit esse communem Guli. de Bened. in 2. part. rep. ca. Raynutius. in verbo Testamentum, il. 3. nu. 27. Gozad. consi. 57. post nu. 19. vers. non obstant allegata. Est magna decisio, maximè his temporibus, in quibus notarij in omnib. instrumentis inserunt iuramentum, & per simplicem tactũ cuiuscunque scripturæ, & illa queãt animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt quid illud importet, & propterea hæc opi. mihi nunquam placuit. Debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus, super quo interponitur, non quidem vt ampliet eius naturam, sed vt confirmet, vt dixi infra lib. 7. §. iuramentum. Et ad hoc per tenentes communem opinionem non accommodatur iudicio meo aliquod concludens responsum. Et certè si casus contingeret, saluo semper iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ de facili inclinarem in contrariam sententiam, quæ æquior est; & fortè illam etiam sequeretur Senatus noster, qui semper innititur æquitati, & qui quotidie solet dispensare contra caducitates pro vna vice tantum, tanquam introductas à mero rigore iuris.

3 Sed pone quod quis habeat in emphyteusim rem magni ualoris, puta scutorum mille, pro minima annua pensione, puta unius scuti: nunquid si cessauerit per triennium, incurret pœnam caducitatis? Respond. quòd sic. ita allegatur tenere gloss. in Auth. qui rem, in verbo Repelli potest, C. de sacrosan. eccle. licet stenera arguat pro, & contra, & nihil determinet, imò potius videatur residere in contraria opi. Sed quidquid sit, hanc opinionem sequuntur omnes Doctores, vt dicit apostil. ad dictam glo. Et dicit Bar. in d. Auth. qui rem, num. 5. quod ita tenent omnes Doctores Idem dicit Ripa in repe. l. fi. num. 130. Cod. de reuocan. donat. Hanc etiam opi. dicit esse communem Deci. in d. Auth. qui rem, nume. 3. subdens, quod ita seruat consuetudo: quẽ refert Afflict. decis. 80. numero 7. in fi. Propterea in practica non esset ab ea recedendum. Nam in constituenda pensione, quæ soluitur ab emphyteuta, potius habetur in consideratione recognitio directi dominij, quã emolumentum ipsius cõcedentis. Et ideò in hoc proposito eadem ratio militat in parua pensione, quæ in magna, imò fortè maior est contemptus in modica summa, quàm in maiore.

4 Hoc autem de plano procedit, quando (vt dixi) pensio ipsa consistit solummodò in vno nummo: sed quid si pensio consistebat in decem scutis, & per triennium cessatum fuerit in solutione quatuor vel quinq; scutorum: nunquid dicendum est quod cadat a tota emphyteusi; an autem cadat tantum pro rata eius in quo cessauit? Respon. Spec. de emphyteu. §. nunc aliqua. quæst. 29. tenet quod licet cessauerit tantum pro parte, nihilominus cadat à toto, & hãc opinionem dicit esse magis communem Ias. in l. 2 nu. 54. C. de iure emphyt. quem refert Apostil. ad Rimin. consi. 281. sub. num. 5. Ipsemet tamen Speculator ibidem in sequ. quæst. quæ est quæst. 30. videtur tenere totum contrarium, quod scilicet solummodo pro rata incidat in caducitatem, vt ponderat Ias. in loco præallegato, dicens mirum esse, q Speculator ita festinanter fuerit sibi contrarius. Ego tamẽ aliquando dicebam ita posse distingui, vt illæ duæ decisiones Specu. ad concordiam reducerentur: Aut pensio erat vnius nummi: & cessans in illo nummo non excusatur à caducitate, vt dictum est supra versic. proximo: & in istis terminis non loquitur Spec. in 29: nec in 30. q. Aut pensio erat maioris summæ: & tunc, aut emphyteuta cessat in parte, puta dimidia, aut tertia, aut quarta parte, & si quidem cessauit per errorem, vel paupertatem, excusatur non solum pro parte, quã soluit, sed etiã pro toto. aut verò non apparet de paupertate, neque de errore: & tunc cadit à toto. secundum opin. Specu. in d. q. 29. quæ etiam est communis, vt superius dixi. Quã tamen ego intelligo vt procedat, quando præstabatur vnica pensio super tota re, puta decem aurei supra vna domo, vel fundo, &c. secus autem si pensio præstaretur ad ratam, puta pro quinquaginta perticis terræ, ad rationem solidorum decem pro singula pertica: nã hoc casu inclinando in mitiorem partẽ, teneo q ex quo quælibet pertica habet quodammodo constitutam suam pensionem, non caderet emphyteuta, nisi pro illis perticis, pro quibus non persoluisset pensionem; vt quis non puniatur nisi catenus, quaten⁹ deliquit. Regulariter enim quis puniri non debet nisi in eo, in quo deliquit. l. rescriptum. ff. de ijs quibus vt indig. & est communis regula, vt ait Ioan. Monach. in c. 11. nu. 2. de hære. in sexto. Faciunt quæ dixi infra hoc eo. lib. §. feudũ, q. 31. versi. sed pone. Aut vero emphyteuta cessauit in nummo, puta quia

ta quia si pensio erat sex aut octo scutorum, cessauit in vno: & hoc casu esset excusandus à caducitate pro rata & in istis terminis loqui videtur in Specu. in d. q. 30. Ego tamen de facili inclinarem quod excusaretur in totum, maxime vbi non appareret illum cessasse propter contumaciam vel contemptum, quod in dubio præsumendũ non est. & ita in facti contingentia iudicauit Senatus in publica audientia in causa cuiusdam Dionisij Getenzani, qui ex ficto florenorum 16. cessauerat in tribus libris Imperialium.

5 Sed quæro, quid si emphyteuta p illud tempus quo in solutione cessauit, rem ipsam emphyteuticam, non possederit, nunquid hoc nõ attento adhuc incurrat caducitatem. Respon. Specu. in d. §. nunc aliqua, versic u. 82. tenuit, quòd sic: Tu tamen tene contrarium. Non enim potest dici emphyteuta esse in aliqua culpa, ex quo rem ipsam non possidebat: & vbi non est culpa, nõ debet imponi pœna. & ita secundũ hãc opinionẽ, quæ etiam æquior est, & tutior, consulerunt Socin. Iun. & Dec. inter consi: Socin. Iun. in 1. vol. consi. 70. vbi multas recenset auctoritates, & nu. 16. dicunt ꝙ cum tot tantiq; iuris vertices ita firmauerint, nefas esse arbitrantur ab eorum sententia recedere, quæ numero & auctoritate ipsorum consideratis, communior & verior dici potest. Quam tamen intellige vt procedat, nisi emphyteuta fuisset in culpa quo minus possessionem ipsius rei emphyteuticæ adeptus esset, vel nisi post quam illam possidere cœpisset, dolo desijsset illã possidere. His enim casibus non esset à caducitatis pœna excusandus.

6 Sed quid si emphyteuta rem quidem possederit, sed propter bellorum calamitates nullos fructus ex ea percipere potuerit: nunquid tenebitur etiam ad solutionẽ pensionis, pro eo anno quo nihil percepit? Resp. ꝙ nõ: ita tenet Iac. de Are. quem sequitur Bart. in l. 1. fi. C. de iur. emphy. & hæc est commu. opin. Legistarũ, vt dicit Abb. in c. potuit. nu. 18. de locato. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imo. in d. c. potuit. nu. 42. & seq. quem refert Alex. in l. interdum, §. quod ex naufragio, nu. 5. & seq. ff. de acq. poss. Corn. consil. 181. col. 15. in litera F. libro secundo. Guarner. in d. leg. prima, quem refert Ias. ibi, post nume. 61. versiculo ad idem sexto. Ias. consilio 54. post numerũ secundũ, versiculo non obsta vltimum, lib. 1. Cors. in repertorio Abb. in verbo Emphyteuta: Claudi. in d. §. quod ex naufragio: numero 3. Sigismun. cons. feud. lib. 2. post num. 11. Breuiter in hoc proposito, si quæramus, an emphyteuta qui tempore belli nullos potuit fructus percipere excusetur à caducitate, si canonem debitum non persoluit, teneo quòd proculdubio excusetur, etiamsi per mille annos, quib. propter bellum nihil percipit, semper cessauerit. Ex quo enim non percipit fructus non potest propriè dici possedisse: meritò excusandus est à pœna propter cessationẽ incursa, à qua regulariter quælibet causa colorata, ẽt iniusta excusat, vt dixi infra lib. 5. §. fi. q. 60. vers. & generaliter. Si verò quæramus, an excusetur à solutione canonis, mihi placet opi. venerandi Collegij Mediolanensis, quam refert Cuma. in d. §. qd ex naufragio, vt scilicet distinguamus an pensio sit magna, vel parua. Si est magna, teneo ꝙ excusetur: si verò est parua, nõ excusatur. & intelligo paruam pensionem illam, quæ præstatur potius in signum recognitionis directi dominij, quam ad rationem fructuũ, puta, quia sit decima pars, vel minor, eius quod regulariter ex ipsa re emphyteutica percipitur, & hæc opinio iudicio meo est valde æqua, & in iudicando sequenda. Aduerte tamen, quia Doctores ferè omnes in hac materia loquuntur, quando nihil prorsus percepit, nam si emphyteuta aliquid etiam modicum percepisset, etiam si sit minus dimidia eius quod ipse soluit pro pensione, crederem nõ esse excusandum à solutione: bene posset à caducitate propter cessationem incursa excusari. Semper, enim debemus, quãtum possumus, inclinare in eam partem, vt caducitati locus non sit.

7 Sed nunquid propter sterilitatẽ faciẽda est remissio emphyteutæ: Resp. ꝙ non: ita tenet gl. in d. c. potuit. in verbo Expelli potuisset, de locato. & ita cõiter tenetur, vt ait Ias. in l. 1. nu. 18. C. de iure emphy. quem Refert Gratus consi. 128. nu. 9. lib. 2. Hanc etiam dicit esse cõmunem sententiam Abb. in c. propter sterilitatem, nu. 3. de locato, quem refert, & sequitur Bello. consi. 21. num. 5. Natta consi. 49. num. 12. vbi dicit quòd hæc est communis sententia iuris ictibẽtium in vtroque iure, a qua nullus discrepat: & consi. 194. num. 5. dicit ita omnes indistinctè concludunt. Ratio autem differentiæ inter bellum & sterilitatem potest cõsiderari, quia tempore sterilitatis emphyteuta non desinit possidere, colendo, & fructus ex re emphyteutica, licet modicos, percipiendo: secus autẽ quando tempore belli non potest ad culturam bonorum, neque ad collectionem fructuũ accedere. Est etiã intelligenda hæc cõclusio vt procedat, etiã si emphyteuta ex ipsa re non potuerit tantum percipere, quantũ soluit pro pensione: neq; etiam eius dimidiũ, nisi tamẽ pensio correspõderet fructib. tunc enim cũ emphyteusis ferè in omnib. æquiparetur locationi, iudex poterit arbitrari circa remissionem faciendam, iuxta ea quæ dixi insr. hoc eod. lib. §. locatio, nisi tamen bona tẽpore quo fuerunt concessa in emphyteusim, fuissent sterilia: vel inculta: nam hoc casu nunquam propter sterilitatem esset faciẽda remissio. Benè verũ est, quòd si annis sterilibus emphyteuta cessauerit à solutione, putarem illum ex ea causa excusandum à caducitate, vt in simili dixi supra versicul. prox. licet deinde posset per dominum directi compelli ad integram solutionem pensionis.

8 Quæro etiam, quid si in re emphyteutica contingat aliquod damnum, puta corrosione fluminis, vel chasmate, vel huiusmodi, nunquid emphyteuta excusabitur à solutione pensionis? Respond. si damnum sit tale, propter quod res funditus perierit, vtique excusatur: sed si damnum solũmodo sit pro parte, non liberatur emphyteuta neque in totũ, neque etiã pro parte. Et hæc opin. est communior, vt dicit Abb. in d. cap. potuit, nu. 16. de locato. Et quòd dummodò aliquid supersit de re emphyteutica, non liberetur emphyteuta, dicit communiter teneri Ias. in d. leg. prima, numero 77. C. de iure emphy. & solent de hoc decantari duo versus vulgatissimi:

Si perijt tota, non dolet emphyteota:
Sed si pro parte, nulla se liberat arte.

Cùm enim pensio, quæ soluitur pro re emphyteutica, soluatur potius in recognitionẽ directi dominij, ꝙ est indiuisibile, quàm ad rationem bonorum, meritò, licet pro parte res pereat, non debet emphyteuta liberari. In vno tamẽ casu ego ab hac opi. communi recederem, quando scilicet duo concurrerent: Primum quòd pensio corresponderet fructibus, vel quasi: Secundum, quod pensio ipsa esset instituta ad ratam bonorũ, puta ad rationem solidorum decem pro singula pertica, vel huiusmodi: nam hoc casu æquum esset vt pensio detraheretur pro rata, sicut etiam pro rata fuisset constituta.

9 Prosequendo materiam conclusionis superius factæ, quòd scilicet emphyteuta cessans à solutione canonis cadit à iure suo, Quæro nunquid locum habeat, etiam si emphyteuta ignoraret rem esse emphyteuticam, puta, quia successisset in ius alterius, vel

huiu-

huiusmodi. Resp. quòd sic, de rigore iuris, sed de æquitate datur huic hæredi (etiam si sit maior 25. an.) ex capite probabilis ignorantiæ, restitutio in integrum, aduersus canonem non solutum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. ita dicit glo. in l. 2. in verbo Legem, C. de iure emph. quam sequuntur commu. Doct. vt ait Dec. consi. 58. in fin. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. ca. potuit, nu. 56. Hanc etiam dicit esse communem opin. Sal. in d. l. 2. nu. 25. Cor. consi. 165. in litera Q. & R. lib. 2. Ias. in d. l. 2. nu. 184. & in l. cùm filiusfamilias, §. in hac stipulatione, nu. 7. ff. dé verbor. obliga. Soc. Iun. consil. 70. nu. 23. lib. 1. Et super hoc in practica non solet vlla fieri difficultas, nisi dominus directi velit probare scientiam. Hoc enim casu cessaret causa restitutionis in integrum & consequenter ipsa restitutio. In dubio autem hæres habet fundatam suam intentionem: quia scientia est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur, vt dixi infra lib. 7. §. præsumptio.

10 Pone quod emphyteuta non soluerit debitum canonem, sed accesserit ad dominum directi, & illi obtulerit pecunias debitas: nunquid talis oblatio sufficiet ad euitandam pœnam caducitatis? Respon. quòd sic: ita tenet gl. in d. l. 2. in verb. secũdum legem: & ita communiter tenetur, vt ait Salicet. in d. l. 2. in fin. verbis. Hanc etiam dicit esse communem opin. Soc. in consil. 118. in vltimis verbis lib. 4. Quod intellige vt procedat, modò talis oblatio fiat loco, & tempore congruo: aliás secus. Item intellige quod talis oblatio sufficit, quo ad euitandum pœnam caducitatis: sed quò ad hoc vt emphyteuta consequatur plenariam liberationem, requiritur oblatio, consignatio, & depositio. & ita se habet communis opin. vt dicit Ias. in d. l. 2. num. 182. Item intellige quòd talis oblatio fiat realiter, nõ autem verbo tantũ: quia (vt dici solet, vbi opus est facto, verba non sufficiunt: licet Soc. in loco præallegato loquatur de verbali tantũ oblatione, cuius opi. posset procedere, vbi dominus recusaret velle recipere: sed si dominus offerat se paratum recipere, mihi non placet quòd propter huiusmodi verbalem oblationem emphyteuta excusetur.

11 Sed quid si ipse quidem emphyteuta canonem non soluit, sed aliquis eius procurator: nunquid talis solutio facta per procuratorẽ proderit ipsi emphyteutæ? Resp. quod sic, maximè si procurator fuit ad id constitutus. Et hæc est quasi omnium sententia, vt dicit Cors. in repertorio Abbatis, in verbo emphyteuta, col. 2. vers. Quinto, vbicunque.

12 Vlterius quæro, Pone quòd in contractu emphyteutico apposita sit pœna propter cessationem solutionis canonis: nunquid si emphyteuta cessauerit, poterit, non obstante tali appositione pœnæ, expelli? Respond. quòd sic: ita tenet gl. in d. l. 2. in verbo, repellere, cum qua tenent omnes indifferenter vt dicit Ias. in ead. l. 2. nu. 139. Quod tamen intellige secundum gl. ibi, non vt possit vtrunque facere, scilicet petere pœnam, & expellere, sed potest eligere illud quod magis ei placuerit.

13 Quæro, quid si emphyteuta plures hæredes reliquerit, & vnus ipsorum soluerit partem suam canonis, vel pensionis, alius non: nunquid res emphyteutica cadit tota in commissum, an autem solum modo pro parte nõ soluentis? Resp. Hæc est sabbatina quæstio, vt dicit glo. in l. communi diuidundo, in verbo, confunderetur, ff. cõmuni diuidun. quæ in hoc articulo tenuit quòd omnes cadant a iure suo. & illam glo. sequuntur communiter Doctores, vt dicit Afflict. deci. 153. nu. 4. Ripa in l. 4. §. Cato, nu. 44. ff. de verbo. obl. Cùm enim prima obligatio esset in solidum in persona emphyteutæ, non potest mutari facto hæredum, sed transit in omnes cum illa obligatione solidi. Reperio tamen Alber. in d. l. communi diuidundo, in princip. dicentem, quòd imò communis opin. est in contrarium: & potest esse quòd secũdum sua tempora verũ dixerit, sed hodie proculdubio opin. gloss. est magis communis vt scilicet omnes cadãt & licet, videatur aliquantulum rigorosa, esset tamen seruanda in practica aliàs enim de facili multæ emphyteuses ad nihilum reducerentur.

14 Sed hic quæro, aliquis accepit emphyteusim pro se, & filijs, & descendẽtibus: Modo vnus ex filijs ipsius recipientis cessauit in solutione canonis per triennium, ita quod res cecidit in commissum, & sic propter caducitatem applicata est pleno iure domino directi. Quæro, nunquid hæc cessatio, & consequenter caducitas eadem causa incuria, oberit eius descendentibus, vel agnatis vocatis ex tenore primæ inuestituræ? Resp. quòd sic. ita tenet Specul. de emp. in d. §. nunc aliqua. q. 78. & est communis opin. vt attestatur Iaso. in d. l. 2. num. 58. & seq. quem refert Apost. l. ad Rumina. cõsi 381. sub nu. 4. & Rui. consil. 168. nu. 6. lib. 1. Dominus enim, qui rem suam in emphyteusim concedit sub annuo canone, videtur apponere solutionem canonis pro conditione, perinde ac si diceret concedo si solueris: & ideó cessante conditione, resoluitur concessio. Mihi tamen (vt verum fatear) hæc opi. nunquam placuit. videtur enim iniquum, vt factum, siue delictum, siue negligentia alicuius præiudicet suis successoribus, in re quæ ad eos peruenire debet, non ex facto aut iure ipsius delinquentis, siue negligentis, sed ex pacto, & prouidentia primi inuestiti. Non tamen propter hoc auderem in practica recedere à communi opin. dummodo talis cessatio non esset facta in fraudem descendentium, vel agnatorum, qui vocati essent ex tenore inuestituræ. nam hoc casu crederem illis (eueniente casu) succurrendum esse per beneficium restitutionis in integrum. & ita, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem.

15 Item quæro nunquid emphyteuta, qui canonem non soluit possit purgare moram. Respond. quòd secundum rigorem iuris ciuilis non potest moram purgare: sed secundum dispositionem iuris canonici, quod maximè innititur æquitati, potest illam celeri satisfactione purgare: & de hoc est textus expressus in cap. potuit, de locato, supra sæpius allegato. Quando autem dicatur purgare moram celeri satisfactione, varij varia dicunt. sed magis communiter Doctores concludunt, quòd in hoc stetur iudicis arbitrio, vt attestatur Ripa in l. si insulam, nu. 35. ff. de verb. obliga. Hanc etiam dicit esse communem opi. Dec. cons. 139. post nũ. 7. ver. ex quibus omnibus. Hoc igitur casu maximè versabitur religio iudicare debentis: & in dubio, antequam dominus declarauerit velle esse locum caducitati, Iudex debet semper inclinare in sententiam, per quam caducitas ipsa euitetur, tanto magis procedendo secundum æquitatem canonicam. Scias autem quòd dispositio d. c. potuit, procedit solummodo in emphyteusis ecclesiæ, non autẽ in emphyteusis laicorum, & priuatorum: & ita communiter concluditur, vt dicit Ripa in d. l. si insulam, paulo ante nu. 38. Si tamẽ esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta, posset seruari dispositio d. c. potuit, etiam in terris imperij & emphyteusis laicorum, quæ æquissima est: & illam seruat Senatus omisso rigore iur. ciuilis.

QVAESTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta qui cessauit in solutione canonis, an cadat ipso iure, vel requiratur sententia.*
2 *Ob defectum solutionis quando quis non dicatur cecidisse a iuribus suis.*

K Successi-

1 SVccessiuè quæro, an emphyteuta qui cessauit in solutione canonis, cadat ipso iure, an autem requiratur aliqua sententia, vel declaratio. Respon. Aut quæris an requiratur declaratio domini directi: & tunc stante regula quòd pœna caducitatis nõ habet locum nisi domino volente quã dicit esse communem Cur. Iun. cons. 109. nu. 11. & cons. 110. nu. 23. tenẽdum est quod propter cessationem, emphyteuta nõ cadit ipso iure ab emphyteusi, sed ita demũ, si dominus directi declaret velle esse locum caducitati. ita tenet Bar. in d. l. 2. nu. 2. C. de iure emphy. quem sequuntur communiter Doctores vt dicit Paris. consi. 108. nu. 33. lib. 1. Dicit etiã Cæp. cons. ciuili 25. nu. 2. quod ita concludunt communiter Scribentes. & dicit Cur. Iun. consil. 149. post nu. 4. ver. cum igitur, quòd in hoc omnes conueniunt. Hanc etiam dicit esse communem opinionem Ias. in d. l. 2. nu. 10. Aut verò quæris, postquam dominus voluntatem suam declarauit, quòd scilicet velit locum esse caducitati, nunquid requiratur sententia, aut declaratio Iudicis an autem cadat ipso iure. Et tenendum est, quòd statim facta declaratione per dominum directi, cadat ipso iure, neque requiratur iudicis sententia, vel declaratio. & ita communiter teneri attestatur Anto. de Bot. in d. ca. potuit, quẽ refert Ias. in d. l. 2. nu. 12. & seq. & Ruin. cons. 153. num. 6. lib. 1. & consi. 57. nume. 2. lib. 4. Cor. consi. 165. in litera X. lib. 2. Alex. consi. 6. post nume. 22. lib. 3. Dec. consi. 146. nu. 7. in fin. Capolla in d. cons. 15. nu. 3. in fin. & nu. 6. subdens, quod ita communiter obseruatur. Et licet in puncto iuris multa dici possint, non tamen esset in practica ab hac opi. quam communis Doctorum sententia, & consuetudo approbauit, aliquo modo recedendum.

ADDITIONES.

a Cadat.] *De caducitate autem non admittenda, ob renouationem non petitam, vide per* Rimin. *Iun. in consilio 22.*

b Domino volente.] *Adde vt per Rol. consil 81. num. 7. vol. 3. & sic requiri declaratoriam dicit* Nat. *cons. 93. nu. 4. de inuestitura autem non petenda & caducitate vitanda neque † incursa vide per Rim Iun. in consil. 17. Item*
2 *quando ob effectum solutionis non dicatur quis cecidisse a iuribus suis, vide per eun. in cons 94. de mora autem non purganda propter retardatam canonis solutionem. vt. per Affl. d. decisione 174. & per Casa. Orsi. in suis addit. ad eund m.*

c Ipso iure.] *Aduerte hic quod tametsi ecclesia possit possessionem accipere propria authoritate, quando deuoluitur propter canonem non solutum, tamen quando per alienationem vel generationẽ finitam, deuolutionem prælatus prætendit, non potest possessionem accipere, nisi precedat declaratoria; ratio est, quia haud potest ita certa esse de alienatione illicita vel extinctione generationis, sicut de non solutione, per Afflict. decis 97. Hieron. Gabr. consi. 88. num fi. & an eo non citato possit dominus inuestire alium, vide per Alexand. consi 44. volumine tertio. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directi, qui post incursam caducitatem recipit pensione ab emphyteuta, an censeatur illi remisisse caducitatem.*

2 *Et an dominus, qui propter cessationem expulit emphyteutam, possit ab eo petere pensionẽ temporis præteriti versi. Quæro nunc.*

3 *Prælatus recipiens pensionem ab emphyteuta ecclesiæ an censeatur illi remisisse caducitatem, versi. Sed nunquid.*

4 *Cui incumbat onus probandi an emphyteutæ dicenti se soluisse, an autem domino id neganti, ver. Sed pone.*

1 SEd hic occurrit alia quæstio nunquid dominus directi, qui post incursam caducitatem recepit solutionem pensionis ab emphyteuta, censeatur illi remisisse caducitatem. Respon. In hoc articulo distinguendi sunt aliqui casus. Aut enim expresse constat de mente ipsius domini pensionem recipientis, quia scilicet in receptione canonis reseruauit sibi expresse ius caducitatis, vel protestatus est per hoc non remittere caducitatem, vel huiusmodi: & tunc proculdubio non censetur remisisse caducitatem stante eius expressa declaratione in contrarium. ita tenet gl. in c. potuit, in gl. 3. de locato, quam dicit esse communiter approbatam per Legistas, & Canonistas Ias. in l. si post morã, post nu. 4. versi. confirmo per illud, ff. de eo quod certo loco, vbi etiam refert Alb. in d. l. 2. dicentem, quod ita communiter teneatur. ita etiam tenere cõmuniter DD. attestatur Cor. cõsi. 40. in litera I. lib. 4. hoc tamẽ intellige vt procedat, quando dominus recipit pensionem solummodo temporis præteriti, scilicet elapsi ante incursam caducitatem: hoc enim casu prodest talis protestatio quia stat simul quòd dominus prouideat sibi pro præterito, recipiendo pensionem debitam & reseruet etiam ius de futuro, propter caducitatem incursam: secus autem, si recipiat pensionem etiam pro tempore futuro, id est decurso post caussatam caducitatem: nam isto casu, licet protestetur se illam recipere saluo iure caducitatis, &c. censetur tamen non obstante protestatione, vel reseruatione, caducitatem ipsam remisisse. Ita concludunt communiter Doctores, quidquid dixerit Bart. in d. l. 2. nu. 8. in fi. vt dicit Gigas de pens. q. 73. in fin. Hanc etiam opin. contra Bartol. attestatur esse communem Ruin. consil. 110. nu. 4. libro 1. & cons. 151. num. 12. eod. vol. Videtur enim incompatibile quòd recipiatur pensio pro tempore post caducitatem decurso, & quod saluum sit ius caducitatis, & sic quòd quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta. Vnde cum huiusmodi protestatio siue reseruatio sit contraria facto, nihil releuat, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. §. protestatio. Et ita superioribus annis reuocata fuit sententia cuiusdam Doctoris, qui iudicauerat contrarium, fretus auctoritate Bart. in d. l. 2. neque aduertit quod in hoc Bart. communiter reprobatur, vt superius dixi. Aut verò sumus in dubio, quia scilicet dominus, sine aliqua protestatione vel reseruatione caducitatis pensionem ipsam recipit: & tunc si quidem recipit etiam pensionem temporis futuri, id est decursi post caducitatem, res non habet difficultatem quin censeatur remissa caducitas, vt in fortiorib. terminis dixi supra statim. Sin autem recepit pensionem temporis præteriti tantum, adhuc idem est dicendum, quod scilicet censeatur remisisse caducitatem. Et licet Bartol. in loco præallegato contrarium tenuerit, communis tamen opinio est contra Bartol. vt dicit Gigas de pension. quæstio. 73. num. tertio, à qua non esset in practica recedendum, maxime quia æquior est, & humanior. Et in hac quæstione caue à Salic. in d. l. secunda, num. 14. qui dicit, quòd distinctio Iacob. de Are. quam sequitur Barto. communiter approbatur: quia neque ipse fideliter refert verba Bar. neq; vt potes ex prædictis colligere opin. Bar. nec sua, communiter approbatur.

2 Quæro nunc, quid è conuerso, nunquid dominus directi qui declarauit caducitatem propter cessationem

nem

siem solutionis, & emphyteutam expulit, possit ab eo postea petere pensionem pro tempore præterito sibi debitam. Respon. in hoc etiam articulo Doctores varia scribunt. Tu verò dic, quòd aut dominus expellendo emphyteutam, expressè reseruauit sibi ius petendi pensionem pro annis cessatis: & hoc casu talis reseruatio siue protestatio vtique illi conseruat facultatem petendi ipsam pensionem: & hæc est communis opin. vt dicit Boer. decis. 309. nu. 5. in fin. Aut verò non protestatus est: & tunc expellendo emphyteutam ob canonem non solutum, non potest ab eo petere pensionem temporis præteriti, quicquid dicat Bart. in d. l. secunda, nu. 8. contra quem in hoc etiam est communis opinio, vt dicit Gigas de pen. q. 75. post num. 6. Et hæc omnia nota in practica; quia propter varietates opinionum de facili quis decipi posset. Hæc tamen omnia intellige vt procedant in emphyteuta priuati sed in emphyteusi ecclesiastica speciale est fauore ecclesiæ, vt possit ecclesia vtrunque consequi, scilicet pensionem exigere, & emphyteutam expellere, vt est tex. in auth. qui rem, C. de sacrosan. eccles.

3 Sed nunquid ea quæ dicta sunt de emphyteutis laicorum, habent etiam locum in emphyteutis ecclesiæ, vt scilicet si prælatus recipiat pensionem ab emphyteuta, qui per triennium cessauerat, & sic ceciderat a iure suo, præiudicet Ecclesiæ, ita vt censeatur remissa caducitas? Respon. hæc quæstio pendet ab alia, nunquid Prælatus possit expresse remittere caducitatem emphyteutis Ecclesiæ. In quo quidem articulo Doctores ita distinguunt: Aut ecclesia non est collegiata: & potest solus prælatus remittere caducitatem; Aut verò ecclesia est collegiata: & non potest sine capitulo. & hæc est communis opin. vt dicit Card. Alexand. in c. 1. in princ. nu. 17. de his qui feu. dar. pos. Dico ergo in hoc proposito eadem ratione, quod Aut ecclesia non est collegiata: & recipiendo pensionem præiudicat Ecclesiæ: Aut est collegiata: & non potest sine capitulo illi præiudicare. ita colligitur ex glo. in d. c. potuit in verbo Expelli. quæ in hoc est cōmuniter approbata, vt dicit Alex. consil. 5. num. 19. lib. 5. Ruin. consi. 70. post num. 14. libro 5. Et dicit Imola in d. c. potuit, nu. 34. circa fin. quòd ita tenent communiter DD. quem refert Alex. consil. 105. nu. 15. lib. 3. & Capolla consi. ciuili 46. post nu. 3. & Dec. consi. 329. nu. 3. Hanc etiam opin. dicit esse cōmunem Iaſ. in d. l. 2. nu. 130.

4 Sed pone, dominus dicit emphyteutam cecidisse quia per triennium non soluit: e contra verò emphyteuta dicit se soluisse: quæro cui incumbat onus probandi. Resp. quod dominus habet intentionem fundatam ex instrumento inuestituræ: meritò non ipsi sed emphyteutæ incumbit onus probandi. Ita tenet glo. in d. l. 2. in verbo Repellere, ibi, item quis probauit, C. de iure emph. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Socin. iun. consil. 91. nume. 15. libro 2. Ita etiam tenere omnes Doctores, attestatur Iaſ. in d. l. 2. numero 132. & seq. quem refert Gigas de pensionibus, quæst. 76. in fin.

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directi post declaratam caducitatem, an possit propria auctoritate ingredi rem emphyteuticam.*

1 NVnc videndum est, nunquid possit dominus directi post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam. Ista est ardua quæstio, & in qua Doctores varie locuti sunt, adeò vt tot penè sententiæ, quot capita, vt dicit Iaſ. in d. l. 2. num. 100. & seq. C. de iur. emph. vbi omnes opinio. recenset. Aliqui tenuerunt quòd dominus non possit post caducitatem propria auctoritate ingredi possessionem rei
a emphyteuticæ, & inde expellere emphyteutam, *a* nisi cum auctoritate iudicis: & hanc opinionem, quæ iudicio meo æquior est, & tutior, dicit esse communem Alber. in d. l. 2. col. 1. vers. ex hoc oritur, quem refert Iaſ. in loco præallegato; & illam seruat parlamentum Delphinale, teste Guid. Pape decis. 107. num. 1. Contrarium verò sententiam, quod scilicet possit dominus post caduci
b tatem expellere emphyteutam propria auctoritate, *b* tenuit gl. in d. l. 2. in verbo Repellere, in primis verbis. Et hanc opi. dicit esse communem Alex. consil. 117. num. 11. lib. 4. Corn. consi. 271. in litera B. lib. 3. Dec. consil. 146. num. 7. Sigismun. consi. feud. 37. post numerum 3. & sic (vt vides) hæc opin. glos. proculdubio est magis communis. Quæ quidem satis de plano procedit quando emphyteuta ipsi domino propria auctoritate ingredi etiam & illum expellere volenti, non resistit, licet tam gl. supràallegata, quàm multi ex Doctoribus, qui illam sequuntur, indistinctè loquantur. Sed quid si resistat? Resp. si quidem verbis tantum resistat adhuc dicendum est quòd potest dominus illum expellere: & hanc esse magis communem opin. attestatur Cor. consi. 193. in litera C. lib. 3. Si verò factis resistat, crederem nō licere domino illum propria auctoritate expellere: & hæc opin. tanquam æquior & tutior, & quæ minus scandalis viam aperit, tenenda esset in practica: & nisi esset multitudo & auctoritas Doctorū tenentium opi. glossæ, mihi indistinctè placeret contraria opin. quòd scilicet nullo casu liceat domino expellere emphyteutam propria auctoritate: & ita semper consulerem amicis, & re vera omnes etiam tenentes opin. glo. & etiam ipsamet gl. fatentur tutius & melius esse id facere iudicis auctoritate.

ADDITIONES.

a Expellere emphyteutam.] *Adde & vi. de ista quæst. per Soc. in consil. 167. sub nu. 14. & 15. qui num. 16. post quæstionem quando Emphyteuta interuertisset possessionem, quia incipisset nomine proprio possidere quid iuris.*

b Propria authoritate.] *Item quod dominus possit propria authoritate expellere, quando rem Emphyteuticam alienauit sine eius consensu. vi. per Craue. consi. 18. nu. 7. qui hoc verum sine dubio esse dicit quādo domino ita expellenti solum sit resistentia verbis, & cessat timor scandali, & citat etiam alios concordantes de quibus. ibi. Itē limita verum respectu ipsius vasalli vel hæredum suorū. At secus respectu extranei possessoris. vi. per Bos. de principe nu. 266. 267. 268. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Quo tempore anni emphyteuta debeat soluere canonem domino directi.*

2 *Et quid si velit pro pluribus annis futuris soluere, an teneatur dominus acceptare, versic. Sed pone.*

3 *Restitutorium remedium quando non competat emphyteutæ.*

1 PRo complemento huius materiæ quæro quo tempore anni teneatur emphyteuta soluere debitum canonē a domino directi. Respond. quod
a quidquid sit de iure, consuetudo seruat quòd in fine anni soluatur integra pensio, vt attestatur Guarner.

de Castell. in d. l. 2. quem refert Ias. in ea. l. 2. nu. 180. & ita quotidie videmus obseruari.

2 Sed pone quòd emphyteuta uelit soluere domino canonem seu pensionem pro tribus aut quatuor annis futuris; nunquid cogetur dominus illam recipere, etiam si nolit; uel ipso recusante, nunquid poterit emphyteuta illam deponere, & sic erit liberatus? Resp. quòd non. ita tenet Spec. in §. nunc aliqua, supra sæpius allegato, q. 42. & seq. & est communis opin. ut attestatur Alex. in l. stipulatio ista, §. inter certam: quem legit cum §. si quis dolum, post nu. 5. ff. de uerb. obligat. quem refert Dec. in l. cum tempus, nu. 8. ff. de reg. iur. Aret. in l. qui Romæ, in princ. ff. de uerbor. obligat. Ias. in l. secunda, nu. 66. & sequen. C. de iure emphyteu. Potest enim dominus directus dicere, sua interesse pecunias suis temporibus recipere: etenim (ut experientia docet) pecunia facile è manibus dilabitur, & hæc conclusio multo magis locum haberet, si pensio non in pecunia deberetur, sed in fructibus, qui possent cursu tēporis deteriorari.

A D D I T I O.

a Soluere debitum canonem.] *De canonis solutione uide aliqua nota. digna sup. in addit. ad q. 8. sub liter. d. Et*
3 *hic adde quod remedium restitutorium † haud competit emphyteutæ quando cecidit a possessione ex eo, quia canonem haud soluit per Socin. in l. rem quæ nob. s, q. 2. ver. ex quo de acquir. poss. ff. Alex. cons. 6. nu. 10 li. 3. Afflict. decis. 397. nu. 27. Ceph. cons. 272 nu 68. Giacbar I. V. C.*

QVESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit alienare rem emphyteuticam.*
2 *Et an eã alienando cadat ipso iure, an autem requiratur sententia uers. Adde quod.*
3 *Et an ex ipsa alienatione incurrat caducitatem etiam si non sit secuta traditio. uer. Sed nunquid.*
4 *Et quid si in cõtractu apposita sit clausula constituti, uer. Sed quid si non.*
5 *Et quid si in alienatione protestetur quod ipsam alienationem facit saluo, & reseruato consensu, uer. Item quæro.*
6 *Et quid si post alienationem, & traditionem illam recuperet, uersic. Sed quid si emphyteuta.*
7 *Et quid in emphyteusi cõcessa pro se, & quibus dederit, uer. Vlterius quæro.*
8 *Et quid si in inuestitura prohibeatur alienari maioribus. uersi. Sed quæro.*
9 *Et quid si conuentum fuerit quod liceat emphyteutæ, illam rem uendere, uersic. Sed pone.*
10 *Et an emphyteuta alienans partem rei emphyteuticæ, cadat a tota emphyteusi. uer. Non omittam.*
11 *Dominus quomodo sit requirendus ab emphyteuta in alienatione.*
12 *Emphyteuta vendens cum pacto de retrouendendo an cadat a iure suo.*
13 *Emphyteuta vendens cum clausula saluo iure domini, an cadat a iure suo.*
14 *Emphyteuta non cadit a iure suo ob venditionem inualidam, vel simulatam.*
15 *In alienatione emphyteusis, quando præsumatur consensus domini interuenisse.*
16 *Alienatio facta per patrem, an & quando possit per filios reuocari.*
17 *Emphyteusis quando dicatur alienari per locationem.*
18 *Emphyteusis non potest alienari in potentiorem, & numero 20.*
19 *Dominus recipiendo canonem an censeatur remittere caducitatem.*

1 QVæro, nunquid emphyteuta possit alienare rem emphyteuticam. Respon. de hoc habemus tex. expressum in l. fi. C. de iur. emph. quod non potest illam
a alienare irrequisito domino: a alias cadit a iure suo, vt ibi. & est communis regula, vt dicit Soc. iun. cons. 70. nu. 14. lib. 3.

2 Adde, quod emphyteuta alienans rem emphyteuticam contra formam d. l. fi. cadit ipso iure; nec aliqua sententia requiritur. ita tenet glo. in d. l. fin. in verbo Cadat, circa principium, quam dicit Ant. de Butr. cons. 22. nu. 1. a nemine esse reprobatam, & quod non reperit illam per aliquem esse in dubium reuocatam: quem refert & sequitur Iason, in dicta l. finali, numero 103. & seq.

3 Sed nunquid, ad hoc vt emphyteuta cadat ab emphyteusi, sufficit quod celebratus sit contractus alienationis, etiam si secuta non sit traditio? Resp. quod nō sed requiritur quod post ipsam alienationem subsecuta sit traditio ipsius rei emphyteuticæ, ita dicit Spec. in tit. de emph. d. §. nunc aliqua, versic. 95. & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in d. c. potuit, num. 49. in fi. de locato. Hanc etiam opi. dicit esse communem Alexan. in l. si a me, post nu. 4. vers. Secundo limitari, ff. ad legem Falci. Iason. in d. l. fin. num. 132. Cur. Sen. cons. 8. numer. 17. Mars. sing. 412. plures sunt. Et dicit Tiraquel. de retract. munici. §. 1. in gloss. 2. num. 43. quod hanc opi. tenet vniuersa prope cohors Scriptorium. Nam ante traditionem non dicitur alienatio perfecta, neque consummata. ideo alienans non debet ex ea pœnam pati. Faciūt quæ dixi infra hoc eo. lib. §. Feudum, q. 31. vers. sed nunquid.

4 Sed quid si non interuenerit vero quidem & actualis traditio, sed tamen in contractu alienationis apposita sit clausula constituti, vel precarij: nūquid talis ficta traditio possessionis, quæ fit per cōstitutum, sufficiet ad hoc ut emphyteuta priuetur iure suo? Respondeo quod sic. ita tenet Pau. de Ca. in l. 1. §. si rem, num. 2. ff. depositi & est communior opi. ut dicit Tiraq. de constituto, in 26. limi. nu. 5. & 6. Non enim potest negari quin per constitutum uera possessio transferatur, licet modus transferendi sit fictus. Bene uerum est (ut dixi in d. §. feudum, q. 31. uers. sed quid si non) quod licet hæc opi. de rigore iuris sit uerior, contraria tamen opi. quod requiratur actualis traditio, est æquior. & ideo teneri potest in iudicando, maxime si esset iudicandum sola facti ueritate inspecta: & ita seruatur in curia Delph. ut attestatur Guido Papæ decis. 101.

5 Item quæro, quid si emphyteuta in ipsa alienatione protestetur quod ipsam alienationem facit saluo & reseruato consensu domini, uel saluo iure directi domini: nunquid talis protestatio illum excusabit, ut nō
b cadat ab emphyteusi? Resp. quod nō: b & est communis opin. ut dicit Ias. in 2. lectu. rubricæ ff. solut. mat. num. 25. Dec. cons. 160. post nu. 4. uers. præterea dato; quem refert & sequitur Ripa in ca. cum M. Ferrarien. numero 80. de constit. Est enim talis protestatio contraria facto, & ideo non releuat, iuxta ea quæ dixi infra lib. 7. §. protestatio. Bene uerum est quod si protestetur se alienare saluo, & reseruato consensu do-
c mini, & nō aliter neque alio modo, c talis protestatio uerbis geminatis concepta operatur quod emphyteuta propter alienationem ipsam non cadat ab emphyteusi, etiam si secuta sit actualis & uera traditio. ita tenet Baldus loquens in uasallo, in cap. 1. §. fin. nu. 5. in fi. quæ fuit prima causa benef. amitt. quem etiam in emphyteuta sequuntur communiter Canon. ut dicit Ripa. lib. 3. respon. c. 1. nu. 3. & hanc restrictionē dicit esse cōmunē Ripa in d. ca. cū M. post n. 80. uers. secundo intellige, ut dixi in d. q. 31. uers. item quæro, & hanc etiam ego sequor, licet forte dici posset, quod emphy-

phyteuta alienando, & tradendo rem emphyteuticam domino irrequisito, dupliciter dominum offendit, scilicet ratione contemptus, & ratione praeiudicij: vnde licet illae clausulae videantur tollere contemptum, non tamen tollunt praeiudicium, quod sequitur ex traditione: nihilominus non recederem in iudicando à communi opin. praesertim vbi res tradita esset facilis recuperationis: sed si esset facta alienatio in personam potentiorem, vel de re difficilis recuperationis, puta castro, vel huiusmodi, fortè magis placeret contraria opi. quòd scilicet etiam non obstante huiusmodi geminata protestatione, caderet ab emphyteusi.

6 Sed quid si emphyteuta post alienationem, & traditionem recuperet ipsam rem emphyteuticam, nunquid propterea euitabit poenam priuationis? Resp. quod non, ita dicit Bart. in l. sequitur, §. item Labeo, in fi. ff. de vsuca. qui in hoc cōmuniter approbatur, vt dicit Rom. in d. § item Labeo, Ripa in l. cum bona, post nu. 20. de priuileg. credit. ita etiam communiter teneri affirmat Imola in d. §. item Labeo, circa finem. Et dicit Alexander in l. si à me, num. 3. ff. ad legem Falcidiam, quòd ita communiter concluditur. Idem etiam dicit Alexander in l. si insulam, numero 40. ff. de verborum oblig. Hanc etiam opi. dicit esse communem Imol. in d. c. potuit, nu. 48. in fin. de locato, quem refert Guido Papae consilio 192. nume. 1. & Grat. consil. 133. nu. 2. lib. 2. Dec. consil. 161. nume. 6. Ias. in d. l. fi. nu. 135. C. de iure emph. quem refert Socin. Iun. consil. 20 nume. 38. libro. 1. Ripa in l. quartam, nu. 55. ff. ad legem Falcid. Ex quo enim propter alienationem emphyteuta ipso iure cadit ab emphyteusi, non potest illud ius domino quaesitum ab eo sine eius facto auelli. Faciunt quae dixi in d. q. 31. versi. sed quid si vasallus.

7 Vlterius quaero, quid si emphyteusis sit concessa alicui pro se, & quibus dederit, nunquid poterit emphyteuta illam alienare domino irrequisito? Resp. quod sic. ita tenet Alber. in d. l. fin. colum. 2. versicu. sed nunquid haec lex, C. de iure emphy. & est communis opi. vt ait Dec. consi. 164. post nu. 3. versi. Secundò respondetur. Videtur enim ex illis verbis dominus vsq; a principio concessisse vt sine vlteriori requisitione posset emphyteusis ipsa in quemcunq; alienari. Vide quae dixi in d. q. 31. versi. vlterius quaero.

8 Sed quaero, quid si in inuestitura dominus non prohibeat emphyteusim alienari minoribus vel aequalibus, sed tantum maioribus &c. nunquid per huiusmodi exceptionem personarum censebitur concessa licentia alienandi in minores, vel aequales, ita quòd tempore alienationis alia specialis licentia non requiratur? Resp. Rui. consi. 213. nu. 6. lib. 1. refert Alc. in quodam consi. tenere quod stante hoc pacto, possit emphyteuta alienare domino irrequisito: & dicit quod haec opi. est verior, & communior: Ego tamē credo Rui. in hoc decepi, & sic quod ista opi. non sit magis communis, nec vera. Cùm enim hoc pactum communiter apponi solitum sit in fauorem domini directi: non debet operari in eius praeiudicium, & sic tutius esset tenere, quod nō obstante huiusmodi pacto, teneatur emphyteuta in alienatione per eum facienda requirere consensum domini directi; sed pro nunc nihil determino.

9 Sed pone quod in ipsa inuestitura siue concessione emphyteusis conuentum sit, quòd liceat emphyteutae vendere rem emphyteuticam: nunquid poterit hoc casu illam vendere etiam domino non requisito? Resp. quòd sic: & est cōmunis opi. vt dicit praestantissimus legum interpres & mihi vti pater honorandus D. Hiero. Torniel. in rub. de verb. oblig. num. 156. alias enim illa clausula nihil operaretur. Nam certum erat quòd domino requisito potest emphyteuta vendere rem emphyteuticam. Et licet Spe. in d. §. nunc aliqua, vers. 84. te-

nuerit quòd adhuc in isto casu requiritur consensus domini, tamen illa decisio Spe. communiter reprobatur vt ait Ias. in d. l. fi. nu. 6. circa finem.

10 Non omittam etiam vnum, super quo superioribus diebus fui interrogatus, an scilicet emphyteuta alienans partem rei emphyteuticae, cadat à tota emphyteusi; an autem solummodo à parte alienata. Certe ego non inueni hactenus aliquem Doctorem attestantem in hac quaestione quae sit magis communis opin. Tamē enumerando auctoritates, proculdubio communior opi. est, quod cadit tantum à parte alienata: quae etiam aequior est, & secundum illam iudicauit consilium Neapolitanum, vt per Grammat. decis. 49. Vide quae dixi in d. §. feudum, q. 31. versicu. sed pone, & supra hoc eodem §. q. 8. versicu. Hoc autem.

ADDITIONES.

a Alienare irrequisito domino.] *Adde quod ob duas causas alienatio est prohibita sine domini consensu de quibus vide per Gabriel. Eugubin. consil. 184. sub nume. 9 Et quae requirūtur in denuntiatione. vi. per Ias. in c. fin. in 2. not.*
11 *col. 4 Et si dominus † requisitus dicat se nolle emere, est vlterius expectandus, sed statim recognoscens potest vendere. Si autem dicat, volo deliberare, expectandus est per duos mēses, ita per Spec. tit. de emp. q. 100. & seq. ad idem per Duen. reg. 39. 10. amplia. Tiraq. r. g. cessante causa, nu 80. Rom. cons. 25. num. 4 Bar l. qua Romae, §. cohaeres, ff. de ver. obl. item alienare. Hic sciat quod si dominus cōcessit emphyteutae facultatem alienandi, distrahendique emphyteusim, quod non tamen nouus emphyteuta dicitur liberatus a munere suscipiendi inuestituram, & soluendi laudemium, ita per Soci. Iun in allegato cons. 70 num. 11. & 12 quem retulit etiam, & sequitur Menoc. in consil. 297 numero 27. casus vero in quibus emphyteuta irrequisito domino potest alienare vi. in Additio. ad decisio. Afflict 97 Item poterit alienare sine licentia domini, si fuerit adiectum pactum quod possit alienare, aut fuerint apposita illa verba. & quib. dederit, aut concedere voluerit, nam tunc taliter res concessa libere ponendi sine alia licentia. tex. Bal. & Ange. in l. cum essent §. per plurimum ff. de ser. insti praeditor & tradit Mar. Angui. consilio 82. num. 25. qui comprobat ex plurib. vid. per eum. Et 19. fallentias posuit in apos. meis ad stat. Fer. tit. de vsi. & reb. ab alio recognites, & multas fallentias ac declaratione siue extensiones posuit Ias. d. l. fina. per tot. & per Spe. tit de iure emph. vbi plene.*

b Quòd non.] *Et de hoc magis communē op vi. etiam per Rol. in cons. 50. nu. 28 vol. 2. atque in coll. mea com. opi. in verb. Emph. nu 12.*

c Et non aliter neq; alio modo.] *Adde ad idem atq; vi. per Fel. plane in l. quae in ecclesiarum. post numerum 85. versic saluatur. de constitution per Iason. d. l. fin. post numerum 142. in versicul. sed si adijciat, & in repertio. in rubr ff. soluto matrimonio, num. 26 per gloss magistram, & Bartal. in l. si quidem. C. de excep. vbi de effectu horum verborum. Gramm d. c sio 49 nume. tertio, vid. per Rolandum consi. 51 numero 30 vol. secundo, qui fusius alijs concordantes aduocat.*

d Sed si.] *Ista est doctrina d. Fel. & Gram. vbi sup.*

e Quod non.] *De ista communi etiam dixi in collectanea communium opinion. verbo emphyteuta numero 10. & numero 11 limitaui locum non habere, si recuperatio facta sit ante traditam possessionem. item emphyteuta potest dare in solutum ex causa necessaria rem emphyteuticam irrequisito domino, per Afflic. decision. 191. verum an possit locare vide per Alex. in consil. 113. vol. 4 & infra quaest. 19. vbi est locus suus.*

Item emphyteusis an dari possit in solutum sine domini consensu, vide per Tiraquel. de retract. municip.

§.primo, gloß.7. numero 48.49. Afflict.in decisio.191. Fallit si emphyteuta prohibitus esset ex pacto obligare rē per Rip.in l. prima, numero 13.ff. de pignor. & Hippo. item commoditas & melioramenta dari possunt in solutum Rui.in consil.176.verum hoc fallit mortuo emphyteuta vide per Castrens.consilio 218.pramittendum est, libro secundo.

f Tamen a parte alienata.] *Adde atque communem vide per Mar.Anguis. in consilio 67.in princ. & fusius per Tiraquell. de retract. municip. §.23. gloss.prima, num. 28.29. per Gram.d. decis 49 & per Ceph. in consil.138. qui alios retulit, & causas reassumit; quanquam in contrarium consultat.*

Emphyteusis alienatio quando fit irrequisito domino, quare emphyteuta priuetur ipso iure, Bald.tit. de probib. feud. aliena. per Fedcric.in §.callidis, & ibidem Aluaro.col.secunda, & in cap.imperiales, Iason.in l.secunda, volu quinto.C.de iur.emphyteuti.

Adde tamen quòd sententia requiritur. nec potest dominus expellere propria authoritate nec de facto spoliare, vt per Afflict. decision.87. qui subdit sic fuisse notatum & iudicatum.

Et de declaratione domini, vide Castren.consi.69. in casu prasenti, volumine secundo.

Emphyteusis, quæ fuit alienata, & redempta virtute pacti de retrouendendo, an emphyteuta tunc sit excusatus a pæna caducitatis? videtur quod non vltra supr.deducta adde & vide per Tiraquell.de retract. muni.§.10. numero 1.& Dec & eius Apostil.in cons.160 col.fi. vbi habes doct concordantes.

12 *Et istud † procederet etiam si res fuerit vendita cum pacto de retrouendendo, vide per Tiraquel.vbi supra nu. 3. qui tamen sub nume. 4. & 5.plene probat limitando, haud illud procedere si huiusmodi pactum reuendendi esset appositum in ipso contractu venditionis, & vi illius recuperetur, quoniam tunc non censenda esset noua acquisitio, neque ex causa noua facta, sed rediret res in suam propriam naturam, nec diceretur res translata in priorem venditorem, sed illi reddita; & etiam hoc ex multis iuribus similibus ac rationib. authoritatibusq; comprobat, quæ de industria omitto, ex quo de facili inspici solent.*

Emphyteusis si fuit alienata, an excusetur emphyteuta si dicat se ignorasse dominum resignasse, & per consequens beneficium cui soluebat canonem alteri vnitum fuisse, vide per Deci.d.consilio 160.numero quinto, in tertio dubio. vbi quod non tenet.

Emphyteusis an alienari possit, si dominus dedit licentiam emphyteutæ alienandi, vt.Castrens.consilio 326.circa primum notandum est.vol.2.Ruin.consil 81.& 213. vol.1.

Emphyteuticum ius si fuit venditum alicui de consensu domini sub aliqua conditione nondum impleta. An mortuo emphyteuta extinguatur etiam quo ad ipsum emptorem vide per Castrens.iod.consilio 326.

13 *Emphyteusis si sit vendita † cum clausula, saluo iure domini, an talis clausula aliquid operetur præter sup. dicta, vt.Fulgos.consil.2.Dec.consil.163.numero 4.460.nu. 5.Aret.consi 35.viso themate.Anch.consi.vltimo.col. fin. vbi tenet, quod sic si dominus potuit habere scientiam, & vide Curt.Seni.in consilio .... viso instrumento.*

Quid si cum clausula, saluo iure domini. & non aliter, nec alio modo, dixi sup. addeq; Abb. in c.fi. ad fi. de fen. Alex.tamen consi.3.sub nume.4. non ponit pro constanti dictum Bal.ad quod omnes confugiunt in c.1.§.denique, sub nu.5.quæ fuit prima can. feu. amit. quoniam Bal.ibi loquitur in protestatione facta circa actum pænalem, qui haud potest per contrariam protestationem euitari. Fel.tamen & Gramm.sequuti sunt Bal.vide sup.

Emphyteusis si sit alienata, consentiente domino cum hoc si ipse emphyteuta haberet victoriam causæ de re emphyteutica, quam litigabat, & vnam reportauit sententiam pro se, & mortuus est, emptor potest prosequi ius suum in causa, nec potest expelli, neque priuari a non directo re emphyteutica. Castren. dicto consil.326.

Emphyteusis si potest alienari de consensu domini. An intelligatur reseruata solennitate quod dominus requiratur, vide per Tiraq.in repe.l.si vnquam.C. de reuocand. donat.fol. mihi 20. vbi & etiam emphyteusi alienata non cadit emphyteuta si statim reuersa sit, quod est notandum ad ea quæ supra dixi.

Emphyteusi alienata potest dominus propria authoritate ingredi possessionem. vide per Crauc.consi 302.in contrarium; quod immo citari debeat possessor ipsius rei, vide Fulgos. consilio secundo, columna finali, Afflict.decis.57.

Emphyteusi alienata non tradita emphyteuta haud cadit per Tiraq. de retrac. muni. §.1.gl.2. nume.32. & 44.

14 *Similiter emphyteuta haud † cadit ob venditionem inualidam, vel simulatam per eundem, ibi.nu.5 6 & 13. quem tamen de simulatione vi.nu.14.*

Idem si res sit vendita sub conditione per Tiraq.ibi. numero 33. fallit tamen si sit processum ad rei traditionem per eund.vbi supra numero 32.Cephal. in cons 223. numero 38.

Emphyteusis si fuit alienata per haredem vel alium, qui non habet scientiam rei, emphyteuta non cadit, Dec. in consi.328.sub nu 6. vbi late Cor.in cons.67. & in subscriptione.vol.2.

Emphyteusis non potest etiam alienari a secundo emphyteuta irrequisito domino per Dec.in consilio 160.col. 2.Tu vide Francisc.Aret. limitantem cons 41.diligenter, & mature item vide Ruin.cons.141.

Emphyteusis quando alienatur, sufficit traditio facta per alienantem, Fulgos.consilio secundo, vide Tiraquel. in tract. de iure constitu. possess. part..........26.limit.

15 *Emphyteusis vbi alienatur, consensus domini præsumitur interuenisse propter temporis diuturnitatem. Tiraquel. de legibus connub.folio mihi 164 Iason l. qui aliena numero 48 ff.de acquir.possess.& per Crauet.tract.de antiquit.tempo.in tertia part.sectio.vidimus, & supra in princip.*

Emphyteusis alienari potest, quando in alienatione adesset clausula cui & quibus dederit.Iason in l.secunda, & tertia, colum. secunda, C.de iure emphyteu. & dixi etiam supra sub prima apostill.

16 *Emphyteusis si fuit per † patrem alienata filij possunt eam reuocare, etiam si sint hæredes patris. Socin.consilio 50.columna secunda.volum.tertio.facit Alexand.consi. 187.versiculo, in hoc duo.lib.secundo, verum aduerte, quia Alexand.ibi non se firmat. & veritas est, quod vbi titulo oneroso alienatur ius emphyteuticum, cum titulo lucratiuo, alienata apprehendendo ex indicijs, quod alienans voluit illud post vitam etiam alienantis donare, & pro tali alienatione, quod vtroque casu censetur tota res emphyteutica, & non ius suum tantum alienatum. Si vero titulo lucratiuo tantum fit alienatio. ius suum tantum censetur alienare, vide Bald.consilio 465 & 220. quod de consensu.volumine quinto, doctor.in l.vxor patrui, C.de legat.in l quod in serum.§.primo. & in l.si domus.§.finali. maxime Iason de legat.primo. Adhibe tamen in alienatione tituli onerosi distinctionem, nunquid alienatio fiat scienti vel ignoranti, vide Ro.in l. vsusfructus colum.fio.solu.matrimon.Socin consilio 25. numero 11.vide omnino Corn.consilio 74.in fine, & 175.colum. 11. consilio 199. columna 18. volum.secundo, Bald. cons.*

consilio 465.hæredi.libro quinto Alexan.consi.114 volum.4 Dec.cons.339 columna 4 semper vide per Ruin. consi.48 columna quarta.

Quia si emphyteusis fuisset concessa contemplatione patris.dic idem.Ruin.consilio 42.

Item quid si pater alienasset.& promisisset pro facto suo tantum,dic idem per Ruin.vbi supra,numero decimoseptimo.

Emphyteusis alienato statim reuertitur ad dominum etiam absque sententia & alteri concedi potest Castren. cons 69 in casu præsenti puto sic dicendum volumine secundo.Crauet consilio 18.numero 7.& consilio 302.vide tamen Fulgo consilio secundo.In hoc tamen casu expelli haud potest nisi facta declaratione,& sequuto sententia Castren. vbi supra Alexand consilio 871.volum.septimo & per Afflictum decisione nonagesimaseptima. Scias tamen quod ista declaratio domini non habet locum in alijs casibus. in quibus emphyteuta. §. præterquam in casu non solutionis, quia absque declaratione dicitur cecidisse per Ruin dicto consilio 42.numero decimo quarto.Qui etiam tenet quod non facta declaratione, nō transit dominium in emptorem.

Emphyteusis si fuit venditia o muliere sine concessu viri stante statuto quod non possit contrahere sine eius consensu, an cadat ab ea vide per Tiraq.de reg.connubial.fol. mihi 162.

Emphyteusis si fuit alienata præsente domino.& non contradicente an valeat alienato,vide per Tiraquel.de retrac.municip.l.§.primo.gloss.numero 152.

Emphyteusis si est plurimum dominorum.& emphyteuto vendat cum consensu eorum uno excepto; An ille possit partem suam retrahere, & alij condomini possint illum impedire ati iure retentionis,vide per eundem §. 23.gloss.secunda sub num.5.

Emphyteusis si fuit alienata inuito domino,atque postea redempta,per hoc dominus non habet ius recuperandi,vide per Tiraquel.eodem tracta § 19.numero tertio.

Emphyteusis,quando fuit vendita irrequisito domino licet unus ex hæredibus domini possit pro parte sua reuocare,& cæteri non reuocare,tamen emptor potest dicere, aut totum renouetis, aut nihil. vide per Tiraquellum.

Emphyteusis quando venditur,debet requiri dominus, verum an talis consensus debeat interuenire in ipso actu, an autem sufficiat ut post actum.n de Castr consilio 329. circa primum,volum.secundo ubi etiam an possit interuenire sub conditione.Itē an si bond sit impleta conditio valeat venditio.Item an conditio possit impleri per hæredes extraneos de his omnibus,vide per eum ibi.

Emphyteusis quando est alienanda debet requiri dominus.& ipse debet dare illud pretium quod ob alio repetitur etiam si excedat iustum pretium,nisi aliter conuentum fuerit.vide per Tiraquel late de retrail.municip.§.primo.glos.18.numero quinto.

Si dominus interrogatus respondeat se nolle emere, nō est alterius expectandus. sed si dicat volo deliberare expectandus est per duos menses.per eo quæ dixi supra.quibus adde & Firman.in verbo, dominus Castri versiculo 42.& fuit doctrina etiam Bortol.in l.qui Romæ,§.cohæres ff.de verborum obligatio.communiter approbata, at attestatur dominus Alexander ad Bartol.

In emphyteusis alienatione haud requiritur consensus domini:quando fit alienatio in eos,qui sui sunt comprehensi in inuestitura. Crauetta in consilio 251.columna tertia.

Emphyteusis alienari haud dicitur,quando relatio fit de ea existente apud se,a lite discedam,Alexand.consilio 41.volumine sexto.

Emphyteusis alienata si frater tacuit per annum, & non reuocauit sibi præiudicat,per Ruin.consilio 213.numero 9.

Emphyteusis ecclesiastica.si alienatur,emptor debet habere pretium datum ipsi venditori ab ipsa ecclesia,quæ retractat alienata quando venditor haud est soluendo Rub. cons.152.

Emphyteusis si potest per pactum vendi, & sit concesse duobus,non poterit ab uno tantum vendi etiam quo ad partem suam quia tunc vtriusque consensus requiritur. Corn.cons.320 vol 3.

Emphyteusis licentia alienanda vario modo dari potest a domino. expresse & tacite. puta si dicatur, quod haud possint vendi nobilibus minorib.sed similibus nam illis personis tacite videtur,quod possint vendi per Ruin. in cons.213.nu 6.

Emphyteusis alienandi licentia in inuestitura concessa ab initio aut præiudicat alijs,& intelligi debet secundum naturam contractus. Alex.in cons 105. volum. quarto, item intellige, & per Rain. dicto consilio 213. numero 7.

Emphyteusis potest inter eos alienari sine consensu domini,inter quos habet locum ius accrescendi per Gozad. in cons.20.

Emphyteusis alienatio de consensu domini facto habet effectum duntaxat in vita alienantis,sed vide Rui.cons. 213.& lat ius cons.165 nu.11.

17 Emphyteusis dicitur alienari per locationem ad longum tempus factam ob emphyteutæ,Rui.cons 37.volum. 3 Etiam si esset factum francandi pactum,vide per eund. cons.148.vol.1.

Emphyteusis rei ecclesiæ concessa ad longum tempus, an vitetur in eo tantum quod excedit 9 annos, & quid si pro longo tempore sit constituta vna pensio siue pretium, vide per Tiraquel.de retract municipa.§ 23.glos.1. nu. 11.item de primo dubio vide per Marian.Anguis. consilio 216.col.3.

Emphyteusis alienatio cum consensu domini est perpetua nec alienantis morte resoluitur secus si sine consensu domini facta sit,per Ruin.in cons.161.

Emphyteusis alienatio cum consensu domini præiudicat alijs uocatis in inuestitura,per Ruin.in consilio 163. in contrarium vide per eundem consilio 169. numero 17.

Emphyteusis quæ obuenit in partem meam si sit alienata talis alienatio præiudicat alijs etiam emphyteuticis in inuestitura,per Ruin.in cons.166.sed contra per eundem cons 169 nu.12.

Emphyteusis alienandi concessa licentia per illum modo per quem tabareat nil operatur, per Ruin. consilio 166.numero 14.

Emphyteusis alienandi licentia si per dominum conceditur pluribus fratribus,per hoc haud dicuntur ipsi fratres unus alteri licentiam dare & consentire alienationi,Ruin in dicto consilio 169.numero 13.

Emphyteusis alienatæ si unus agat contra possessorem possessor iunctus habere debet.per Alexand cons.92.numero 37.

18 Emphyteusis alienari haud potest in potentiorem, & sic in personas prohibitas. puta in ciuitatem, quæ nunquam moritur quæ ideo videtur de personis prohibitis. per ea quæ tradit Alex.ad.in cons.192.num.28.volumi.sexto, ubi tamen pro declaratione vide;quia haud negari in iuribus ibidem allegatis dicit, quia ipse dominus fundi vel rei emphyteuticæ possit concedere si voluerit. qui immo etiam si velit consentire,quod emphyteuta transferat in potentiorem,potest,per illic allegata.

Emphyteusis si fuerit alienata præfertur dominus consanguineo rehabitationis eius alienationis,vide per Tiraquell.de retract.lignag §.21.glossa.unica.sub numero 34.

Em-

Emphyteusis alienata an dicatur quando emphyteuta mouit libellum, in quo erat emphyteusis per Alex. dicto consilio 92.

Item emphyteuta, an possit mutare formam feudi per Tiraquell. de retract. conuentio. §. tertio glossa vltima, numero 28.

Emphyteusim alienatam si dominus recuperat, an illam tenetur dare emphyteuta, Alex. d. cons. 92. nu. 43.

Emphyteuta si promisit non alienare emphyteusim domino irrequisito tale pactum est intelligendum de alienatione facienda in extraneos, non autem inter se ipsos, per Cephal. consilio 119. numero quinto, & in consilio 104. numero duodecimo. Tiraquell. de retract. mu. §. 11. gloss. 6. numero 12.

Emphyteusis alienationi dominus consentire haud cogitur, nisi ita, vt res eodem modo & per idem tempus sit penes emptorem, quo fuisset penes venditorem, per Hieron. Gabriel. in cons. 92. nu. 10.

Emphyteuta, qui potest alienare irrequisito domino in filios potest in vnum sicut in plures alienare, quia semper alienat in filios, Mar. Anguis. consilio 256. num. 6 qui in vers. vltimo negat, quod ratio quare alienare prohibitus possit instituere alios successores ab intestato non sit, quia ipse non dicitur alienare, sed ex. vbi de communi opinio. a

Emphyteuta tametsi haud possit sub pœna priuationis alienare irrequisito domino, tamen ex promissione non committitur pœna, & sic dicta promissio haud continetur sub prohibitione alienationis facta a lege, per Cephal. in cons. 69. nu. 15. 16.

19 *Domini directi † recipiendo canones, quando censeatur remittere caducitatem, & quando protestatio dicatur contraria facto Et an dominus qui recepit canones possit expellere emphyteutam, qui in commissum inciderat ob alienationem factam domino inscio, & quando protestatio tollatur per actum sequentem de omnibus. vi. per Io. Cephal. in d. cons. 222.* b

20 *Emphyteusis ecclesiastica non potest alienari in potentiores, vt clericos, curiales, & milites, ex communi sententia, & notissima regula, ne deterior fiat ecclesiæ concedentis conditio, vide per Romuald. Iun. plene eius cons. 368.*

Transactio facta inter dominum directum, & emphyteutam, quod soluatur laudemiũ domino quocunque modo res emphyteutica alienetur, non habet locum. nisi in alienationibus voluntarijs, & non in necessarijs. per Rolandum qui citat Brn. & Crau. consil. 21 nu. 16. de rebus ecclesiæ quomodo possint alienari. vel ad vsum concedi. & quæ requirantur ad validitatem instrumenti, & an solẽnitates præsumantur interuenisse vide per Rom. iun. cons. 385.

Longior fui solito in apostillando, istam quæstionem habui tamen suprascripta atque infrascripta adnotasse est vbique frequens & quotidiana.

QVAESTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Plures emphyteutæ an possint rem emphyteuticam inter se diuidere.*

1 QVæro nunquid plures emphyteutæ possint rem emphyteuticam domino irrequisito inter se diuidere. Respon. quod sic, ita tenet Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 24. ff. de verb. oblig. & est communis opin. vt attestantur Scribentes in d. §. duo fratres, & in specie Aret. colum. pen. ver. circa quartam, & Ias. num. 75. & Crot. num. 74. & Ripa num. 86. Ias. in l. fin. num. 114. C. de iure emphyt. & dicit Bal. consil. 122. lib. 4. secundum antiquam impressionem, quod ita communiter seruatur, quem refert Dec. cons. 263. in fi. refert etiã Apostil. ad Bart. in d. §. duo fratres, sub num. 24. ita etiã communiter seruari attestatur Alexan. in d. §. duo fratres, post numerũ sexagesimũ, versiculo circa primum In hoc enim non agitur de aliquo præiudicio domini directi: & ideo possunt ipsi emphyteutæ non modo rẽ emphyteuticam diuidere, sed etiam inter se alienare, alio quocunque titulo, domino ipso irrequisito, vt dicit Bart. in loco præallegato. & est communis opi. vt dicit Ias. in dicto §. duo fratres. num. 77. Gozad. consil. 20. nu. 9. Cum enim dominus directi illos omnes habeat pro emphyteutis, respectu ipsius non dicitur alienatio, ex quo non transfertur in personam, in qua opus sit noua recognitione; neque ipsius interest apud quem eorũ res ipsa reperiatur, cum propterea illi qui alienant, non desinant esse in solidum obligati versus ipsum dominũ pro ipsa emphyteusi, prout erant ante alienationem seu diuisionem.

ADDITIO.

a Alienare alio quocunque titulo.] *Ampliatur ista cõmunis per Ias. & Rip. in d. §. duo fratres, & eam vide etiã in coll. mea commu. opinio in verbo Emphyteuta, numero 8. vbi dixi hæredes tamen Emphyteutæ haud posse inter se res Emphyteuticas diuidere irrequisito domino. Et quomodo possint alienare, vide per Alex. consilio 73. volum. secundo. sed nunquid Emphyteutę possint donare irrequisito domino. vel locare ad longum tempus, vide per Alexand. in consilio 119. & Apostill. lib. tertio. Giacbar. I. V. C.*

b *Alienare, ex hac tamen diuisione seu alienatione inter se non debetur aliquod laudemium, vel quinquagesima, dicit Ias. in l. fi. nu. 4. C. de iur. emph. & hanc communem. Guiottus.*

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit ius suum alteri legare, vel donare.*

2 *Et quæ in tali legato, vel donatione requirantur.*

1 QVæro nunquid emphyteuta possit sine domini consensu ius suum alteri legare, vel donare. Resp. hæc est satis trita quæstio, & in qua Doctores aliquando varie locuti sunt: nam Bar. in l. si domus, §. fin. nu. 4. ff. de leg. 1. tenuit indistinctè quod non, tam in emphyteuta priuati, quam in emphyteuta Ecclesiæ. Et dicit Angel. in dicta l. fin. sæpius allegata. C. de iure emphyt. ante num. 1. quod istud obseruat consuetudo. Contrariam autem sententiam, quod scilicet emphyteuta possit ius suum sine domini consensu alteri donare, tenuit gloss. in d. l. fin. in verbo Alijs vendere: quam sequuntur communiter Doctores, vt dicit Imol. in dicta l. si domus, §. fi. vers. extra glo. quem refert Are. in consil. 41. nu. 1. Et illam dicit esse communiter approbatam Rum. cons. 42. nu. 1. & ita communiter teneri affirmat Rum. cons. 160. num. 32. lib. 5. Iac. in tract. de Roidis, siue operis, num. 24. qui nescio quomodo inaduertenter fuerit separatus a præcedente tractatu de homagijs, cum re vera auctor prosequatur vsque ad finem libri materiæ homagij, licet in illo loco incidenter aliqua dicat de ipsis roidis, siue operis. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Bald. in d. l. si do-

domus. §. fin. nu. 4. vbi dicit, loquendo in emphyteuta Ecclesiæ, quòd secundum omnes DD. potest donare ius suum, dummodo id faciat saluo iure Ecclesiæ; & in l. vsufructu, ff. soluto matrimonio, prout illum refert Imo. ibi nu. 6. licet reuera Bald. solummodò dicat, quod fuit opin. antiquorum. Hanc etiam esse communem opin. dicit Imol. in d. l. vsufructu, nu. 7. Florian. in d. c. potuit. de locato, quem refert Imol. in eo. c. potuit, post nu. 11. Paul. de Cast. in d. l. si domus. §. fin. num. 4. Ias. in d. l. fin. post nu. 61. Gratus consi. 86. nu. 7. lib. 1. Ioan. Dilect. de arte testan. in lib. 6. caut. 46. nu. 1. vbi dicit quòd opin. gl. com. numeratur à Doctoribus com. probatur. Quæ opinio non solum in emphyteuta priuati locum habet, in quo illam esse communem affirmat Card. Florent. in d. c. potuit, & post eum Cæpolla consi. ciuili 8. num. 10. & quam communiter teneri affirmat Iason in dicta l. fin. numero 71. circa finem: sed etiam in emphyteuta principis. & ita tenere omnes Doctores, tam Legistas quam Canonistas, attestatur Cæpolla in allegato consilio 8. nume. 11. Quinimò etiam in emphyteuta Ecclesiæ illam dicit esse magis communem Socinus Iunior consi. 120. nu. 77. lib. 1. Ias. in d. l. fi. post nu. 72. licet Bart. vbique tenuerit absolute contrarium, quod scilicet emphyteuta Ecclesiæ proculdubio nō possit ius suum donare sine consensu Ecclesiæ. Tenenda est ergo hæc opi. quod scilicet possit emphyteuta ius suum legare, vel donare, domino irrequisito: quam etiam magis communem simpliciter & indistinctè attestatur Alexand. consi. 189. nu. 13. lib. 2. Cor. consi. 166. col. septima in litera D. lib. 2. Bertrand. consi. 98. num. 1. libro 3. in 2. parte, Natta consi. 114. post nu. 15. In specie autem, in emphyteusi concessa à priuato; ita attestatur Alexand. in l. si patroni, in prin. paulo ante nume. 16. ff. ad Trebel. & in d. l. si domus. §. fin. numero 5. Ias. in d. l. si domus. §. fin. post nume. 32. Et in emphyteusi concessa ab ecclesia, vt possit ea non requisita donari & legari pariter dicit esse communem Alexan. consil. 17. nume. 11. lib. 5. Ias. in d. l. si domus, §. fi. num. 34. & in d. l. fi. nume. 72. Curt. Iun. consi. 130. nume. 8. Grat. consil. 79. nu. 18. lib. 1. Et dicit Alciat. in l. in conuentionibus circa fi. ff. de verbor. sig. quod ita crebrius approbatum est, dummodo fiat saluo iure domini, & citra fraudem & ita teneas. Cessat enim ratio denunciandi domino, an velit eodem pretio emere, ex quo nullum pretium interuenit; neque esset æquū vt teneretur emphyteuta ius suum domino donare, vel legare, qui forte in eum benemerita aliqua non contulit: vel saltem nō est emphyteuta erga illum ita affectus, vt est erga eum, cui vult donare, vel legare.

2 Arbitror tamen quinque requiri, ad hoc vt huiusmodi legatum, vel donatio valeat, neque emphyteuta cadat à iure suo. Primò quòd non fiat in personam, in quā vel de iure communi, vel ex conuentione ipsa res emphyteutica prohibita sit alienari. Secundò quòd nulla subsit fraus: nam si etiam effectualiter emphyteuta vēderet sed ne posset dominus vti iure prælationis, conciperet contractum in formam donationis in fraudem ipsius domini, crederem illū esse re emphyteutica priuandum. Tertiò, quòd donetur, vel legetur res ipsa tanquā emphyteutica, nō autē pleno iure: aliàs enim esset quodammodo velle priuare dominum iure suo: & ideo caderet emphyteuta à re emphyteutica. Quartò, quòd priusquam transferat possessionem rei donatæ in donatarium requirat domini assensum, qui proculdubio tenetur illum præstare, modò donatarius sit habilis & idoneus ad soluendum & promittat ipsi domino soluere fictum emphyteuticum, & in hoc omnes concordant, vt dicit Ias. in d. l. fi. nu. 68. Non enim debet donatarius sine consensu domini apprehēdere possessionem rei emphyteuticæ prout tenent cōmuniter Doctor. & in hoc conueniunt, vt dicit Bertrand. consi. 61. nu. 2. lib. 2. in 2. parte, qui etiam consi. 124. nu. 1. lib. 1. in 2. parte, attestatur hanc esse communem opin. secundum quam alias iudicatum fuit in parlamento Delphi. vt refert Guido Papæ deci. 46. Præterea, & quintò soluendum est etiam ipsi domino directo laudemiū pro noua inuestitura, vt dixi infra q. 23. vers. sed quarto. Et quantum ad hoc, scilicet vt dominus nouam inuestituram cōcedat & assensum præbeat donationi, debet dominus expectari per duos menses, iuxta dispositionem d. l. fin. & in hoc omnes concordant, vt ait Ias. in d. l. fina. nu. 68. in fin.

3 Et hæc omnia procedunt, vbi non subesset consuetu-
c do, quòd emphyteutica nō posset donari vel legari domino irrequisito: illa enim esset proculdubio obseruanda, & certe valde æqua est illa opin. quod teneatur emphyteuta volens donare vel legare ius suum, requirere consensum domini, & volente domino illud acquirere prætio æstimando, quod ipse præferatur donatario, vel legatario: quam ego aliquando sustinui in circulis: Tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, forte durum esset in practica eos obtinere.

ADDITIONES.

a Legare.] *Quod emphiteusis legetur irrequisito domino vt per Co. in cons. 166 col. 6. vol. 1. Item vt Bal. cons. 160. quæritur lib. 3 & Corn consil. 84. vol. 2. Sed quid si emphyteusis morte non finiebatur vide* Ro. *cons. 35. visa. Et an emphiteuta possit legare ecclesiæ certam pecuniam super re Emphyteusis. si in instrumento libelli sit pactum de non alienando, v. Ro. in l. filiusfamilias. § diui. num. 90. ff. de lega. 1.*

b Alteri donare.] *Sed an Emphiteusis permutatio † fieri*
3 *possit irrequisito domino. vide per Dec. consi. 60. in 1. dub. quod limita per Tiraq. de retract. muni § 34. gloss. 1. quicquid dixerit Ripa. in l 2 nu. 59. ff si cert. pet. in cautel. Itē an Emphiteusis donari possit irrequisito domino, vide Bald in cons. 160 quæritur vol 3. in cons. 116. in 2. Ruin. cons. 1.8 quod non possit donari potentiori, nec personis prohibitis vt Rui cons. 143 nu 14 Item haud potest donari, quando vltra prohibitionem legis adesset prohibitio*
4 *domini. per Rui. in cons. 16. nu. 24 volum. 4. Verū † an possit dari in dotem Bal. consil. 106 quæritur vol. 5. com-*
* *munis opi. est quod quādo res quæ datur in dotē est inæstimata, quod haud requiratur consensus domini Tiraq de retrac. municip § 1 gl. 14 nu. 20. 21 Rui. in consil. 48. secus quando est æstimata per Tiraquel. vbi sup. Aduerte tamen quod emphyteusis haud potest dari in dotem sine consensu domini quando emphyteuta habet alia bona per Cran consil. 215. Et quamquam Emphiteusis in dotē dari possit irrequisito domino, tamen durat tantum ad vitam emphiteutæ. Immo ad vitam dotatæ vide per Ruinum consi. 165.*

c Consuetudo.] *Ad idem vt. per Tiraquel. de retrac. muni. § 43 gl. 1. nu 34. Gaspar. I. V. C.*

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Pater an possit filijs in re emphyteutica præiudicare.*
2 *Et quid in emphyteusi accepta pro filijs, & hæredibus, vers. sed quid.*
3 *Et quid in emphyteusi antiqua, seu paterna, vers. Et hæc quidem.*

1 SVccessiuè quæro, nunquid pater habens filios possit in re emphyteutica illis præiudicare, disponendo, aut testando, aut vni ipsorum prælegando. Respon. hic articulus multum confuse à Scribentib. tractatur: propte-

propterea ad intelligentiā præmittere debes, quod emphyteusis aliquando dicitur noua, aliquando dicitur antiqua. Noua est, quæ habet originem in persona ipsius emphyteutæ, qui vult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua verò est, quæ habet originem ab alio ascendente, prout in simili dixi de feudo infra, hoc eo, lib. 5. feudum, q. 8. Item præmitte, quod aliqua est emphyteusis hæreditaria, aliqua non hæreditaria, & aliqua mixta, prout etiam in simili dictum est de feudo, in d. §. feudum, q. 9. Emphyteusis hæreditaria est, illa quam acquirēs stipulatus est pro se, & hæredibus quibuscunque; vel pro se, & quibus dederit; vel etiam pro se & hæredibus si est accepta a priuato. In hoc enim differt emphyteusis priuati à feudo, quia cū emphyteusis accepta a priuato de sui natura transeat ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, illa verba, pro se, & hæredibus, intelligūtur etiam de extraneis, vt dixi inf. q. 28. ver. tertius est casus. secus autem est in feudo: nam cum feudū de sui natura non transeat in extraneos, illa verba verificantur solummodo in descendentib. hæredibus, vt dixi in d. §. feudum, q. 83. vers. sed quid si feudum. Quid autem in emphyteusi ecclesiastica accepta pro se, & hæredibus, dixi in dicta quæstione vigesima octaua, versi. tertius est. Emphyteusis non hæreditaria est quam acquirēs stipulatus est pro se, & filiis; vel pro se, & descendentibus, vel huiusmodi, nulla facta mentione hæredum: hæc enim transit ad ipsos filios, seu descendentes, etiam quod non sint hæredes, secundum opinionem quam ego tenui infra q. 37. licet multi in emphyteusi concessa à priuato teneant cōtrariū. Mixta est, quam acquirens stipulatus est pro filiis & hæredibus, & sic in qua succedere non potest filius, nisi sit hæres; neque hæres, nisi sit filius, vel descendens, sed vtraque qualitas requiritur, vt dixi in d. q. 37. licet multi etiam teneant quod in hac emphyteusi concessa pro filiis & hæredibus a priuatò succedunt etiam extranei hæredes: quod mihi nunquam placuit.

His præmissis, dico quod aut quæritur de emphyteusi noua an possit pater in illa filiis suis præiudicare: & tunc, si quidem emphyteusis est hæreditaria, scilicet acquisita pro se, & hæredibus quibuscunq;, vel pro se, & quibus dederit, omnes concludunt quod potest pater in ea filiis præiudicare: neq; vlla in hoc est apud Scribentes controuersia, Nam huiusmodi bona potius censentur tanquam libera, & allodialia, quam emphyteutica, vt in simili de feudo ita concesso dixi in d. §. feudum. q. 9. Aut verò loquimur in emphyteusi non hæreditaria, & sic acquisita pro se, & filiis: & tunc variæ sūt opin. inter Scribentes. Aliqui enim tenent quod ex stipulatione patris sit ius quæsitum filiis, ita ut non possit pater in ipsa emphyteusi illis præiudicare. & hanc opi. dicit esse magis communem Alexand. cons. 106. num. 8. & consil. 107. in princip. libro quarto, quem refert Ruin. consil. 43. num. 4. lib. 1. & consi. 48. post nu. 8. eo. vol. & cons. 154. num. 4. eod. vol. & consi. 213. nu. 4. eo. vol. & Ias. in l. 2. nu. 209. C. de iure emph. licet corruptè alleget. Refert etiam & sequitur Dec. cons. 239. numero 6. quem (vt arbitror) allegare voluit Gratus cons. 1. post nu. 5. lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem Apost. ad Alexan. consil. 8. sub num. 15. libro 3. vbi multa congerit Gratus consil. 12. num. 9. libro primo, & consil. 132. num. 4. eod. volum. Bertrand. consil. 138. num. 3. lib. 2. in 2. parte, quem refert Apostil. ad Alex. de præsumptio. in prima regula, præsumpt. 31. num. 3. Eandem sententiam vti communem sequitur Didac. lib. 2. resolut. c. 18. nu. 2. Cast. consil. 53. num. 59. Apostil. ad Rimin. cons. 437. sub num. 2. Rubeus in l. Gallus, §. quidam recte, num. 186. & seq. ff. de liber. & posthum. Contrariam autem sententiam plerique etiam tenuerunt, quòd scilicet possit pater in huiusmodi emphyteusi filiis suis præiudicare, ipse enim pater stipulando pro se & filiis, cēsetur stipulatus ordine successiuo, scilicet primo sibi, deinde post mortem suam filiis. Cum ergo non videatur filiis ius aliquod quæsitum nisi post ipsius patris mortem: merito posse debet de ipsa emphyteusi ad libitum suum disponere: Et hanc sententiam dicit magis communiter teneri idem Alexan. sibi contrarius consil. 124. num. 8. lib. 5. quem refert & sequi videtur Gozād. consil. 45. numero 18. Hanc etiam dicit esse communem idem Alexand. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui, post num. 4. ff. de lega. 1. quem refert & sequitur Socin. consil. 127. num. 16. lib. 3. & Tiraquel. de retract. municip. §. 11. glo. 6. num. 25. Hanc etiam dicit esse communem Iason consilio 213. nu. 4. lib. 2. Et reuera hæc opin. mihi semper magis placuit, vt scilicet illud quod ego acquiro, possim etiam meo iure alienare. Et si in feudo nouo acquisito pro se, & filiis, potest pater de eo ad libitum suum disponere in præiudicium filiorum, modo domini consensus accedat, secundum opinionem quam ego tenui in d. §. feudum, q. 41. vers. & hæc quidem multo magis idem dicendum est in emphyteusi, quæ proculdubio facilius potest alienari, quam feudum. Bene verum est, quod si
1 in inuestitura, siue concessione emphyteutica, esset proprio nomine nominatus aliquis ex filiis: vel aliter apparere posset quod emphyteusis esset concessa non solum intuitu recipientis, sed etiam contemplatione filiorum, eo casu vtique transirem cum alia opinione, quod non posset de ea pater in ipsorum præiudicium disponere: quæ multis auctoritatibus fouetur.

2 Sed quid si sit emphyteusis mixta, puta quia accepta sit pro filiis, & hæredibus? Resp. si teneamus opin. quam ego teneo, quod scilicet etiam si sit acquisita pro se, & filiis simpliciter, possit tamen acquirēs de ea libere disponere, multo magis tenenda erit hoc casu, quod etiam in hac emphyteusi quæ partim est hæreditaria, possit filiis præiudicare. Sed certe etiamsi in ea quæ non est aliquo modo hæreditaria, teneamus contrariam sententiam quod non possit de ea pater acquirens disponere, adhuc tamen in hac specie tenendum est quod possit. Cum enim hoc casu appareat quod pater non simpliciter stipulatus est filiis, vt filiis, sed etiam vt hæredibus, poterit pater de ipsa emphyteusi ad sui libitum disponere; neque poterit filius hæres illam reuocare, nisi, secundum aliquos, adiret paternam hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij: quo casu vtique admitteretur ad reuocandum, vbi penes eum nō remaneret tantum, quantum valeret ipsa emphyteusis. Ego tamen absolute teneo, & semper tenui, quod 2
pater acquirens emphyteusim siue pro se & filiis, & hæredibus, siue alio quocunque modo concepta sit cōcessio, potest de ea libere disponere, vt superius dixi.

3 Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteusi noua, si vero loquimur in emphyteusi antiqua, seu paterna, tunc distingue, quod aut est simpliciter hæreditaria, puta quia accepta pro se, & hæredibus, vel pro se & hæredibus quibuscunque; vel pro se, & quibus dederit; vel huiusmodi: & tunc (vt supra dixi) ex quo talia bona iudicantur potius tanquam libera, quam tanquam emphyteutica, nemo dubitat quin possit emphyteuta, domini accedente consensu in quemcunque de eis disponere. Aut est simpliciter, & absolutè, non hæ-
a reditaria, a puta quia cōcessa pro se & filiis: & tunc cū sit filiis & descendentibus ius quæsitum ex beneficio primi acquirēntis, & sic virtute primæ inuestituræ non potest emphyteuta eis in aliquo præiudicare; neque hoc casu reperitur quod aliquis contrarium teneat, vt dicit Alex. consil. 106. post num. 8. lib. 4. Hoc etiam dicit esse indubitatissimum Gratus cons. 22. num. 9. lib. 1. Aut est mixta, scilicet concessa pro filiis, & hæredibus;

&

& tunc breuiter, ego teneo in emphyteusi, illud quod tenui in feudo huius qualitatis, in d. §. Feudum, q. 42. in fi. Vide etiam in hoc proposito ea, quæ dixi infra q. 37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige vt procedant quantum ad præiudicium filiorum: sed quantum ad præiudicium domini, recurrendum est ad ea quæ dixi supra quæst. 13. & seq.

ADDITIO.

a Aut est simpliciter & absolute hæreditaria.] *Adde ad idem atque vide per Rim. iun. in cons. 394. n. 31. 32. cum multis alijs seq.*

QVAESTIO XVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam permutare.*

1 QVæro, nunquid possit emphyteuta rem emphyteuticam sine consensu domini permutare? a Resp. inter vocatos in inuestitura siue concessione emphyteutica, vtique potest fieri permutatio, Si enim permissa est inter ipsos omnis alienatio, vt dixi supra, q. 14. censetur etiam permissa permutatio. Sed nunquid poterit illam transferre in extraneum titulo permutationis? Respon. quòd sic: ita dicit Bald. in l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1. & ita communiter tenetur, vt ait Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, numero 86. ff. de verb. oblig. Hoc tamen intellige vt procedat, dummodo talis permutatio fiat bona fide: sed si aliqua fraus subesset, puta quia in effectu emphyteuta rem ipsam venderet, sed in contractu ipso assereret se permutare, vel donare, vt priuaret dominum iure suo prælationis; talis fraus domino non obesset quominus posset vti suo iure prælationis. ita dicit Bal. in d. l. si domus, §. 1. & est communis opin. vt attestatur Ripa in l. 1. in prin. num. 38. ff. si certum petatur. & fortè etiam de iuris rigore dici posset, quod hoc casu emphyteuta propter huiusmodi alienationem caderet a re emphyteutica: quod multi etiam tenuerunt: hoc tamen pro nunc non affirmo.

ADDITIONES.

a Permutare.] *Adde atque fusius vi. per Menoc. in cons. 287. in 2. dub. vol. 3. & per Tiraq. tract. suo de retrac. municip. §. 30. glo. 1.*

b Transferre.] *Quid si vasallus vel emphyteuta inuenerit vnum qui velit facere illa met pacta domino, & conducere rem proprie sicuti ipse faciebat, an dominus compellatur illum accipere, quod sic, vi. per Mars. de fideiussor. sub n. 214. & 215. vbi etiam si emphyteuta fecit expressum pactum, quod in fine locationis possit tollere, & eleuare omnia melioramenta & sint sua, certe si emphyteuta in fine velit illa exportare poterit dominus offerendo pretium, inhibere ne releuet, quod esse no. dicit ex Bal. & Ias. ibi aduocatis. Giacbar. I. V. C.*

QVESTIO XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam hypothecare.*
Pignus an possit constitui in re emphyteutica.

1 QVæro, an possit emphyteuta rem emphyteuticam sine domini consensu hypothecare, a vel pignorare. b Resp. quod sic. ita dicit glo. in d. l. fi. in verbo, alijs vendere, C. de iure emph. quæ in hoc communiter approbatur, vt ait Iason ea. l. fin. nu. 78. & seq. quem refert Grat. cons. 55. nu. 4. lib. 1. Idem dicit Gratus cons. 54. nu. 5. lib. 1. Et dicit Ripa in l. filiusfamil. §. diui, nu. 94. ff. de lega. 1. quòd ita tenent communiter Scribentes: pignoris enim obligatio non est propriè alienatio: & ideo etiam in generali hypotheca, siue obligatione omnium bonorum, veniunt bona emphyteutica, vt dixi infra hoc eod. lib. §. hypotheca.

ADDITIONES.

a Hypothecare.] *Si potest capi in pignus, an vocandus sit dominus directus. Vide per Barb. cons. 170. vol. 2.*

b Vel pignorare.] *Et emphyteutica in re an possit constitui pignus, vide Bal. consi. 306. uerba omnino Ripa in l. 1. nu. 13. de pigno. & hypo. Affl. decis. 161. Ruin. cons. 17. Boer. decis. 180. & emphyteusis pignorata reuertitur ad dominum sine onere. Tiraq. in l. si unquam C. de reuoc. donat. fol. 381. & per Boer. decis. 18. Et emphiteusis pignorata, si emphiteuta non uult soluere canonem, creditor tenetur soluere alias cadit. Ripa d. l. 1. nu. 19. Tiraq. de retrac. munic. §. 36. gl. a nu. 19. cum seq. vbi uide. Giacba.*

QVAESTIO XIX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta, an possit sine consensu domini rem emphyteuticam alteri locare.*

1 QVæro, nunquid possit emphyteuta sine domini consensu alteri locare rem emphyteuticam. Respon. si quæris de locatione ad modicum tempus, nulla est difficultas, quin possit illam locare: talis enim locatio non est species alienationis. In locatione autem ad longum tempus, aliqui etiam idem sentiunt: & dicit Aposti. ad Alexand. consi. 119. circa fin. lib. 5. quòd ita communiter obseruatur, & licet fortè hoc de iure non procederet, cum locatio ad longum tempus sit species alienationis, vt dixi infra hoc eo. lib. §. locatio. tamen vbi vigeret talis obseruantia & consuetudo, vtique esset attendenda, & sic excusaret emphyteutam à pœna priuationis, vt in simili dixi infra hoc eo. libr. §. feudum, q. 33. vers. scias tamen. Sed cessante consuetudine, ego semper inclinarem in contrariam sententiã.

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusim concedere.*

1 QVæro, nunquid possit emphyteuta irrequisito domino rem emphyteuticã alteri in emphyteusim concedere. Resp. quod non: & ita de consuetudine obseruatur, vt ait Spec. in titu. de emphyt. §. nunc aliqua, q. 125. quem refert Ias. in d. l. fi. nu. 110. C. de iure emphyteuti. Est enim concessio in emphyteusim proculdubio species alienationis, vt est omnibus notissimum.

ADDITIO.

a Alteri.] *An emphyteuta primus concedendo rem alteri in emphyteusim retineat aliquod ius, vi. Spec. in cons. 256. & ui-*

& vide omnino. Ruin. in con. 168. num. 14. An finita linea primus conducens iura perdat, & hæredes sui aliquid habeât. vide per Soc. consl. 256. num. 2. An si primus emphyteuta de consensu domini transmittarius suum in secundum ad hoc vt reuertatur linea finita, An attendatur linea primi, vel secundi. Anchar. consil 63. An emphyteuta secundi volens alienare petat licentiam a primo an domino directo. Ruin. consil o 268. numero 15. An ius obseruandi pactum transeat ad dominum, an vero ad hæredem primi concedentis. Socin. consil. 261. An si mortuus sit secundus emphyteuta sine hæredibus emphyteusis reuertatur ad primum concedentem. Bald. consil. 251. Giacbar. I. V. C.

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit sine domini consensu constituere seruitutem in fundo emphyteutico.*

1 QVæro, nunquid possit emphyteuta sine domini consensu constituere seruitutē in fundo emphyteutico. Resp. quod sic. quantum ad sui præiudicium, non tamen quantum ad præiudiciū domini directi: & ideo finita emphyteusi erit etiam finita ipsa seruitus. Ita tenent communiter Doctores, vt dicit Cæpolla lib. 1. de seruit. c. 14. col. 1. Vide quæ dixi in dict. §. feudum, quæst. 37.

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Res emphyteutica in casibus in quibus potest alienari, an possit indistincte alienari in quodcunque genus personarum.*

1 QVæro, an in casibus in quibus potest res emphyteutica per emphyteutam alienari, possit indistinctè alienari in quodcunque genus personarum. Respon. Vulgaris est, & notissima regula, quod non potest emphyteusis alienari in potentiorem: quæ licet iure nō probetur, tamen in practica non solet in dubium reuocari. & hanc esse communem conclusionem attestatur Alexan. in l. si finita, §. si de vectiga. post num. 36. vers. nec obstat quod emphyteusis, ff. de damno infect. Ias. in d. l. fi. n. 90. & 97. C. de iure emph. dicit ꝙ ita cōcludunt cōmuniter Doctores: quem refert Gratus cons. 80. n. 2.
a lib. 1. Personæ autē potentiores a intelliguntur illæ, quæ sunt magis priuilegiatæ, puta clerici, curiales, & milites vt habetur per Doctores in locis præallegatis.

ADDITIO.

a Potentiores.] *Adde atque de communi, vi. Rim. iuni. cons. 368. col. 5. & per totum illud cons. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *In alienatione rei emphyteuticæ soluendum est laudemium domino directi.*

2 *Et an etiam si donetur alteri. vers. Sed quæro.*

3 *Quid si in concessione emphyteutu ipsius rei alienatio, ver. Sed quid si in ipsa.*

4 *Quis tenetatur soluere laudemium, emphyteuta an acquirens, ver. Vlterius quæro.*

5 *Quid si vnus habeat proprietatem, & alter usumfruct. ipsius proprietatis, cui soluendum sit laudemium, vers. Sed pone.*

6 *Laudemium quando non soluatur domino.*

1 DIctum est de alienatione rei emphyteuticæ, quibus casibus permissa sit: Nunc scire debes, quod in quacunque alienatione rei emphyteuticæ, soluen-
a dum est domino directo laudemiū, a id est, quinqua-
b gesima b pars pretii, pro quo res ipsa alienatur, & sic ad rationem duorum scutorum pro quolibet centenario.
2 Sed quæro, an soluēdum sit huiusmodi laudemium solummodo de rebus venditis, aut permutatis, an autem etiam de donatis. Respond. quod etiam de donatis soluendum est. & hæc est communis opi. ut dicit Bart. consil. 123. num. 1. lib. 1. in secunda parte. Et dicit Ias. in d. l. fin. post num. 68. versiculo sequitur postea; quod in hoc nemo discrepat. Huiusmodi enim laudemium soluitur propter nouam inuestituram, quæ a domino conceditur, quæ ratio militat tam in donatario, quam in emptore, aut alio acquisitore, cui opus sit noua inuestitura.
3 Sed quid si in ipsa concessione, seu inuestitura emphyteutica, conuentum sit inter dominum & emphyteutam, quod possit ipse emphyteuta ius suum vendere cui voluerit: nunquid si deinde vendat, adhuc soluendum est laudemium? Respon. quod sic: ita tenet Salic. in d. l. fi. col. 1. vers. sed iuxta primum & est communis opinio vt dicit Soc. iun. cons. 70. nu. 11. & post. num. 57. lib. 3. Nam (vt dixi) solutio laudemij fit propter nouam inuestituram: & ideo nihil refert an primus emphyteuta potuerit vendere domino irrequisito, vel non, sed solummodo an nouus acquisitor opus habeat noua inuestitura, vel recognitione a domino directo.
4 Vlterius quæro, quis teneatur ad solutionem laudemii, an emphyteuta qui alienat, an autem acquirens ipsam rem emphyteuticā. Resp. quod generaliter nouus emphyteuta, vel feudatarius, vel acceptor, est ille qui tenetur soluere laudemium domino directo. ita tenet. gl. in d. l. fi. in verbo Accipere. & ita obseruatur, vt dicit Ias. in d. l. fin. nu. 41. C. de iure emph. quem refert Goza. cōs. 65. nu. 1. Soluitur enim propter nouam inuestituram, vt supra sæpius dixi.
5 Sed pone quod dominus directi decesserit, relicta hæredi proprietate, alteri vero vsufructu ipsius proprietatis; Quæro si durante vsufructu contingat rem emphyteuticam alienari, cui debeatur laudemium proprietatio, an vsufructuario. Resp. quod laudemium debetur vsufructuario non autem domino proprietatis, ita dicit Io. And. in addi. ad Spe. de emph. in versic. 93. in verbo Qui tabernas, post medium. & est communis opi. vt ait Socin. iun. in d. consil. 70. num. 31. lib. 3. Cum enim fructus sit vtilitas ex re, vel propter rem prouenientis merito hoc emolumentum quod propter rem ipsam peruenit, ad vsumfructuarium pertinere debet. & ita vidi seruari.

ADDITIONES.

a Laudemium.] *Hic aduerte, quia non debetur laudemiū.*
6 *† de fundo emphyteutico in dotem dato filiæ, siue fuerit ei datus æstimatus, siue inæstimatus, per Cra. in cons. 515. post nu. 6. sicut etiam non debet solui a filiis de hæreditate patris, quia non est noua acquisitio. Bal. in c. quem in ecclesiarum, num. 36 de constit. Capr. in consil. 41. sequens Ang. in l. in suis ff. de li. & posth. Dec. cons. 443. num. 5. & in auth. præterea, num. 20. C. vnde uir. & ux. ubi late. illud tamen, quod dixi de fundo emphiteutico in dotem dato, intellige, ut per Cra. ibi nu. 7. quando pater non habet alia*

sua bona de quib posset filiam dotare; at secus vbi haberet, quia tunc non posset sine domini consensu, quia ista non dicatur alienatio necessaria vbi adsunt alia bona, sed quid si pater donet filio, vide ibi.nu si.

b Quinquagesima.] *De laudemio pro feudo ecclesiæ soluendo ad sextam partem veri pretij. vide per Rim Iun.in cons 38. vnum scias quod laudemium non soluetur ab emphyteuta comprehenso in contractu, & qui contractus rem cõsequitur, vt per Gabr.Eugubin.cons 84.nu 5 quem vide per totum illud cons 92. qui tenet debere laudemium solui ab emphyteuta, qui diuisionis titulo rem totam consequutus est, quando ad eam rem iure accrescendi, vel vi contractus venire haud potest. & clara resolutione distinguit tres casus, quos apud eum videto. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an propter alienationem rei emphyteuticæ cadat à iure suo. Remissiue.*

1 QVæro, nunquid emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ factã irrequisito domi-
a no cadat à iure suo. Dixi su.q.13. *a*

ADDITIO.

a Supra q.13.] *vide quæ ibid. in apostillis meis dixi.*

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta qui interuertit possessionem domini, an cadat à iure suo possitque ab ipso domino propria authoritate expelli.*

2 *Emphyteuta si neget bona esse emphyteutica ad dominum spectat talis probatio.*

1 QVæro, an emphyteuta qui interuertit *a* possessio-
a nem domini, cadat à iure suo. Resp. quod sic. Sed nũquid poterit hoc casu ab ipso domino propria auctoritate expelli? Resp. quod nõ: ita tenet gl. in d.l.2. in verbo Repellere, cum qua omnes tenent, vt ait Ias. ibi nu. 117. Et ratio est, quia tũc incipit emphyteuta in totum suo nomine possidere, & spoliat dominum sua ciuili possessione; & ideo via iuris, non facti, cum eo agendum est. Hoc tamen intellige, quando ex interuallo; secus autem si incontinenti: tunc enim vtique posset pro defensione suæ ciuilis possessionis, illum propria auctoritate expellere. ad quo videnda sunt ea quæ dixi infra lib.7. §. possessio.

ADDITIO.

a Interuertit.] *Adde quod si emphiteuta neget † bona es-*
2 *se emphyteutica fundamentum domini est probare quod sint, communem dixi in d.collec.mea nu.27. Giacbar.*

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an propter deteriorationem expelli possit.*

2 *Et an emphyteuta possit incidere arbores fructiferas ver. Hinc infertur.*

1 QVæro, nunquid emphyteuta possit expelli propter deteriorationem. Respon. si loquamur in emphyteuta ecclesiæ, certum est, quòd potest expelli. text. est in Authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. Sed quid in emphyteuta priuata? Resp. quod pari-
a ter etiam expelli potest propter deteriorationẽ. *a* ita tenet Petr. in d. Auth. qui rem. & est communis opin. vt dicit Ias in ea. Auth. qui rem. num. 5. & seq.

2 Hinc infertur, quod non potest emphyteuta incide-
b re arbores fructiferas. *b* ita tenet Bart. in l. diuortio, §. si fundum, num. 3, ff. soluto matrimon. cum quo transeunt indifferenter omnes DD. antiqui, & moderni, vt dicit Iason eo. §. si fundum, nu. 12. Et dicit Ang. in l. si colonus, ff. arborum furtim cæsarum, quod ab hac conclusione nullus vnquam discrepauit. Et ideò si illas incidat, cadit à iure suo, & potest expelli, & priuari. ita tenet Bald. in d. §. si fundum, & est communis opi. vt ait Ias. in d. §. si fundum. num. 4. Picus in l. Titia. §. Titia post num. 96. ff. de leg. 2. Quæ licet videatur nimis rigorosa, tamen tenenda esset in practica, vt emphyteutæ metu caducitatis, & priuationis bene versentur in rebus sibi in emphyteusim cõcessis. Faciunt quæ dixi infra, hoc eod. lib. §. feudum q.47. Hæc tamen omnia intellige, quando esset notabilis deterioratio, secus si esset modica, vel minima.

ADDITIONES.

a Deteriorationem.] *An compensentur melioramenta ad hoc, vt euitetur caducitas, vide Ias. cons.17.*

b Fructiferas.] *Vi. per Ias. in l.1. col. pe. C. de iure emphit. & in l 2. C. eod. quæst.57. Et quæ requirantur vide per Iason. dicto consil.10. Tiraq. de retrac. conuu. §.3. gloss.1. nu.24. cum plurib. seq. emphyteuta tamen terræ buschiuæ potest incidere arbores fructiferas absque domini consensu, & absque metu caducitatis per Cur. Sen. in consil.71. col. fi. & emphyteusis deteriorata ad hoc, vt dicatur quæ requirantur, vi. Dec. Tholo.353. Item emphyteuticarium rem reficere an possit emphyteuta per iudicem ecclesiasticum cogi, vide ibi. trac de caducitate rei emphyteuticæ ob pacta non seruata & arborum incisionem, vi. nouissime per Rim. Iun. cons.355. Giach. I.V.C.*

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta cessans à solutione canonis emphyteutici an cadat ab emphyteusi. Remissiue.*

1 QVæro, an emphyteuta cessans in solutione canonis
a cadat ab *a* emphyteusi. Dixi sup. quæst.8.

ADDITIO.

a Cadat.] *Dic quod cadit ipso iure si dominus voluerit, commune vide d.q.9. vbi etiam dixi, & per Cæph. consil. 152. nu.98. & dixi in collec. mea com. opi. Verb. emphyteuta, & emphyteutæ incumbit onus probandi se soluisse late per Cæphal. cons.87. nu.3. Giach. I.V.C.*

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, an transeat ad extraneos hæredes. Et quid si concessa sit nulla temporis præfinitione adiecta ibid.*

2 *Et quid si concessa sit vsque ad certam generationem, ver. Secundo modo.*

3 *Et quid si concessa sit in perpetuum pro se & filijs, ver. Primus casus est.*

4 *Et quid si concessa sit expresse etiam pro extraneis hæredibus, ver. Secundus est casus.*

5 *Et quid si concessa sit simpliciter pro se, & hæredibus, ver. Tertius est casus.*

6 *Et an emphyteusis ecclesiastica de sui natura sit transitoria ad extraneos hæredes, ver. Et certe.*

7 *Et quid si tempore concessionis non constabat bona esse ecclesiæ, versicu. Vnum tamen.*

8 *Et quid si emphyteusis ecclesiastica concessa sit pro se, & hæredibus quibuscunque ver. Sed quæro.*

9 *Et quid si sit concessa pro se, & quibus dederit, ver. Idemque, & multo.*

1 QVæro, nũquid emphyteusis transeat ad extraneos hæredes. Hæc est intricata, & ardua quæstio, in qua Doctores adeo varie loquuntur, vt veritas vix discerni possit. Tu igitur pro intelligentia terminorum debes præsupponere quod quatuor modis potest aliqua res in emphyteusim concedi. Primò quidem simpliciter, id est nulla temporis præfinitione adiecta, puta concedo tibi hanc rem in emphyteusim. & hoc casu tenẽdum est quod talis emphyteusis (quam nonnulli appellant informem) transeat ad filios, seu descendentes recipientis, etiã quod de illis in concessione nulla mentio facta sit. censetur enim facta concessio non solum pro ipso recipiente, sed etiam pro illis hæredibus, qui ex natura emphyteusis succedere solent. & ita tenuit Pet. de Bellaper. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de lega. 1. cuius opin. dicit esse communem Ias. in d. §. si quis alicui, nu. 9. qui licet loquatur in emphyteusi concessa à Papa, vel Principe, idem tamen dicendum esset in concessa à quolibet priuato facta, & etiam ab ecclesia, modò concessio sit legitimè facta: semper enim in dubio concessio debet potius censeri realis, quàm personalis, nisi aliter de mente contrahentium appareat. Faciunt quæ dixi infra. hoc eod. lib. §. feudum. q. 9. versic. sed quid dicendum. Transibit ergo huiusmodi emphyteusis proculdubio ad filios, siue ad descendentes ipsius recipientis: & hoc siue concessa sit à laico, siue ab ecclesia. Ad extraneos autem transibit, si sit concessa à laico: sed si concessa sit ab ecclesia, transibit solummodo ad filios, & descendentes. & hoc omnes fatentur, vt dicit Gozad. cons. 75. post nu. 9. Quæ quidem conclusio modicam habet difficultatem, tenendo illam opinionem, quod emphyteusis ecclesiastica de sui natura non tran-

a seat ad extraneos hæredes, a de quo infra late dicemus. Bene verum est, quod de stricto iure fortè verior est opin. quod emphyteusis ecclesiastica simpliciter concessa, nulla facta mentione filiorũ, nec hæredum, finitur in persona accipiẽtis, vt est tex. rotũd. in §. emphyteusim, in Auth. de non alien. Sed in practica nõ recedas à cõi.

2 Secundò modo potest res in emphyteusim concedi

b vsque ad certam generationẽ, puta secundam, tertiam *b* vel quartam: & hoc cùm certa sit dispositio, non est tractandum an transeat ad extraneos hæredes, ex quo solummodo ex tenore concessionis vel inuestituræ sunt vocati descendentes recipientis vsq; ad generationem expressam in ipsa concessione. & hoc indistinctè procedit, siue emphyteusis sit concessa à Principe, siue ab Ecclesia, siue à priuato. Quomodo autem intelligatur secunda vel tertia generatio, dixi infra. q. 54.

Tertio modo concedi potest emphyteusis vsque ad

c certum annorum numerũ, c puta ad viginti, vel triginta annos, &c. & hoc casu si quæratur an transeat ad extraneos hæredes, dicendum est quod sic, vsque ad illum numerum annorum præfinitum. & hoc proculdubió procedit in emphyteusi concessa à priuato, sed in emphyteusi ecclesiastica, si nulla esset facta mentio hæredum extraneorum dè stricto iure idem fortè dicendum esset, quod supra dictum est, quando emphyteusis concessa est nulla temporis præfinitione adiecta. Aequius tamen & tutius est tenere quod vsque ad illum numerum annorum transeat in quoscunque.

Quarto modo potest concedi emphyteusis in perpetuum: & in hoc articulo pro clariori intelligentia distinguendi sunt tres casus.

3 Primus casus est quando emphyteusis perpetua concessa est expresse pro se, & filijs: & hoc casu nulla est difficultas. hæc enim solummodo transit ad descendentes, iuxta tenorem ipsius concessionis, non autem transit ad extraneos. Neque facit differentiam an concessa sit pro se, & filijs; an autem pro se & filijs & hæredib. quia licet illa qualitas (hæredibus) adiecta verbo (filijs) operetur quod emphyteusis non possit transire ad filios nisi etiam sint hæredes recipientis vt dixi infra. q. 37. tamen quantum ad hoc propositum de quo in præsentia tractamus, paria sunt vel quod concessa sit pro se, & filijs; vel pro se & filijs & hæredib. vel pro se & descendẽtib. & hæredib. vel huiusmodi. nam his omnib. casib. nunquam transit ad extraneos hæredes & hoc indistinctè locum habet, tam in emphyteusi concessa a priuato quàm ab ecclesia. & ita puto tenendum esse, licet nonnulli teneant contrarium.

4 Secundus est casus, quando emphyteusis perpetua concessa est expresse etiã pro hæredibus extraneis; puta, quia in inuestitura seu concessione dictum sit, Pro se, & hæredibus quibuscũque; vel Pro se & hæredibus & quibus dederit. Nam ex proprietate huiusmodi verborum veniunt etiam extranei hæredes, vt in simili dixi infra, hoc eodem libro, §. feudũ, quæstio. 9. versi. hoc præmisso. Et hoc quidem casu distinguendum est, inter emphyteusim cõcessam a priuato vel concessam ab ecclesia. Nam si est concessa à priuato, proculdubio transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, ex tenore ipsius inuestituræ. Si verò est concessa ab ecclesia, tunc aut agitur de noua concessione, quia s. huiusmodi res non erat solita concedi in emphyteusim: & tunc si debitæ solẽnitates requisitæ in alienatione rei ecclesiasticæ ex dispositione c. sine exceptione. 12. q. 2. interueniãt in tali cõcessione, proculdubio poterit talis concessio fieri etiã pro hæredib. extraneis, vt dixi su. q. 6. versi. sed nunquid: & ideo etiam ad ipsos transibit, vt dixi infra versi. sed quæro. Sicut enim potuisset ipsa res in totum alienari subsistente causa legitima, & debitis solẽnitatibus interuenientib. vt dixi infra §. emptio: multo magis potuit concedi in emphyteusim etiam pro extraneis hæredib. & sic alienari solummodo respectu vtilis dominij: & hoc iudicio meo nullam habet difficultatem. Si vero debitæ solennitates non interueniant, concessio est ipso iure nulla. & ideo superfluum est tractare, nũquid transeat ad extraneos: quia non valet neque etiam in persona ipsius recipientis.

Aut verò erat solita concedi in emphyteusim: quo casu, quando propter cessationem, alienationem, vel deteriorationem, vel aliter finita est emphyteusis, & sic res ipsa est ad ecclesiam reuersa: potest prælatus, etiam debitis solennitatibus non interuenientibus, illam in emphyteusim iterum concedere. Et tunc Aut non erat solita concedi pro extraneis; & si quidem interuenerunt debitæ solennitates, & legitima causa, valet concessio etiam in extraneos, vt su. sæpius dixi; si verò non interuenerunt, nulli dubium est quod nõ poterat in hac renouatione concedi, ita vt transeat ad extraneos. nam prælatus non potest in huiusmodi renouatione alterare formam, secundum quam res ipsa solita est in emphyteusi concedi: & si id faciat, vitiatur concessio, saltem quatenus forma solita excessa est, vt dixi su. in d. q. 6. vers. Scias tamen. Aut verò erat solita concedi etiam

pro

pro extraneis hæredibus & hoc casu si quidem interueniant debitæ solennitates, potest iterum concedi etiam pro extraneis: militat enim eadem, imò fortior ratio, quæ in proximo casu. Vbi vero non interuenirent debitæ solennitates, mihi magis placet quod non possit cōcedi nisi pro descendentibus recipientis, non autem pro extraneis: ad quod videnda sunt ea, quæ dixi infra ver. præterea posset.

6 Tertius est casus, quando emphyteusis est simpliciter concessa pro se, & hæredibus: & hoc casu pariter est distinguendum inter emphyteusim concessam a priuato, & emphyteusim concessam ab ecclesia: Nam si quidem est concessa a laico, transit in hæredem extraneum, & potest cuicunque legari & donari, etiam irrequisito domino: & ita communiter tenetur. vt dicit Cald. consil. 6. sub rubr. de locato. hanc etiam conclusionem dicit esse communem Alexan. in l. si patroni, in fin. ff. ad Trebel. quem refert & sequitur Gigas, de crim. læsæ maiest. lib. 2. in rubrica de pœnis, q. 6. nu. 6. idem etiam dicit Alex. in l. quod dicitur, num. 16. ff. de verb. oblig. quem refert Soc. iun. consi. 59. num. 8. lib. 2. & in hoc nulla est inter Doctores controuer. Punctus est quid in emphyteusi ecclesiastica. multi enim tenuerunt quod illa ad extraneos hæredes non transeat, licet simpliciter pro se & hæredibus concessa sit. Fundamentum autem istius opin. est, quia licet verbum hæredib. de sui proprietate comprehendat tam extraneos hæredes, quam descendentes, tamen (vt ipsi præsupponunt) regulariter emphyteusis ecclesiastica de sui natura non transit nisi ad descendentes, non autem ad extraneos hæredes secundum opi. quam dicit esse magis communem Imola in l. ex facto, num. 14. in fi. ff. de hæred. instit. quem refert & sequitur Ruin. consil. 23. num. 34. lib. 5. consil. 68. num. 16. eo. vol. Alexan. consil. 23. num. 4. lib. 1. & consil. 9. lib. 2. & consi. 38. num. 4. eo. vol. & cons. 89. num. 1. lib. 4. & cons. 21. nu. 11. lib. 5. & cons. 22. nu. 5. eodem volum. & consilio 129. nu. 1. eo. vol. & in dicta l. si patroni, in princ. nu. 6. ff. ad Trebel. quem refert Apost. ad Corset. in verbo Contractus, in singula. incip. Contractus, Socin. cons. 121. num. 18. lib. 4. quem refert Gratus consil. 55. nu. 8. lib. 1. Ruin. consi. 48. num. 10. lib. 1. & cons. 117. nu. 1. eo. vol. & cons. 148 num. 4. eod. vol. & cons. 161. num. 6. eod. vol. & consil. 162. nu. 11. eod. volum. & cons. 168. num. 2. eo. volum. & consil. 24. nu. 12. lib. 5. cons. 25. num. 12. eod. volum. Ripa in l. cum bona, num. 14. ff. de priuil. credit. Gozad. cons. 75. num. 9. Rimin. cons. 437. nu. 3. Et ideo secundum ipsos, illud verbum Pro se, & hæredibus positum in concessione, vel inuestitura, ratione subiectæ materiæ debet intelligi solummodo de descendentibus, non autem extraneis. Regulariter enim in quacunque materia, quæ de sui natura non est transitoria ad extraneos hæredes appellatione hæredum non veniunt ext anei. secundum communem opin. de qua attestatur Dec. cons. 171. nu. 2. Faciunt quæ in simili dicunt Doctores de feudo concesso pro se, & hæredibus, vt dixi in allegato §. feudum. q. 85. in fin.

Et in specie, quod emphyteusis ecclesiastica simpliciter accepta pro se, & hæredibus, transeat solummodo ad descendentes, non autem ad extraneos hæredes, vltra præallegatos DD. dicit esse communem sententiam Comen. consil. 57. nu. 1. & sequen. quem refert & idem affirmat Gozad. consil. 39. num. 6. & seq. Antonius Oldoinus inter cons. Rapha. Comen. cons. 11. num. 1. Alexan. cons. 56. numero 3. libro 2. & consil. 83. num. 1. lib. 7. & in l. quædam, §. nihil interest, nu. 6. ff. de edendo, & in l. etiam, post num. 3. ff. solut. matr. prout illum refert Socin. iun. consil. 11. num. 1. lib. 3. Bolog. consil. 84. in primo dubio, Barb. cons. 63. quasi per totum consil. lib. 1. Dec. in capit. in præsentia, post num. 48. vers. ex supra dictis, de probat. quem refert Berous, ibi, num. 386. Bertran. consil. 173. num. 47. lib. 3. in secunda parte, Afflict. decis. 200. num. 1. vbi etiam dicit ita fuisse iudicatum in illo sacro consilio, quia in illa concessione emphyteutica non interuenerant debitæ solennitates: quod not. Rubeus in l. Gallus. §. quidam recte, num. 192. & seq. ff. de libe. & posth. Paris. in d. c. in præsentia, num. 104. Berous q. 19. nu. 1. & seq. Et dicit Soc. iun. cons. 71. num. 3. lib. 1. quod ita communiter determinatur. Dicit etiam Imola in c. potuit, num. 14. circa finem de locato, quod de consuetudine communiter istud seruatur: quod to refert Cor. cons. 67. in litera B. lib. 2. & cons. 165. col. 3. in litera G. eo. vol. & ita iam pluribus annis in facti contingentia consuluit collegium Papiense inter Abbatem sanctæ Mariæ de Procalia, & quendam Beneuenutum notarium, cuius consilii exemplum manuscriptum ego habeo, in quo pluries dicitur hanc opinionem proculdubio esse magis communem. Contrariam vero sententiam, scilicet quod imo emphyteusis ecclesiastica transeat etiā ad extraneos hæredes, multi etiam tenuerunt, & quod plus est Imola, in d. l. ꝙ dicitur, post nu. 8. vers. circa primum vero, ff. de verb. obli. sibi ipsi contrarius, dixit quod hæc est communis opi. glo. & Doctorum, quem refert & sequitur Corn. consil. 131. in litera O. libro 2. & cons. 173. in litera L. eo. vol. idem sensit Ziliolus de Cautellis inter consilia Anchara. cons. vltimo, numero 8. quod est subscriptum a multis illustribus viris illius temporis. Idem attestatur Alex. pariter sibi contrarius cons. 189. post num. 19. vers. secundo respondetur, libro 2. Hanc etiam opi. dicit esse communem Cor. cons. 13. in litera B. lib. 3. quem refert compater meus Crauetta cons. 251. nu. 3. in fi. licet ipse nihil firmet: refert etiam, & seq. Paris. cons. 84. numero 4. libro quarto, & dicit Paris. in consilio 85. nu. 17. libro 4. ꝙ ita firmant communiter Doctores: Et dicit Soc. cons. 166. nu. 33. in fin. lib. 2. ꝙ hæc est magis communis opin. maximè modernorū Doctorum. Sed aduertendum est, quod ferè omnes Doctores proximè allegati, loquuntur in casu, in quo emphyteusis ecclesiastica esset concessa subsistente legitima causa, & interuenientibus debitis solennitatibus, quæ in rei ecclesiasticæ alienatione requiruntur ex dispositione d. c. sine exceptione, 12. q. 2. Tunc enim ex quo res ecclesiæ de sui natura possunt illis interuenientibus alienari in totum, & in quoscunque, videbatur dicendum quod emphyteusis ita concessa transire deberet etiam ad extraneos. & ita vltra præallegatos, hanc opinionem dicit esse communem Por. in §. adeo, Insti. de locato, prout illum refert Curt. iun. cons. 4. numero primo: refert etiā Gratus cons. 55. nu. 28. libro primo, & Didac. in d. cap. 17. vers. quarta conclusio, licet ego illum non inueniā ibi attestantem in hoc articulo de communi opi. præsertim num. 3. vbi loquitur in hoc proposito. Idem dicit Paris. in d. c. in præsentia, numero 108. Et secundum hanc opinionem dicit Afflic. decis. 389. post num. 7. ꝙ vidit in consilio Regis Ferdinandi primi iudicatum, quod emphyteusis ecclesiastica concessa seruatis sernādis & canonicè pro se, & hæredibus, trāsiret ad hæredem institutum in testamento, exclusa ecclesia. Quod est notabile verbum, propter auctoritatem illius sacri consilij. Et sic vides quanta in hoc articulo sit controuersia inter Scribentes. Breuiter, quando in concessione emphyteusis ecclesiasticæ non fuit adhibitæ debitæ solennitates, quæ in totali alienatione requiruntur, proculdubio tenendū est quod huiusmodi emphyteusis ad extraneos hæredes non transeat. & in hoc omnes concordant, vt dicit Curt. iun. in consil. 130. numero. 4. in fin. Quando vero interuenerunt debitæ solennitates, non potest negari quin passus sit valde periculosus. Ego tamen in iudicando aut cōsulendo etiam

hoc casu non auderem recedere ab illa opin. quod non transeat ad extraneos, quam absque controuersia arbitror esse magis communem, licet in puncto iuris fortè contraria sit verior.

7 Et certè ego non video, quomodo Doctores tenentes hanc opinionem, quòd scilicet emphyteusis ecclesiastica concessa pro se, & hæredibus, non transeat ad extraneos hæredes probent: illud suum præsuppositum adeò per omnes decantatum, & super quo fundatur tota eorum conclusio, quòd scilicet de sui natura emphysis ecclesiastica, non sit transitoria ad extraneos hæredes: nam de iure canonico hoc nullibi dispositum reperitur, sed solummodo prohibetur concessio in emphyteusim perpetuam sine debitis solemnitatibus, sicut & aliæ alienationes, vt in c. nulli, de rebus ecclesiæ non alien. & in c. hoc consultissimo, eod. titu. libro 6. quæ prohibitio generalis est, & vniformiter prohibet illius concessionem in descendentes, sicut in extraneos. Text. autem in §. emphyteusim, in auth. de non alien. super quo omnes se videntur fundare (pace tantorum patrum) non meretur allegari in hoc proposito. cùm enim sit dispositio principis sæcularis circa res ecclesiasticas, certum est quod etiamsi sit ecclesiæ fauorabilis, non est attendenda, vt est indubitata, & communis omnium Doctorum opin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. de qua dixi supra libro 1. §. 1.

Nec dicatur quòd imo lex imperialis fauens ecclesijs valet, & censetur approbata per Papam, nisi canon sit in contrarium, licet secus sit in constitut. inferioris: quia hoc procedit quando lex esset generalis. sim, liciter aliquid disponens: sed quando in ipsa lege specialiter aliquid prohibetur, vel disponitur circa personas, vel res ecclesiasticas, tunc omnes cōcordant quòd non valet, neque ligat ex notorio defectu potestatis, vt dixi in d. §. 1. Et ideo nemine discrepante concluditur in d. capit. ecclesia sanctæ Mariæ, quòd totus titulus C. de sacrosanct. Eccles. & de Episco. & cler. est nullus, ex quo disponit circa personas, & res ecclesiasticas, in quibus Imperator nullam habet potestatem. & tamen ille titulus continet leges Imperiales, & non principis inferioris, prout etiam hanc esse cōmunem opinionem attestatur Gratus consi. 11c. num. 36. lib. 1.

Et si dicatur, vt dicit Aretin. quòd ille §. emphyteusim, videtur receptus, & canonizatus per Papam in allegato cap. nulli, vbi etiam comminatur pœnas à constitutione Leonina comminatas, quæ constitutio Leonina dicitur esse l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. ad cuius interpretationem præsupponitur factam fuisse constitutionem Iustiniani positam in authenticis in qua est §. ille, emphyteusim: dico quod hæc consideratio Aretin. (cum reuerentia tanti Doctoris) videtur nimis subtilis, nec potest meo iudicio, sustineri in primis enim dici posset, quòd imò illa constitutio Leonina, de qua loquitur text. in d. cap. nulli, non est l. iubemus, sed constitutio Leonis Papæ, de qua 12. quæstio. 2. & hoc dicere non esset peccatum, vt dicit Ioan. Andr. in d. cap. nulli, in vltimis verbis. sed posito quòd Papa senserit de l. iubemus, vt ego etiam suspicor, certè illam nō dicitur approbasse, nisi simpliciter comminando sacerdotibus pœnas ab illa lege laicis impositas: non autē approbando eius dispositionem. Præterea dato quod illa l. iubemus, esset expressè & in totum canonizata, nō per hoc potest inferri ad §. emphyteusim, qui positus est in alia constitutione prorsus separata, & aliud disponente, & quæ videtur emanasse non ad interpretationem, vt dicit Aret. sed potius ad correctionem cōstitutionis Leoninæ, vt probatur ex verbis ipsius cōstitutionis in prin. vbi dicit, Sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus, egere etiam eam quadam correctione credimus licet gl. exponat correctionem pro suppletione. Si ergo non reperitur iure cautum quod emphyteusis ecclesiastica de sui natura nō sit ad quoscunque hæredes etiam extraneos transitoria & cōsequenter si nihil in emphyteusi speciale constitutum est aliter quàm in alijs alienationibus rerum ecclesiasticarum videtur dicendū quod sicut si esset interuenientibus debitis solennitatibus vendita, seu donata res ecclesiæ alicui pro se, & hæredibus, procul dubio etiam ad extraneos transiret, ita etiam, si eo modo res Ecclesiæ in emphyteusim concedatur alicui pro se, & hæredibus, debet etiam ad extraneos hæredes transire.

Et si dicas (prout etiam nonnulli Doctores in hoc proposito considerant) quod ex quo emphyteusis ecclesiastica concessa in perpetuum sine debitis solennitatibus est ipso iure nulla, vt est text. in d. c. nulli, non videtur tractandum an eo casu transeat ad extraneos hæredes: quia cum sit inualida, non transit neque ad filios, imò neq; etiam valet in primo recipiente: & ideò consideratio eorum, qui in hoc proposito distinguunt inter emphyteusim concessam cum debitis solennitatib. & concessam sine solennitatibus debitis, videtur esse insipida. Posset responderi, quod solennitates, de quibus in d. c. sine exceptione, licet de iuris rigore essent seruandæ in concessionib. emphyteuticis tamen hodie nō seruantur: & nihilominus de consuetudine valent ipsæ concessiones, ita in specie dicit, & de ipsa consuetudine attestatur Specul. de emphyteu. in d. §. nūc aliqua, vers. Sexto quæritur. subdens quod ecclesia Romana talem consuetudinē dissimulat, & patitur: & hoc videtur sufficere ad hoc, vt teneat contractus. Attestatur etiā Azo in summa, C. de sacrosan. eccle. in fin. dicēs quod hodie de consuetudine Abbates cum suo Collegio tradūt indistinctè res ecclesiasticas in emphyteusim: quem refert Apostil. ad Abb. in d. c. in prælentia suo nu. 28. quæ verba Speculatoris, & Azonis qui & in Practica, & in Theorica sunt apud omnes maximæ auctoritatis, iudicio meo sunt valde notanda in hoc proposito. Posset enim dici quod si quidem interuenerunt debitæ solennitates iuxta text. in d. c. nulli, & d. c. sine exceptione, transibit ad extraneos hæredes. si verò non interuenerunt, quo casu nihilominus valet ex generali consuetudine, iuxta doctrinam Speculatoris & Azonis supra allegatam non transibit ad extraneos. Neque obstat, quod solennitates requisitæ in alienatione rerum ecclesiasticarum non possunt consuetudine tolli, nec diminui, vt dixi in d. §. emptio 1 quia illud procedit in totali alienatione: secus autem in cōcessione emphyteutica, quæ est minoris præiudicij, vt de se patet: & ideo Spec. in loco præallegato, tenet, quod talis consuetudo valeat, tanquā vtilis Ecclesiæ, vt cum minori solennitate possint facilius contractus facere: quod est multū rationabile, præsertim cum ex tolerantia Sūmi Pontificis videatur consuetudo ipsa per tantum temporis spatium sedis Apostolicæ auctoritate roborata.

Præterea posset etiam aliter poni exemplum de emphyteusi Ecclesiastica quæ sit concessa sine debitis solemnitatibus, & tamen valeat: puta, quando est res solita concedi in emphyteusim, quæ ad ecclesiam est reuersa: nam omnes Doctores, hoc casu concordant quod potest illam Prælatus de nouo in emphyteusim concedere, etiam non adhibito contentu capituli, neque seruatis alijs solennitatibus in rei ecclesiasticæ alienatione requisitis, vt dixi sup. in d. quæst. 6.

Quidquid tamen disputando dici posset, transeo indistinctè cum sententia magis communi, quod scilicet emphyteusis ecclesiastica concessa pro se, & hæredib. siue cum debitis solennitatibus, siue sine illis concessa sit, nunquam transit ad extraneos, hæredes sed tantummodo ad filios siue descendentes ipsius recipientis, nisi ultra

si verò debitæ solennitates expresse concessa fuerit, etiã pro hæredibus extraneis, vel in ipsa inuestitura apposita sint talia verba, quæ hoc importent: puta Pro se, & quib. dederit, vel Pro se, & hæredibus quibuscunque &c. vt infra dicam.

8 Vnum tamen scias in hoc proposito, quod si forte non constabat bona in emphyteusim concessa fuisse ecclesiæ, & per ipsam concessionem recognita sunt ab Ecclesia, eo casu vtique etiam si concessio esset simpliciter facta pro se & hæredib. transiret etiam ad extraneos hæredes: & hoc absque aliquo contradictore procedit, vt dicit Grat. in allegato consi. 55. num. 29. lib. 1. Debet enim ecclesia contentari quod senserit commodum ipsius recognitionis, cùm aliter probare non posset bona ad se pertinere, absque eo quod velit ea ab hæredibus recipientibus, licet extraneis, auferre.

9 Sed quæro, quid si ab ecclesia concessa sit emphyteusis alicui pro se, & hæredib. quibuscunque, nunquid huiusmodi emphyteusis transibit ad extraneos hæredes. Resp. quod si debitæ solennitates in concessione interuenerint, transibit etiam ad extraneos hæredes. & hæc est communis opi. vt ait Didac. in d. c. 17. post num. 5. ver. quin & si emphyteusis, qui ad hoc propositũ multos allegat, qui tamen loquuntur in feudo, de quo plenius dixi in d. q. 9. vers. hoc præmisso. Conclusio tamen est in se vera, & communis: quia nulli dubium est, quin verbum, Quibuscunque, comprehendat etiam extraneos, in quacunque materia positum sit. & hoc omnes pene fatentur.

10 Idemque & multo fortius dicendum esset, vbi concessio facta fuisset pro se, & hæredibus, & quibus dederit. Nam hæc verba, Et quibus dederit, comprehendunt non modo extraneos hæredes vniuersali titulo venientes, sed etiam singulares successores. & ita hanc opin. dicit esse communem Curt. Iun. consil. 4. post nume. 1. vers. sed quoniam, & consil. 130. num. 2. vbi dicit quod ita concludunt communiter Scribẽtes: & in Authen. res quæ, nume. 24. C. communia de lega. Et hæc omnia nota, quia quotidie contingunt in practica. Vbi tamen in ista materia aliquis casus de facto tibi contingat, recurre semper ad consuetudinem ciuitatis, vel prouinciæ, in qua concessio ipsa facta est, & secundum illam iudicando non errabis. illa enim præcipue est attendenda. & ita dicunt omnes Doctores. vt ait Felin. in d. c. in præsentia, nu. 27. in fi. licet non sit omninò expeditum, quod consuetudo possit inducere vt res ecclesiæ possint in emphyteusim concedi absque iusta & rationabili causa. Si tamen esset consuetudo quòd emphyteusis legitimè concessa, non transiret ad extraneos, vel ad fœminas, vel huiusmodi, deberet talis consuetudo proculdubio obseruari. & hæc est communis opin. vt ait Berous in d. cap. in præsentia, nu. 391. in fin.

QVAESTIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis an veniat in confiscatione bonorum & consequenter an transeat in fiscum.*

1 SVccessiuè, quæro nunquid confiscatis bonis emphyteutæ, emphyteusis transeat in fiscum. Respon. aliqui simpliciter dicunt, quòd bona emphyteutica non transeunt in fiscum: & hanc opi. dixit esse communem Boer. decis. 378. nume. 7. Bartol. autem in l. si finita. §. si de vectigalibus, nu. 6. ff. de damno infecto, distinguit, quod Aut agitur de emphyteusi ecclesiastica: & tunc ecclesia potest illam à fisco repetere indistincte; Aut agitur de emphyteusi concessa à priuato: & tunc si quidem ex natura conuentionis, siue inuestituræ, est transitoria etiam ad extraneos hæredes, transit etiam in fiscum: si verò non transiret ad extraneos hæredes, non transit in fiscum. & hanc opinionem Bart. dicit esse communem Apostil. ad Angel. de malef. in verbo, Et eius bona, numero 16.

Tu dic, quod si quidem emphyteusis est simpliciter concessa à priuato, non videtur dubitandum quin transeat in fiscum, sicut & alia bona ipsius delinquentis. Illa enim proculdubio de sui natura transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos, vt dixi supra q. proxi. vers. tertius est: & ideo transit etiam in fiscum. Si verò in ipsa concessione apposita sunt aliqua verba, ex quibus appareat contrahentes noluisse emphyteusim ad extraneos hæredes transire, tunc non transibit in fiscum, qui est loco extranei hæredis. & ita communiter concluditur, vt dicit Alexan. consi. 32. num. 5. lib. 1. quod est duplicatum consil. 88. lib. 7. quem refert Apostil. ad Ruin. consi. 21. sub num. 7. Idem dicit Alexan. consi. 89. nu. 2. lib. 4. In emphyteusi autem ecclesiastica aliqui simpliciter tenent, quod illa non transit in fiscum. & dicit Ruin. consil. 161. nu. 7. lib. 1. quod ita communiter concluditur. Hanc etiam opin. dicit esse communem Socin. cõsi. 121. num. 18. lib. 4. Cùm enim secundum magis communem opin. emphyteusis ecclesiastica de sui natura non transeũt ad extraneos hæredes, ut retuli supra, q. proxi. meritò non debet in fiscum transire. Regulariter enim, quæ non transeunt ad extraneos hæredes, non transeũt in fiscum, ut tenent omnes, teste Soc. in d. consi. 121. num. 17. Aliqui uerò tenent quod imò emphyteusis ecclesiastica ex ipsa bonorum confiscatione transeat in fiscum, sed quod deinde sit in arbitrio ipsius ecclesiæ an uelit rem ipsam apud fiscum dimittere, an autem ab eo auferre. & hanc dicit videri magis communem sententiam Ruin. consil. 25. num. 33. lib. 5. quam in effectu uidetur tenere Bartol. & alij in d. §. si de uectigalibus.

Breuiter, si emphyteusis sit concessa tali modo, quod non sit transitoria ad extraneos hæredes res nullam habet difficultatem. Nam argumentum optime procedit negatiue, scilicet si emphyteusis non transit in extraneum hæredem, neque etiam transit in fiscum, qui est loco extranei hæredis, ut dixi infra li. 7. § fiscus: & hoc siue sit concessa ab ecclesia, siue à priuato. Si uerò emphyteusis sit ad extraneos transitoria, tunc siquidem est concessa à priuato, procedit argumentum etiam affirmatiue, ut scilicet si transit in extraneum, transeat etiam in fiscum, ut supra dictum est: sed si est concessa ab ecclesia, mihi magis placet illa opinio, quod fauore ecclesiæ in fiscum non transeat. Certum est enim, quod ex eo efficeretur conditio ipsius ecclesiæ longe deterior, cum proculdubio fiscus sit potentior quam priuatus, non solum difficultate conueniendi, sed etiam ex innumeris priuilegijs, quæ habet, præsertim quia nunquam esset spes caducitatis, cùm semper fisco competat in integrum restitutio, neque quod propter finem lineæ res ad ecclesiam reuerteretur, quia fiscus nunquam moritur. Neque est aliquo modo uerisimile quod ecclesia eo animo aliquam rem in emphyteusim concedat, ut possit casus euenire, propter quem ad ipsam res emphyteutica ulterius non reuertatur: quod esset in maximum ipsius ecclesiæ detrimentum. Teneo ergo, quod emphyteusis ecclesiastica nullo modo in fiscum transeat. Et licet in puncto iuris multa dici possent, hæc opinio, iudicio meo, est tutior & æquior, & etiam magis communis, & in omnem casum, dato quod uerior esset contraria opi. quod scilicet emphyteusis ecclesiastica in casib. in quibus transit ad extraneos hæredes, transeat etiã ad fiscum, quam multi etiam tenent; non est dubitandum quin ecclesia possit intra biennium illam à fisco repetere,

petere, si velit, vt est text. expressus in §.1. in Auth. de alicna. & emphyt. & est magis communis opi. vt superius dixi. Et licet ille text. videatur loqui in emphyteusi concessa ab ecclesia Constantinopolitana, tamen communiter intelligitur vt disponat in concessa etiam à quacunque alia ecclesia, teste Alex. in d. §. si de vectigalibus, post nu. 30. Et si dicatur quod ille text. cum sit constitutio Imperatoris, disponens specialiter circa res ecclesiasticas, non est attendenda, iuxta ea quæ dixi sup. q. prox. vers. nec dicatur, Resp. quod quantum ad hoc propositum bene potuit Imperator disponere concedendo ecclesijs priuilegium in præiudicium iuris fisci. Nam et circa res ecclesiæ possunt quicunque principes laici disponere, priuilegium concedendo, vt omnes concludunt in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.

ADDITIONES.

a Ecclesiastica.] *Adde quod Emphyteusis ecclesiastica secundum magis communem opinionem non transit in fiscum, vt dic. Rolan. cons. 96. nu. 10. post Socin. in cons. 121. nu. 8. vol. 4. & dixi in collec. mea commu. opi. verbo, Emphyteusis nu. 8.*

b Non transit in fiscum.] *Vt dixi mox sup. Giach. I. V. C.*

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Filij naturales, an succedant in emphyteusi.*
2 *Naturalis tantum proprie quis dicatur.*

1 QVæro, an filij naturales succedant in emphyteusi. Respon. Aut emphyteusis est acquisita ab eccle-
a sia, *a* & non succedunt naturales: ita tenet Bald. in l. generaliter, §. cum autem, num. 1. C. de institut. & substitut. & est communis opin. vt dicit Ripa in l. ex facto. §. si quis rogatus, il primo, nu. 62. ad Trebell. Paris. in c. in præsentia, nu. 86. de proba. huiusmodi enim filios ex illegitimo coitu conceptos ecclesia maxime abhorret, & ideo non videtur de illis cogitasse. Aut verò est acquisita à priuato: & tunc vtique filij etiam
b naturales *b* admittuntur. ita dicunt Doctores in locis præallegatis, & est communis opin. vt ait Dec. in d. c. in præsentia, nu. 46. Ripa in d. l. ex facto. § si quis rogatus, il primo, nu. 58. Rubeus in l. Gallus, §. quidam recte, num. 154. & seq. ff. de liber. & posthum. Paris. in d. c. in præsentia, nu. 87. Regulariter enim in contractibus, filiorum appellatione veniunt etiam naturales, vt dixi supra lib. 2. §. filius.

ADDITIONES.

a Ab ecclesia.] *Item de ista communi, vide Rimin. iun. consilio 447.*

b Naturales.] *Hoc scias, quòd ad hoc vt quis dicatur*
2 *† proprie naturalis tantum, tria copulatiue requiruntur, quod sit natus ex soluto, et soluta, quòd mulier vnica concubina sit, et nō inter plures annumerata. Tertio, quod sit in domo retenta, vt dixi in sing. meo 57. verum large dicitur naturalis secundum communem vsum loquendi omnis natus ex soluto & soluta. & quilibet spurius, vt dixi in collec. mea commun. opin. in verb. naturalis, sed hoc procedit in spurio nato ex solutis, inter quos matrimonium existere potuisset, qui iure canonico est naturalis, vt ibi. fusius. Giachar. I. V. C.*

QVESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati an succedant in emphyteusi.*

1 QVæro, etiam an filij † legitimati succedant in em-
a phyteusi? *a* Respon. in emphyteusi concessa à priuato, admittuntur etiam legitimati. ita tenet Bald. in d. §. cum autem, allegato in præcedenti quæst. & est communis opin. ut dicit Rubeus in d. §. quidam recte, post num. 160. Si enim admittuntur etiam naturales, vt dixi supra quæst. prox. multo magis admittendi sunt legitimati, qui regulariter æquiparantur legitimis, vt dixi in d. §. filius. Si verò sit emphyteusis concessa ab ecclesia, non admittuntur legitimati, ut tenet Bal. in d. l. g. §. cum autem, nu. 2. & est communis opin. ut dicit Iason in eod. §. cum autem, nu. 9. Gratus consil. 79. circa nu. 14. lib. 1. Licet enim æquiparentur legitimis, non tamen dici possunt verè legitimi.

ADDITIO.

a Legitimati succedant in emphyteusi.] *Sed quid de legitimatis per subsequens matrimonium, vid. inf. §. feudū, q. 82. vers. Item quæro, vbi dixi. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Filia fœmina an succedant in emphyteusi.*
2 *Et quid si concessa sit pro se, & hæredib. ver. Hæc tamē.*
3 *Et quid si concessa pro se & filijs ver. Sed quid si fuerit.*
4 *Et quid si extet statutum quod extantibus masculis fœminæ non succedant. versic. Sed pone.*
5 *In emphyteusi masculinum concipit fœmininum.*
6 *Fœmina exclusa per statutum, an sit exclusa a bonis emphyteuticis.*
7 *In contractibus masculinum an concipiat fœmininum.*

1 QVæro, nunquid filiæ fœminæ *a* succedant in em-
a phyteusi. Respon. in hoc articulo variæ fuerunt aliquando Doctorum sententiæ. Tu verò dic, quod emphyteusis de sui natura est transitoria in fœminas sicut in masculos. non enim reperitur iure cautum, quod fœmina non debeat succedere in emphyteusi, vt masculus: & licet aliqui in hoc proposito distinguant inter emphyteusim ecclesiasticam, & emphyteusim concessam à priuato, vt scilicet hæc transeat etiam in fœminas, illa vero in masculos tantum: verior tamen est opin. quòd etiam emphyteusis ecclesiastica de sui natura est transitoria ad fœminas, sicut ad masculos: quam etiam dicit esse communem Berous in c. in præsentia, nu. 401. & seq. de probatio.

2 Hæc tamen conclusio intelligenda est ut procedat, quando uerba ipsius concessionis de sui proprietate apta sunt comprehendere tam fœminas, quàm masculos: puta quia concessa sit pro se, & hæredib. hæc enim proculdubio transit ad descendentes fœminas, sicut masculos. & ita tenent magis communiter Docto. ut ait Berous quæst. 18. in princip.

3 Sed quid si fuerit concessa pro se, & filijs? Respon. quod hoc casu non ueniunt filiæ fœminæ. ita dicit Guido de Suz. in l. ueteribus, ff. de pactis. Quæ decisio communiter approbatur, ut ait Dec. in d. c. in præsentia, post num. 46. Hanc etiam dicit esse communem Ias. in l. si quis id quod, num. 23. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. in l. 2. num. 1 4. ff. de reg. iuris, quem refert Apostil. ad Riminal. consilio 121. suo num. 4. Didac. lib. 2. resolut. c.
b 18. nume. primo, in contractibus *b* enim masculinum non concipit fœmininum, vt infra libro septimo. Et ideo generaliter in contractibus appellatione filiorum non ueniunt fœminæ. Vide tamen ea quæ dixi eodem lib. 7. §. filius. Quia reuera hæc decisio mihi nunquam placuit.

Sed

4 Sed pone, stat statutum in loco, quod extantibus masculis, fœminæ non succedant modo aliquis accepit emphyteusim pro se, & filiis masculis, & fœminis, nunquid admittentur simul fœminæ cum masculis, ad huiusmodi emphyteusim? Respon. quod non, sed prius admittuntur masculi, & in defectum masculorum fœminæ ita dicit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberti, num. 5. ff. de operis liber. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Curt. iun. cons. 171. post num. 5. Et dicit Bald. de statuto excludente fœminas, in 8. articu. q. 21. col. 1. quod hæc conclusio tanquam communis est tenenda. Semper enim censentur contrahentes conformare se dispositioni statutorum, secundum conclusionem, quam dicit esse communem Cur. iun. in d. cons. 171. num. 2. Faciunt ea quæ dixi supra, lib. 3. §. testamentum, quæst. 76. in 6. reg. vers. scias tamen.

ADDITIONES.

a Fœminæ.] *Item an in emphyteusi masculinum † concipiat fœmininum, vide per Ias. in l. 2. C. eodem, num. 193. Et an valeat pactum quod filia succedat in emphyteusi si tamen nupserit alicui subdito domini, vide per eundem ibidem numero 123. Nota tamen, † quod fœmina expresse exclusa intelligitur a bonis emphyteuticis ecclesiasticis, super quibus statutum potest disponere, commune ait Paris. cons. 22. nu. 8. lib. 2. & in collect. mea commun. opinionũ. verb. Fœmina, nu. 28.*

5

6

b In contractibus.] *Et quod in contractibus † masculinum non concipiat fœmininum, commune attestatur Rolan. in cons. 93. nu. 12. & 17. vol. 2. & magis commune, vide etiam ibidem ex Alexandro. Item commune etiam per Benin. decis. 52. in princ. qui assignat rationem, & de hac communi, vide fusius in collect. mea commun. opinio. verbo, Masculinum sub num. 4. vbi etiam istud procedit in contractibus onerosis, non autem in procedentibus ex liberalitate. Giacbar. I. V. C.*

7

QVAESTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Si Emphyteuta ingrediatur religionem, nunquid emphyteusis transeat in monasterium.*

1 QVæro, nunquid, si emphyteuta ingrediatur religionem, emphyteusis transeat in monasterium. Respon. Ias. in l. 3. nu. 200. C. de iure emphy. dicit quod solet communiter concludi, quod quando emphyteuta ingreditur religionem, emphyteusis accepta a priuato transit in ecclesiam: sed si sit emphyteusis concessa ab alia ecclesia, tunc si illa ecclesia quæ est domina directa, vult illam ad se reuocare, potest hoc facere: alias transit in ecclesiam. Ego teneo indistincte in emphyteusi, quæ non sit absolute & simpliciter hæreditaria, quod siue sit concessa ab ecclesia, siue a priuato, non transeat in monasterium efficeretur enim valde deterior conditio domini directi, cum non subesset spes vlla caducitatis, neque quod propter finem lineæ res amplius ad ipsum reuerteret; Et quod emphyteusis etiam concessa a priuato non transeat in monasterium, dicit esse communem opi. (ni fallor) Paris. in d. c. in præsentia, nu. 156. de probation. Vel saltem dicendum est, quod in omnem casum ecclesia tenebitur illam vendere infra annum alteri priuato: & ita seruari de consuetudine attestatur Specul. in d. §. nunc aliqua. quæstio. 117.

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligatur in inuestituris emphyteuticis tertia & quarta generatio.*

1 TV scis quod quotidie in inuestituris emphyteuticis solent apponi illa verba. Vsque in tertiã generationem: vel, Vsque in quartam, vel huiusmodi: Quæro quomodo intelligatur ista tertia, vel quarta generatio: Resp. in hoc secundum aliquos consideranda sunt verba ipsius inuestituræ; vt si quidem illa simpliciter concepta sunt puta, Concedo tibi hoc feudum in emphyteusim in tertiam generationem, computetur etiam persona ipsius acquirentis, & sic ipse faciat primam, filius secundam, & nepos tertiam generationem: ideoque mortuo nepote sit extincta emphyteusis. Si vero apposita sint aliqua verba, ex quibus appareat esse distinctam personã acquirentis ab aliis descendentibus, puta, quia dictum est. Concedo Titio in emphyteusim vsque in ipsius tertiam generationem eo casu filius faciat primam nepos secundam, & pronepos tertiam & ita in facto cõsuluit Bartol. vt dicit Bald. in Auth. si quas ruinas, nu. 5. vers. iuxta hoc quæro, C. de sacrosan. eccl. quem omnes indifferenter sequuntur, vt ait Bello. consil. 80. nu. 7. vbi dicit, quod hoc casu hæc opin. est communis & indubitata. Sed certe licet hoc vltimo casu proculdubio opinio Bart. sit vera, tamen hæc differentia mihi nunquam placuit; quia illud verbum, ipsius, vtique erat necessario subintelligendum, etiam si expressum non fuisset, cum nemo generet seipsum, vt etiam considerauit Paul. de Cast. cons. 338. nu. 1. & 2. lib. 2. vbi dicit quod mirandum est de illa determinatione Bart. & si bene connumerentur auctoritates, forte etiam opin. contra Bar. est magis communis, scilicet quod inter generationes expressas in concessione emphyteusis, nunquam computetur persona ipsius recipientis, quocunque modo concepta sint verba inuestituræ.

Idemque & multo fortius dicendum est, vbi concessa esset emphyteusis Titio vsque in tertiam generationem expletam: hoc enim casu proculdubio comprehenduntur etiam pronepotes & ita communiter tenetur, vt ait Rui. consil. 166. num. 6. lib. 1. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexan. consil. 125. lib. 5. prout illum refert Gozad. cons. 25. nu. 17. & in hoc nulla est difficultas.

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Quo ordine succedatur in emphyteusi concessa pro se, & filiis, & nepotibus.*

1 QVæro, pater acquisiuit emphyteusim pro se, & liberis, vel pro se, & filiis & nepotibus suis &c. quo ordine erit succedendũ in huiusmodi emphyteusi? Respond. quod pater censetur stipulatus ipsam emphyteusim ordine successiuo, scilicet primo sibi deinde filiis deinde post filios nepotibus suis ita tenet Bar. in l. quod dicitur, nu. 6. ff. de verbo. obliga. & ita interpretatur cõmunis obseruantia, vt dicit Corn. consil. 46. in litera D. lib. 3. quem refert Dec. cons. 239. nu. 3. vers. Tertio principaliter, & cons. 677. nu. 10. & cons. 662. post nu. 2. Vide in hoc proposito ea quæ dixi supra lib. 3. §. testamentum, quæst. 80.

QVAE-

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia fœmina, an succedat in emphyteusi. concessa vsque in tertiam generationem.*
2 *Et an filius masculus ex filia fœmina admittatur ad emphyteusim concessam, pro se & filijs masculis, vel pro se, & descendentibus virilis sexus. ver. Pone ergo.*

1 QVæro, concessa est alicui emphyteusis vsque in tertiam generationem, nunquid in ea succedet nepos ex filia fœmina? Respon. quòd sic: ita consuluit D. Marian. Soci. senior in quodam suo consilio, quod arbitror non esse impressum, ubi attestatur, hanc esse com. opin. quem refert & sequitur Corn. consil. 219. in litera G. lib. 2. & cum hac sententia ego quoque transeo, vbi verba inuestituræ essent apta comprehendere fœminas sicut masculos. Sed si emphyteusis esset concessa pro se, & filijs, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem, crederem hoc casu nõ comprehendi nepotem masculum ex filia fœmina. Nā vbicunque aliquid conceditur pro descendentibus masculis, non sufficit, quòd volens admitti, sit descendens, & masculus, sed requiritur etiam, quòd descendat ex masculo, vt eleganter declarat Pau. de Cast. consil. 190. num. 4. libr. 2.

2 Pone ergo, quòd quis acceperit emphyteusim pro se, & filijs masculis, vel pro se, & descendentibus suis, virilis sexus, vel per virilem sexum: nũquid comprehendetur nepos masculus ex filia fœmina? Respon. quod non ita tenet Specul. in titu. de emphy. §. nunc aliqua, q. 146. & est communis opin. vt dicit Iaf. in l. Gallus. §. nunc de lege, nu. 10. ff. de libe. & posthum. Gratus consil. 110. nu. 16. lib. 2. Apparet enim his casibus concedentem habuisse respectum ad lineam masculinam tantum: & ideo neque fœminæ, neque masculi ex eis descendentes sunt admittendi, vt supra statim dixi.

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessa pro se, & filijs, nunquid transeat ad ipsos filios, etiam si non sint hæredes patris.*
Et quid si sit concessa pro se & filijs, & hæredib. ibid.
2 *Et quid si repudient patris hæreditatem, an possint retinere emphyteusim ver. Et ex hac.*
3 *Et quid si concessa sit simpliciter vsque in tertiam, vel quartam generationem, vers. Sed pone.*

1 QVæro, nunquid emphyteusis accepta pro se, & filijs transeat ad ipsos filios, etiamsi non sint hæredes patris. Respon. aliqui distinguunt inter emphyteusim ecclesiasticam & emphyteusim concessam a priuato: ut scilicet ista, quæ de sui natura transit etiam ad extraneos hæredes, censeatur concessa filijs & hæredibus; illa uero quæ de sui natura nõ transit ad extraneos, censeatur concessa filijs, ut filijs; non autem ut hæredibus: & hanc opinionem dicit esse cõ-
a munem Alexand. consi. 129. nume. 2. lib. 5. Tu dic, a quòd Aut emphyteusis est concessa simpliciter, & absolutè pro se, & filijs, nulla hæredum mentione facta: & tunc indistinctè tenendum est quòd transeat ad filios, etiamsi non sint hæredes patris, prout etiam indistinctè ita dicit Bartol. in d. l. ut iusiurandi, §. si liberti, numero 4. ff. de ope. liber. & est communis opin. ut dicit Alexand. consil. 8. num. 1. libr. 3. & consil. 129. numero 4. libro 5. quem refert Iaf. in l. quod dicitur, nume. 19. ff. de uerbo. obligat. & Ioan. Didac. de arte testandi titul. 11. caut. 1. post num. 1. & Ruin. consilio 48. num. 4. libr. 1. & consil. 169. num. 7. eodem uolum. Curt. iun. consi. 78. num. 3. & seq. Didac. libro 2. resolution. cap. 18. post num. 2. uersicu. quinta conclusio. Et licet multi ex præallegatis Doctoribus loqui uideantur in emphyteusi ecclesiastica, ego tamen in hoc nullam facio differentiam, an talis emphyteusis sit concessa ab ecclesia, uel a priuato, ut late dixi infra, libro septimo, §. filius, in illa quæstione, an in dubio pater præsumatur stipulari filijs, ut filijs, an autem filijs ut hæredibus. Aut uerò est concessa pro se, & filijs, &
b hæredibus: & tunc non transit ad ipsos filios, nisi etiā sint hæredes: b & sic utraque qualitas requiritur, scilicet quod sint filij, & quod sint hæredes. ita tenet Bartol. in d. §. si liberti, numero quarto, & est communis opinio, ut dicit Alexand. consil. 128. post numerum sextum, uersicul. Et illa uerba, libr. primo, quem refert Sigismund. consilio 1. feud. post numerum 60. Iaf. in l. si non sortem. §. libertus, nume. 35. ff. de condi. indeb. & consil. 57. col. 1. libr. primo. Et pariter hoc casu nulla est facienda differentia, an emphyteusis sit concessa ab ecclesia, an autem a priuato, iuxta communem omnium interpretationem, ut ait Didac. libr. secundo resolu. cap. 18. nu. 3.

2 Ex hac conclusione infertur, quòd in primo casu, scilicet quòd emphyteusis est concessa simpliciter pro se, & filijs, licet filij repudient hæreditatem patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteusi. ita tenent communiter Doctores, ut ait Salycet. in Auth. unde si parens, num. 5. C. de inoffic. testamen. quem refert Alexan. in d. l. quod dicitur, post numerum 19. columm. 15. uersic. illud tamen intelligas. hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iaf. in l. secunda, nu. 188. C. de iure emphy. Alciat. de præsumption. in prima regula præsumptione 31. num. 1. In secundo autem casu, scilicet quando emphyteusis est concessa pro se, filijs, & hæredibus, non poterunt filij renunciare hæreditatem, & emphyteusim retinere. & hæc est communis opin. ut dicit Iaf. in d. §. libertus, post num. 35. Vide in proposito ea, quæ dixi infra, hoc eodem lib. §. feudum. quæst. 76.

3 Sed pone, quòd emphyteusis concessa fuerit usque in tertiam uel quartam generationem, & sic nulla expresse mentione facta filiorum, nec hæredum. Resp. q ex natura uerbi Generationem, uidentur contrahentes potius considerasse successionem sanguinis, quam successionem hæreditatis: & ideo in huiusmodi emphyteusi admittendi sunt nepotes, etiam si non sint hæredes: & hæc est communis opi. ut ait Corn. consi. 190. in litera D. lib. 4.

ADDITIONES.

a Tu dic.] *Adde ut per Rim. iun. conf. 394. nu. 23. 24.*
b Nisi etiam sint hæredes.] *Adde & commune dicit Rol. conf. 89. n. 29. & dixi etiam in collec. mea com. opin. in Verb. Emphyteusis. nu. 12. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa.*

1 QVæro nunquid emphyteusis transeat ad institutum in re certa. Respond. si quidem est institutus alius hæres uniuersalis, proculdubio emphyteusis non transit ad eum, qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes conuenit, ut ait Didac.

lib. 2.

lib. 2. resolut. cap. 18. post nu mero 5. hoc enim casu institutus in re certa, habetur loco legatarij, vt dixi supra libro 3. §. institutio. Aut vero non est datus alius cohæres vniuersalis; & tunc, cum totum accrescat ipsi instituto in re certa, vtique transit in ipsum etiam emphyteusis simul cum reliquo hæreditatis. Et in hoc non est difficultas: loquendo de emphyteusi hæredaria, quā scilicet filius habere non potest, nisi etiam sit hæres, vt dixi supra q. proxima: Sed si esset emphyteusis non hæreditaria, puta acquisita pro se, & filiis, tunc filius institutus in re certa, æqualiter cum alijs succedet in emphyteusi. Et ita procedit deci. Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi, nu. 6. ff. de operis libert. quam dicit esse comnem Cur. iun. de feud. in secunda parte primæ partis tertiæ partis principalis, quæst. 5. Cum enim filius habeat emphyteusim hoc casu non iure hæreditario, sed ex tenore inuestituræ, non attenditur dispositio paterna, intellige nisi sit emphyteusis, in qua pater possit filius præiudicare, de quo dixi supra quæst. 16. Vide etiam quæ dixi infra. §. feudum, quæst. 76.

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi an habet locum in emphyteusi.*
2 *Et quid si a principio concedatur pluribus simul, versic. Scias tamen.*
3 *Quid si concessa emphyteusis pro se. & filijs alter filiorum decedat, an accrescat alteri filio. ver. Pone ergo.*
4 *Quid si concessa sit emphyteusis ab ecclesia duob. fratribus, ita vt post mortem eorum, & filiorum, & nepotū suorum reuertatur ad ecclesiam, nunquid si alter eorum sine filijs decesserit, accrescat alteri fratri superstiti vers. Econtrario pone.*
5 *Ius accrescendi quando locum habeat.*

1 QVæro, nunquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi? Respon. quod regulariter in emphy
a teusi non est locus iuri accrescendi: *a* ita tenet Bar. in l. si mihi & Titio, num. 4. ff. de verb. obl. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Alexa. in ea. l. si mihi & Titio. col. 4. prout illum refert Deci. cons. 326. post nu.
b 1. Regulariter enim in contractibus *b* nō habet locum ius accrescendi, vt dixi supra, lib. 3. §. ius accrescendi.
2 Scias tamen: quòd hæc conclusio intelligenda est, vt procedat si a principio concedatur emphyteusis pluribus personis simul. Tunc. n. uno mortuo, alteri non accrescit: & in hoc omnes concordant, vt dicit Anch. consilio 249. numero secundo, quem refert Deci. cons. 249. num. 2. Sed quando vni concessa est tantum pro se, & filiis, uel pro se, & descendentibus suis; vtique inter ipsos descendentes a primo inuestito habet locum
c ius accrescēdi. *c* ita tenet Bar. in d. l. si mihi & Titio: & est communis opin. vt ait Corn. consil. 131. in litera A. lib. 2. saltem post ius quæsitum vni ex filiis ipsius stipulatoris. & ita tenent communiter omnes, vt dicit Cor. cons. 285. in litera M. lib. 3. Hanc etiam esse communē opin. attestatur Alexan. cons. 21. nu. 5. lib. 5. quem refert Dec. in d. consil. 273. col. 2. Cor. consil. 122. in litera V. lib. 3. Et hoc casu impropriè dicimus esse locum iuri accrescendi: nam reuera isti descendentes primi acquirentis, non veniunt ex iure accrescendi, sed ex iure primæ inuestituræ.
3 Pone ergo, quod pater acquisiuerit emphyteusim pro se, & filiis, deinde decesserit relictis duobus filiis, quorum vnus sine liberis decedat: certè emphyteusis non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri. ita volunt communiter Doctores, vt ait Berous q. 70. nu. 2. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Ias. in d. l. si mihi, & Titio, nu. 12.
4 Econtrario, pone quod ecclesia concesserit emphyteusim duobus fratribus, ita vt post mortem eorum. & filiorum, ac nepotum suorum reuertatur ad ecclesiam: Certè si vnus eorum decedat nullis relictis filiis, emphyteusis non accrescet fratri superstiti, sed reuertetur ad ecclesiam. ita videtur tenere Bart. in d. l. si mihi, & Titio, cuius opi. dicit esse communem Alex. consil. 67. nu. 4. li. 7. Vide in hoc proposito ea quæ dixi infra, hoc eodem lib. §. Feudum, quæst. 77.

ADDITIONES.

a Iuri accrescendi.] *Et quando est locus iuri accrescendi, tunc emphyteutæ inter se licite alienant sine consensu domini at secus quando non est locus iuri accrescendi Vtrūque commune vide in collec. mea, com. opi. in verb. emphyteuta. nu 41. 42.*
b In contractibus.] *Item quod non habeat locum ius accrescendi in contractib. vi. istam reg. num. 8. fallentiis per Soc. reg. mihi 267.*
c Ius accrescendi.] *Hic aduerte, quod vt ius accrescen*
5 *di locum † habeat, necesse est, quod in persona alterius deficiat omni iure, & vbi non decit omni omni iure, tunc non habet locum commune. vide per Socin. consilio 16 numero 10. colum. 4. Item cessat vbi portio vacans fuit acquisita. Illam regu. nouem modis limitatam retulit Diaz. in reg. mihi 303. Item habet locum altera parte deficiente. vel etiam repudiata: istam regul. cum 12. limitationibus vide per Socin reg. 266. & hac omnia vide etiam in coll. mea com. opin. in verb ius accrescendi. locum habet etiam in legitima ex Ceph. cons. 249. n 48. Giacha.*

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Filius an teneatur de emphyteusi, creditoribus paternis satisfacere.*

1 QVæro, nunquid filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere. Dixi in d. §. feudum quæst. 43.

QVAESTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum contingens in re emphyteutica an sit domini, vel emphyteutæ.*
2 *Et an propter augmentum augenda sit pensio, vers. Sed nunquid.*

1 QVæro, ad quem pertineat augmentum contingens in re emphyteutica? Respon. puto esse di-
a stinguendū *a* inter incrementum latens, vel incrementum apperens, vt in simili dixi de incremento in re feudali in d. §. feudum, q. 88. vers. Item quæro.
2 Sed nunquid propter augmentum contingens in re emphyteutica, augebitur etiam pensio, seu canon soluendus ab emphyteuta? Respon. quod non, sed omne augmentum, quod pertinet ad emphyteutam, cedit illi sine onere pensionis: ita communiter tenetur, vt dicit Io. And. in addit. ad Spec. in §. nunc aliqua supra sæpius allegato ad 136. quæst.

ADDITIO.

a Distinguendū.] *Tu indistincte dic quod, augmentū omne*

ne siue latens, siue patens spectat ad emphyteutam, ad quem spectat diminutionis incommodum.commune, vi. per Ripam *in c.cum M.Ferr.col.7. in ver. quinto facit. de constit.& dixi etiam in collect.mea, com. opin.verbo, augmentum,nu.4. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis finitur finita generatione emphyteuta.*
2 *Et quid si concessa sit simpliciter nulla facta mentione filiorum.neque hæredum,vers.Sed quid.*

1 QVæro, quando finiatur emphyteusis. Respond. emphyteusis tribus modis finitur. Primò, propter culpam emphyteutæ, quia male versatus est in re emphyteutica, vel illam irrequisito domino alienauit, vel cessauit per tempus à lege in canonis solutione præfinitu m. nam his omnibus casibus emphyteuta cadit à iure suo, & vtile dominium consolidatur cum directo: & sic finitur emphyteusis, vt suis locis supra declarauimus. Secundo modo finitur emphyteusis cursu temporis, quando scilicet concessa est aliqua res in emphyteusim ad certum tempus præfinitum, puta triginta, vel quadraginta, vel centum annos: nam eo casu, finito illo tempore, finitur emphyteusis: & in hoc non est difficultas. Tertio modo finitur emphyteu-
2 sis extincta generatione *a* ipsius emphyteutæ. Est tamē in hoc aduertendum, quod aliquando emphyteusis est cōcessa pro se, & filijs, vel pro se, & descendentibus: tunc proculdubio deficiente generatione ipsius emphyteutæ, finitur emphyteusis. Aliquando est concessa in tertiam vel quartam generationem: & tunc finita illa tertia vel quarta generatione, finitur emphyteusis: & in hoc etiam non est dubitandum. Aliquando est concessa pro se & hæredibus: & hoc casu si est concessa a priuato, est absolutè hæreditaria, & ideo non finitur cum generatione ipsius emphyteutæ, sed transit etiam ad extraneos hæredes, iuxta ea, quæ dixi supra q.28. Si verò est concessa ab ecclesia, non transit ad extraneos hæredes, vt ibidem dixi: & ideo finitur simul cum generatione recipientis.

2 Sed quid si concessa sit simpliciter, nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione: puta, Concedo Titio hanc domum in emphyteusim: nunquid finita generatione Titij, erit finita emphyteusis? Respond. Aut est concessa priuato, & non finitur: talis enim emphyteusis est de sui natura transitoria etiam ad extraneos hæredes, ut dixi in d.q.28. in prin. Aut est concessa ab ecclesia: & tunc finitur finita generatione ipsius recipientis. & hanc dicit esse communem opin. & consuetudine communiter approbatam Corn. cons.76. in lit. H.lib.2. de quo pariter dixi in d.quæst.28. sup. sæpius allegata.

ADDITIO.

a Extincta generatione.] *Mouetur pulcherrima dubitatio, quid si inuestitus vsque ad mortem ius suum emphyteuticum vendidit. An emptore petente renouari vsque in tertiam generationem iuxta consuetudinem ecclesia, qua erat solita facere similes renouationes in tertiam generationem, vel vsque ad finem tertia generationis, vt hic dicitur an ecclesia possit denegare, vide per Beninten. decis 87. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Finita emphyteusi an possit emphyteuta, vel eius hæredes petere a domino directi, vt illam renouet in eorum persona.*
2 *Et quid si sint transuersales ipsius emphyteuta, & numero 4.5.*
3 *Et quid in emphyteusi ecclesiastica, vers. Sed quæro.*

1 SEd hic occurrit alia quæstio, nunquid si finita est emphyteusis sine culpa ipsius emphyteutæ, puta cursu temporis, vel finita generatione, possit ipsemet emphyteuta, si viuit, uel eius filij, petere à domino directi, vt emphyteusim in eorum persona confirmet seu renouet. Respon. quòd sic: & si non fiat renouatio, fit eis iniuria. & ideo possunt appellare ad superiorem, vt cogat quòd talis renouatio fiat. ita dixit Barto. qui ad hoc propositum quotidie solet allegari, in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æsti. & est communis opin. vt ait Rom.consil.22.nu.5. quem refert Dec.consil. 328. post num.3. versic. quibus tamen, & Gratus cons.86. post num.7. lib.1. Alexan. cons.80. nu.11. libr. 1. quem refert Ias. consi.24. colum.2. uers. Quinto facit, lib.5. & Gozad.cons.59.nu.2. & Gra.consil.79.nu. 2.lib.1. Barb. in cap.1. col.6. de locato, & in cap. ex rescripto, col.4. uers. vtrum autem, eo.tit.de locato, quem refert Boer.decis.107. in fi. Curt.sen.cons.47.num.7. & seq. vbi subdit, quod ita in pract. obseruatur, quem refert Ripa. in tract.de peste, in 1.c.de remed. præseruat. post nu.360. Decius consil.131. numero 2. quem refert Marsi.sing.419. licet in re, & Ruin.cons.12. nu.18. lib. 1. & Apostil. ad Rimin.cons.100. sub num.12. & cons. 124. sub num.18. Curt. iun. de feu. in prima secundæ principalis, q.2. Gozadin.cons.86. post nu.4. vers. non obstat quod illa, Ripa in l.cum bona, nu.6. ff. de priuileg.credit. Apostil. ad Alexand. in d.cons.80. sub num. 11. libr.1. Tiraquel. de retract. municip. in præfat. num. 41. & seq. Gratus cons.96. libro 1. & cons.110. nu.31. eod. volum. Apostil. ad Abb. in c.bonæ, il 2. sub num. 28. de postul.prælat. Faciunt quæ dixi infra hoc eo.lib. §.feudum, q.87.

2 Et hæc quidem conclusio satis de plano procedit in descendentibus ipsiusmet emphyteutæ, prout loquitur Bart. in loco præallegato: sed quid in transuersalibus, nunquid & ipsi poterunt petere, vt in eorum persona emphyteusis ipsa confirmetur? Respon. in hoc certe negari non potest quin magna sit varietas inter Scribentes. & quidem Dec. in d.cons.131. colum.fin. vers. & quamuis Barto. dicit, & quòd habet locum etiam in alijs proximioribus, etiam quòd non sint descendentes, & quòd ista est communis opin. Cōtrariam tamen sententiam, vti veriorem, tenuit Socin. iun. cons.9. nu. 20. libr.3. dicens, quod Doctores magis communiter loqui videntur in descendentibus, non autem in transuersalibus. Mihi magis placet opin. Decij, quòd scilicet procedat etiam in agnatis proximioribus, & ita expresse loquuntur multi ex Doctoribus præallegatis. Bene verum est, quod intelligo de agnatis tantum, non autem de cognatis. & hæc proculdubio videtur esse communis declaratio, vt dicit Soc. iun. d.cons.9.nu.23. in fi.

Sed quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat non modo in emphyteusi concessa à priuato, sed etiam in ea, quæ est concessa ab ecclesia? Respond. quòd sic: & ita hanc esse communem opinionem attestatur Gozad. in d.cons.86.nu.24. Deci. in d.cons.131. col. secunda, quem refert Soc. iun. in d.consi.9.nu.12. in fin. licet dicat quod ipse non auderet hoc firmare. sed certe quum opi. Bar. & communis fundata sit in æquitate, illa multo magis ab ecclesia, quam ab alijs est obseruanda. & licet Gratus in d.cons.110. num.63. in fin. libro primo, dicat contrariam sententiam, quòd scilicet non habeat locum in ecclesia, videri communiorem, fallitur tamen proculdubio, vt potest facilè cognosci ex dinu-

rneratione

meratione auctorum, qui in supradictis citantur. & ideo non esset ab illa iudicando, aut consulendo recedendum.

Sed pone, quòd post finitam generationem, aliquis extraneus fuerit de ipsa emphyteusi inuestitus: nunquid si descendens primi emphyteutæ petat huiusmodi renouationem, erit adhuc audiendus? Resp. ꝙ non, sed solummodo re integra. ita tenet Rom. cons. 70. post nu. 3. vers. certum: & est communis opin. vt dicit Gozad. cons. 71. nu. 1. Est enim iam illi tertio ius quæsitũ: ideo sibi imputet, qui non præuenit.

Quinimò, etiamsi alius inuestitus non fuerit, si tamen talis descendens siue agnatus infra annum, à die quo sciuit emphyteusim esse finitam, non petierit talẽ renouationem, sibi præiudicat, ita ꝙ elapso anno vlterius non auditur. ita dicit Rom. in d. cons. 22. nu. 6. & est commun. opin. vt attestatur idem Gozad. in alleg. consi. 71. nu. 2. Hanc etiam vti magis communem sequitur Soc. iun. in d. cons. 9 nu. 17. in fi. lib. 3.

Sed quid si ecclesia, vel dominus directi, velit rem emphyteuticam pro se retinere, non autem illam in emphyteusim concedere: nunquid adhuc locum habebit conclusio Bart. vt teneatur illam descendentibus, vel proximioribus agnatis, in emphyteusim confirmare? Resp. Abb. in d. c. bonæ, il 2, nu. 28. de postula. prælato, tenuit, quòd hoc casu non possit compelli ad emphyteusim renouandam: nihilominus Dec. in allega. cons. 131. post nu. 3. vers. Secundò non obstat, dicit ꝙ hoc dictum Abba. videtur contra communem opi. Doctorum, qui generaliter loquuntur: & certè licet hæc opin. videatur aliquantulum dura, durius tamen esset fortè in practica obtinere contrarium, propter auctoritatem Doctorum, qui (vt ait Dec.) simpliciter, & absolutè sequuntur opin. Bar. Ego tamen libenter inclinarem in sententiam Abb. quæ etiam æquior videtur.

QVAESTIO XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Finita emphyteusi, nunquid possit dominus propria auctoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ.*

1 QVæro, finita emphyteusi, nunquid possit dominus directi ingredi propria auctoritate possessionem rei emphyteuticæ. Respond. Gozad. cons. 29. nu. 25. & consil. 86. nu. 11. simpliciter dicit communem opi. esse, ꝙ potest ingredi propria auctoritate, & emphyteutam expellere. Tu autem vide quæ dixi sup. q. 11. & q. 25.

QVAESTIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Finita emphyteusi, an melioramenta remaneant emphyteutæ.*
2 *Et an transeant ad ipsius emphyteutæ hæredes etiam extraneos. ver. Adde quod.*
3 *Et quid de ædificijs per emphyteutam constructis in solo emphyteutico, vers. Sed quid de ædificijs.*
4 *Melioramentorum quo tempore fiat æstimatio.*

1 QVæro, finita emphyteusi, cuius sint melioramẽ-
2 ta *a* facta per emphyteutam in ipsa re emphyteutica? Respon. siquidem emphyteuta propter culpam suam cadit ab emphyteusi, puta quia non soluit canonem, vel male versatus est in re emphyteutica, vel illam irrequisito domino alienauit, tunc omne ius suum acquiritur domino directi: & sic etiam meliorameuta illi applicantur. Si vero emphyteusis finitur sine culpa emphyteutæ, puta propter cursum temporis, vel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta. ita dicit Bal. in l. Senatus §. Marcellus. ff. de legat. 1. & est communis opi. vt attestatur Dec. cons. 518. nu. 1. & seq. & in auth. qui rem, num. 14. C. de sacros. eccles. Et dicit Bald. in l. fi. §. fi. post nu. 6. C. communia de lega. quod ita seruatur de consuetudine, quem refert & sequitur Cuman. cons. 57. post num. 5. & hæc locum habent tam in emphyteuta ecclesiæ, quã in emphyteuta priuati, & ita seruari etiam in emphy-
b teuta ecclesiæ *b* attestatur Bal. in d. §. Marcel. quem refert & sequitur Aret. ibi, col. 2. versic. ex his quæ supra diximus.

2 Adde quod huiusmodi melioramenta non solum debentur ipsi emphyteutæ, si viuit, sed etiam eius filijs & descendentibus, tam masculis, quam fœminis: quin imo etiam hæredibus extraneis. & hanc conclusionem dicit esse ab omnibus communiter receptam Berous q. 19. per totum, præsertim circa finem. cum enim illa sint propria ipsius emphyteutæ, nulla est ratio quare in omnes hæredes ab ipso transmitti non debeant.

3 Sed quid de ædificijs, si quæ forte emphyteuta construxit in solo emphyteutico? Respon. quod & illa reseruantur ipsi emphyteutæ, vel eius hæredib. & ita seruat consuetudo, vt attestatur Bald. in l. 2. nu. 2. in fi. C. de rei vend. quem refert Ias. in d. l. 1. post nu. 47. versic. sed pulchrum. C. de iure emphyt. & Dec. in d. consil. 518. post nu. 2. Quomodo autem hoc casu fieri debeat, scilicet an dominus teneatur pati quod ædificium tollatur, vel soluere eius æstimationem, & quomòdò debeat fie-
* ri æstimatio,* vide quæ dixi infra hoc eo. libr. §. feudũ q. 87. in prin.

ADDITIONES.

a Melioramenta.] *Hic scias, quod melioramenta facta per emphyteutam in re emphiteutica non compensantur cum deterioratione ad euitandum caducitatem, commune dixi in colle. mea com. op. in verbo. Melioramenta, nu.*
4 *1. Quorum quidem melioramentorum æstimatio facienda est secundum tempus restitutionis, non autem secundũ tempus in quo facta fuere melioramenta commune dixi vbi sup nu. 5. & de melioramentorum materia remissiue dixi in verbo. seq. nu. 2.*

b Emphyteuta ecclesiæ.] *Et quod emphyteuta ecclesiasticus integraliter deducat melioramenta per ferruminationem facta. commune vide per Iosef. in deci. Peru. 24. nu 19. & in collec. mea com opin. vers. emphit. num. 39. Non potest tamen suas meliorationes, alienare, nec earũ partem, per Ceph. cons. 139. nu. 6. Giachar. I. V. C.*

* Æstimatio.] *Adde quod æstimatio siue melioramentorum, siue ædificij fieri debet ex consuetudine iuxta valorem ædificij consistentis, non diruti vt ait Bursat. cons. 85. nu. 35. & Roland cons. 28. lib. 1. Guiotius.*

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, dominus directi, vel emphyteuta.*

1 QVæro, quis teneatur ad collectas pro bonis emphyteuticis, an dominus directi, vel emphyteuta. Respond. quod emphyteuta teneatur ad collectas ita consuluit, dicens hanc esse communem opin. Cur. Sen. cons. 36. præcipue in fi. verbis. Sed hoc intellige vt procedat quando præstatur modica pensio: sed si præstatur magna pensio, & sic correspondens fructibus, vel

quasi,

quasi,crederem quod dominus directi pro sua portione deberet sustinere onera.& emphyteuta pariter pro sua portione,habita ratione fructuũ,qui ex ipsa re emphyteutica percipiuntur.& hoc maxima suadet æquitas,& ita seruat Senatus.

QVAESTIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Qua actio competat pro emphyteusi.*

1 QVæro,quæ actio competat pro emphyteusi.Respon.quod competit condictio ex lege.& hæc est communis opi.vt attestatur Bar.in l.vnica, nu.7.ff. de cond.ex lege.licet ipse teneat contrarium,Ias.in l.iurisgentium.§.quinimo,nu.17.ff.de pactis.& in l.1.nu. 68.C.de iure emphyteu.& in d.l.vnica,nu.8.ff.de condictio.ex lege,Iaco.de Nigris, in l.1.post n.48.ver.alia autem,ff.de legat.1.Non enim erat potens contractus emphyteuticus per se ad producendum obligationem, nisi vires accepisset a lege Zenonis, quæ est l.1.C.de iure emphyteut.merito ex ipsa lege,non autem ex ipso contractu,datur actio.

QVAESTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iura loquentia de emphyteusi, an habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica.*

1 QVæro,nunquid iura ciuilia loquentia de emphyteusi habeant locum etiam in emphyteusi ecclesiastica.Respon.quod non;est communis opin.vt dicit Grat.cons.110.nu.36.lib.1.Leges enim laicorum non possunt ligare personas neque res ecclesiasticas. Bene verum est, quod statuta laicorum disponentia super bonis emphyteuticis habent locum etiam in bonis emphyteuticis ecclesiasticis,quo ad præiudicium laicorum ea bona habentium in emphyteusim,& quo ad laicos tantum;& hæc est communis opin.vt ait Brun.de statuto excludente fœmin.in 8.arti.prin.q.22.quem refert Paris.cons.1.nu.146.lib.2.& consi.21.num.61.eo.vol.& cons.82.nu.25.eod.vol.Idem dicit Rocinus Curt. in repe.ca.fi.col.81.de consue.Nam personæ,& bona respectu vtilis dominii,sunt laicis subiecta,ideoque eorum legibus & statutis ligantur.

QVAESTIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica an possint propriè dici allodialia.*

1 QVæro, nunquid bona emphyteutica possint propriè dici allodialia.Respon.quod non & est communis conclusio,vt dicit Curt.iu.cons.111.nu.1.Nam allodium proprie est,quod a nemine præterquã a Deo recognoscitur.Bona autem emphyteutica recognoscũtur a domino directi,præterea bona emphyteutica non sunt liberatum respectu solutionis canonis, tum etiam quia nõ potest emphyteuta de eis libere disponere,merito non possunt dici allodialia.

QVAESTIO L.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de feudo ad emphyteusim & econtra,an valeat Remissiue.*

1 QVæro, nunquid valeat argumentum de feudo
a ad emphyteusim,*a* & econtra? Dixi inf.hoc eo. lib.5.Feudum,q.3.vers.Et hæc quidem.

ADDITIO.

a Ad emphyteusim.] *Argumentum de feudo ad emphyteusim,quod valeat. Soc.cons.167.col.pen.Corn.cons.67. & 131.in 2.Dec.qui alios adducit concor.in consil.435. num.8.Ruin.consil.109 lib.3.Rolan.in consil.17.num.8. lib.2. Giacbar.I.V.C.*

IVLII CLARI ALEXANDRINI

IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, AC REGII SENATORIS

Ex Libro Quarto Sententiarum receptarum,

§. FEVDVM.

CAPITA QVAESTIONVM.

1 *Quæstio. 1. Ius feudorum a quo tempore originem habuerit.*
2 *Ius feudorum hodie an sit ius scriptum vel consuetudo.*
3 *Liber feudorum, aut sit authenticus.*
4 *Quid sit feudum.*
5 *Vnde dicatur feudum.*
6 *An feudum sit contractus nominatus.*
7 *Quotuplex sit feudum.*
8 *Feudum antiquum, & feudum nouum, quid differant.*
9 *Feudum hæreditarium, & feudum ex pacto & prouidentia, quid differant.*
10 *Feuda regalia quæ sint.*
11 *Quod dicatur feudum ligium.*
12 *Feudum francum quod dicatur.*
13 *Prælatus an possit in feudum concedere bona ecclesiæ.*
14 *Dominus an possit inuestire aliquem de feudo nondum aperto.*
15 *Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura.*
16 *Feuda an possint emi.*
17 *Concessio castri per verbum, donamus, an sit donatio, vel feudalis concessio.*
18 *Bona an in dubio præsumantur feudalia.*
19 *Titulus vasallagij quanto tempore præscribatur.*
20 *Pacta insolita allegans apposita esse in inuestitura, an illud probare teneatur.*
21 *Vasallus an teneatur adiuuare dominum.*
22 *Vasallus an possit eundo in auxilium domini, liberare se a solutione dimidij reditus.*
23 *Vasallus an teneatur alere dominum egenum.*
24 *Vasallus an teneatur dominum carceratum liberare.*
25 *Vasallus an possit vocare dominum in ius sine venia.*
26 *Dominus an teneatur tradere vasallo possessionem feudi.*
27 *Dominus an teneatur defendere vasallum.*
28 *Dominus an possit vasallos inuitos alienare.*
29 *Dominus an possit vasallis collectas imponere.*
30 *Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis.*
31 *Vasallus an possit feudum alienare sine consensu domini.*
32 *Vasallus an possit alium subinfeudare de feudo.*
33 *Vasallus an possit feudum alteri locare.*
34 *Vasallus an possit renunciare feudum in manibus domini.*
35 *Vasallus an possit rem feudalem alteri pignorare.*
36 *Vasallus an possit feudum dare in dotem.*
37 *Vasallus an possit super re feudali constituere seruitutem.*
38 *Vasallus an possit de feudo transigere.*
39 *Vasallus an possit de feudo facere compromissum.*
40 *Vasallus an possit de feudo testari.*
41 *Vasallus an possit alienare feudum, in præiudicium agnatorum.*
42 *Filius, vel agnatus quando possint alienationem feudi reuocare.*
43 *Filius an teneatur creditoribus paternis de feudo satisfacere.*
44 *Feudum an possit diuidi.*
45 *Feudum an possit præscribi.*
46 *Feudum an imputetur in legitimam.*
47 *Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali.*
48 *Vasallus committens stuprum cum vxore domini an amittat feudum.*
49 *Vasallus non petens a domino inuestituram an cadat a feudo.*
50 *Vasallus alienans feudum sine consensu domini an priuetur feudo.* Remissiue.
51 *Vasallus cessans per triennium à solutione pensionis an cadat à feudo.*
52 *Vasallus non alens dominum an possit priuari feudo.* Remissiue.
53 *Vasallus delinquens contra vnum ex pluribus dominis an sit toto feudo priuandus.*
54 *Vasallus an possit feudo priuari, propter amicitiam contractam cum inimicis domini.*
55 *Vasallus relinquens dominum in prælio an amittat feudum.* Remissiue.
56 *Vasallus si deteriorauerit rem feudalem, an cadat a feudo.*
57 *Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum nõ certiorauerit an cadat a feudo.*
58 *Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo.*
59 *Vasallus an possit feudo priuari sine causam.*
60 *Quot testes requirantur ad probandam ingratitudinem vasalli.*
61 *Vasallus, qui per vim, aut metum aliquid fecit contra dominum, an excusetur ab amissione feudi.*
61 *Vasallus an regulariter cadat a feudo ipso iure, an autem sit priuandus per sententiam.*
63 *Dominus recipiens seruitia a vasallo an censeatur illi remisisse ingratitudinem.*
64 *Ius priuandi vasallum feudo, an transeat ad heredes domini.*
65 *Et an contra hæredes vasalli.*
66 *Feudum, priuato vasallo, an aperiatur domino, vel agnatis.*
67 *Ingratitudo prælati an noceat ecclesiæ.*
68 *Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi.*
69 *Dominus negans inuestire vasallum, an cadat a proprietate feudi.* Remissiue.
70 *Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo.*
71 *Dominus alienans vasallos inuitos, an priuetur proprietate feudi.* Remissiue.
72 *Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur.*
73 *Fæmina an succedat in feudo.*
74 *Filius exhæredatus an succedat in feudo.*
75 *Filij fratrũ an in feudis succedãt in stirpes, vel in capita*

HAE materia feudorum est valde vtilis & quotidiana, super qua nonnulli iuris Interpretes integra Commentariorum volumina perscripserunt.

QVAESTIO I.

SVMMARIVM.

1 *Feuda a quo tempore originem habuerunt.*

1 PRo intelligentia terminorum in primis quæro, à quo tempore ius feudorum originem habuerit, an scilicet fuerit etiam tempore Romanorum, an autem processerit ex consuetudinibus, de quib. in libro Feudorum. Resp. Zasius de feud. in prima parte, in princip. dicit, quòd trahit originem ab ipsis consuetudinibus, licet communiter Doctores contrarium senserint. & hæc opinio Zasij vera est, quam etiam tenuit Andr. de Isern. in proœm. feud. quæst. 4. Fallitur tamen ipse Zasius, dũ dicit communiter Doctores contrarium sensisse, quia imò communiter omnes Doctores idem sentiunt, vt enumerando auctoritates demonstrant moderni Parisien. in consuetu. Paris. titul. 1. in princ. nume. 1. & seq. subdens, quòd hæc opin. nedum est crebrior, sed vnica, & concors omnium Doctorum. Hãc etiam opin. quòd vasallus non esset de iure Romano ante vsus feudorũ, dicit esse communem Alua. in præludi. feud. in 7. quæst. & in capitu. 1. in prin. num. 3. de conten. inter dom. & vasal. Et hæc conclusio, iudicio meo, modicam habet difficultatem.

QVAESTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Ius feudorum an hodie dicatur ius scriptum, vel consuetudo.*

1 QVæro, certum est quod ius feudorum fuit compilatum ex consuetudinibus, quæ deinde fuerũt in scriptis redactæ: nunquid hodie dicetur consuetudo, an autem ius scriptum? Resp. quòd adhuc dicetur consuetudo. & ita est communis opin. vt dicit Caccialup. de feudi cognitio. art. 5. num. 1. quam etiam approbare videtur communis obseruantia Iurisperitorum, qui allegando aliquam rubricam feudalem, solent addere, in vsibus feudorum.

QVAESTIO III.

SVMMARIVM.

1 *Ius feudorum an allegari possit ad decisionem causarum.*

1 QVæro, an liber feudorum sit authenticus, & possit allegari ad decisionem causarum. Resp. Hostien. in summa, de immuni. Eccles. §. in quantum, vers. si verò, tenet quòd non. Contraria tamen opinio, scilicet quòd imò possit allegari ad decisionem causarum, est magis communis, vt attestatur Curt. Iun. de feud. in prima parte prin. quæstio. 1. Zasius de feud. in præfat. versicul. antequam, Maranta in suo Speculo, in tertia parte, nume. 84. Et dicit Iason in prælud. feu. num. 1. & seq. quòd hæc est communis sententia Scribentium vbique. Dicit etiam Iacob. de Beluis. in capitu. 1. §. fin. col. fi. de ijs qui feu. dare pos. quòd communis opi. ita tenet, & quòd ita tenent omnes Doctores, tam vltra Montes quam citra Montes. Et dicit Albe. de Rosa. in repert. iuris cano. in verbo Feudum, colum. 4. quod ita communiter Doctores tenent, & quòd ita seruatur in practica. Et dicit Aluar. in prælud. feud. colum. 3. versicu. quæro tertiò, quod ita se habet communis opi. in omnibus studijs, tam vltra Montes, quàm citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt & tenent, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. in prælud. feud. nume. 9. in fi. quod ita se habet communis opin. in omnib studijs tam vltra mõtes, quam citra montes, & omnes Doctores ita sentiũt. & dicunt Moderni in consu. Paris. feud. in prin. nu. 46. quod hæc est ferè omnium hac in re scribentium opinio. Ex quo enim iste liber fuit pro authentico obseruatus. & allegatus per tanti temporis spatium, cuius initij memoria non extat in contrarium, non videtur dubitandum, quin possit ad decisionem causarum allegari, cum vsus tanti temporis, secundum communes regulas, vim habeat priuilegij.

Et hæc quidem conclusio de plano procedit in materia feudali: Sed quæro an possit etiam allegari ad decisionem causarum extra materiam feudalem. Respon. quod non, ita dicit singulariter Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi, post nu. 5. ff. de oper. libert. & est cõmunis opin. vt dicit Cur. Iun. consil. 64. num. 15. & in tractatu feud. in prima parte, prin. q. 3.

Dicunt etiam Moder. in consuet. Paris. §. 2. in glos. 2. nu. 27. quod hæc est verior & receptior opin. Ius enim consuetudinarium non debet trahi in consequentiam. Bene verum est, quod vbi non reperiretur contrarium à iure cõmuni decisum, argui potest, puta de feudo ad emphyteusim, secundum Spe. de feu. §. quoniam, versi. 40. & ita esse cõmunem opi. attestatur Soc. consil. 167. nu. 14. lib. 2. Et quod in dubio valeat argumentum de feudo ad emphyteusim, dicit cõmuniter teneri Socin. Iun. consil. 72. nu. 57. lib. 1. Sed hoc argumentu non semper procedit, vt inferius suis locis demonstrabimus.

Sed nunquid liber feudorum ligat etiam ecclesias, & ecclesiasticas personas? Resp. quod sic, ita tenet Aluarot. in capit. 1. col. 8. vers. sed verum, de ijs, qui feu. dare possunt. & est cõmunis opi. vt ait Cur. Iunior de feud. in prima parte prin. quæst. 2. & consi. 177. nume. 10. ita etiam communiter teneri attestatur Maranta in d. suo speculo, in 3. parte, numer. 97. sicut etiam videmus, quod ratione feudi ecclesia & clerici, domino laico subijciuntur, vt dixi infra, quæst. 90. versiculo, Et hæc quidem.

QVAE-

QVAESTIO IIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quid sit.*

1 QVaero, quid sit feudum. a Resp. secundum aliquos
2 quod feudum est beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, vsufructu translato in suscipientem, eiusq; haeredes siue masculos siue foeminas, si de ijs, s. foeminis, actum sit; ad hoc vt ille suscipiens, & sui haeredes seruiant, siue seruitium sit certũ, siue incertum, & haec definitio colligitur ex tex. in ca. 1. §. beneficium, tit. in quib. caus. feud. amit. & dicit Afflict. in prael. feud. nume. 69. quod hanc definitionem sequuntur communiter DD. aliã etiam defin. tradit Raynaud. in repe cap. Imperialem, de prohi. feu. alie. per Fride. s. quod feudum est beneuola, libera, & perpetua concessio rei immobilis, vel aequipollentis, cũ translatione vtilis dominij, proprietate retenta, sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum. Et dicunt Moderni in consuetudin. Paris. tit. 1. in princ. num. 52. quod haec definitio est verior, & receptior. Iudicio meo neutra harum
b definitionum transit sine difficultate, b sed secunda magis placet.

ADDITIONES.

a Feudum.] *Adde quod feudum proprie dicitur, in quo quis habet praestare seruitium personale, sed quando praestatur seruitium reale non dicitur proprie feudum, secundum Afflict. decisio. 119. sub numero secundo. Et ut dicatur feudum, sex requiruntur, de quibus per Io. Gal. inter consi. feu. consi. 2. num 31.*

b Sine difficultate.] *Adde quod feudum proprie est donatio & gratia, commune per Socin. in consilio 66. colum. 6. volum. 3. & dixi in collect. mea comm. opin. in verbo, feudum. numero primo, magis namq; participat de lucro & beneficio quam de onere, ideo gratia appellatur; ita per Bald. & Iac. de Belui in praelud. feud. & tradit Anguis. in consi 23. & 26. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO V.

SVMMARIVM.

1 *Feudum unde dicatur.*

1 QVaero, vnde dicatur feudum Resp. quod feudũ dictum est à fide, seu fidelitate. Ita probat text. in capitu. primo, §. fi. in fine, per quos fiat inuestitur. Et haec est communis sententia, vt ait Cur. Iun. de feud. in prima parte prin. in 7. quaest. Licet enim in quocunque contractu requiratur fides, tamen in feudo fidelitas vasalli exuberantius, & principalius consideratur: meritò ab ea nomen assumpsit.

QVAESTIO VI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an sit contractus nominatus.*

QVaero, nunquid feudum sit contractus nomina-
1 tus? Resp. quod sic a ita tenet Bartol. in l. iurisgen
2 tium, §. quinimò, post num. 19. ff. de pactis. & est com-
Iulij Clari Sentent. Pract. Ciuil.
munis sententia, vt attestatur Cur. Iun. de feud. in pri-
b ma parte princ. in 9. q. Habet enim singulare nomẽ, b & formam a caeteris contractib. differentem.

Quarto etiam, an feudum sit contractus bonae fidei. Resp. quod non: ita tenet Aluar. in capitulo primo, de feudi cog. & haec opi. cõmuniter tenetur, vt dicit Zas. de feu. in 1. parte, circa fi. rum quia non est ex enumeratis in §. actionum, Inst. de act. tum etiam quia est contractus à consuetudine inuentus, quae est stricti iuris, & haec ratio magis satisfacit: quia re uera non potuit connumerari in §. actionum, cum tempore confecti illius §. nondum esset inuentus contractus feudi, vt dixi sup. quaest. 1.

ADDITIONES.

a Quod sic.] *Item quod feudum sit contractus nominatus, & quod non habeat locum in eo paenitentia nec reuocatio, uide per Rolan. in consil. 3. num 332. in princip. & consi. 33. num. 601. & 4. ad q. 2.*

b Singulare nomen.] *Ita ut si feudum sub alio nomine cõtractus nuncupatum esset, non per hoc desineret esse feudum, quoniam de iure haud debet res regulari secundum naturam contractus, sed ipse contractus debet regulari secundum naturam rei deducta in ipso contractu. l. stipulatio ista. §. si quis ita ff. de uerb. oblig. & uide per Marl. Anguis. qui fusius hoc probat d. consil. 23. numer. 9. cum multis seq. & in consi. 46. sub num. 25.*

QVAESTIO VII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quotuplex sit.*

1 QVaero, quotuplex sit feudum. Respon. Doctores
a multas enumerant a species feudorum. Tu, dic quod aliud est feudum regale, vel dignitatis, aliud non dignitatis: & de his infra dixi, quaest. 10. Aliud est nobile, aliud burgense. item aliud francum, aliud non francum, de quo dixi infra quaest. 12. Item aliud est feudum antiquum, seu paternum, aliud nouum, de quo dixi infra quaest. 8. Item aliud est feudum rectum, aliud conditionatum. Item aliud est feudum ligium, aliud non ligium, de quo dixi infra quaest. 11. Item aliud est feudũ haereditarium, aliud ex pacto & prouidentia, aliud mixtum: de quo dixi infr. q. 9. Aliae etiã diuisiones feudorum traduntur per Scribentes, quas vide per te in praeludijs feudorum.

ADDITIO.

a Multas enumerant.] *Adde quod Bald. & caeteri scribentes in proem. feudor ponunt duodecim diuisiones feudor. quas non refero. vide ibi per eos.*

QVAESTIO VIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum, vel nouum, quod dicatur.*
2 *Et quid si re uera sit feudum nouum, sed concedatur iure feudi antiqui in omnibus, & per omnia, versicu. Sed hic occurrit.*
3 *Quid si non sint apposita illa uerba uniuersalia, versi. Et hac quidem.*
4 *An illa verba operentur etiam in praeiudicium ipsius inuestiti, versiculo, Sed circa.*

5 *Quid econuersa si vasallus accipiat inuestituram feudi antiqui pro feudo nouo versicu. Quæro nunc.*
6 *Quid si feudum antiquum ex culpa vasalli deuoluatur ad dominum, qui ei culpam remittat, an iudicabitur nouum, vel antiquum. ver. Sed pone.*

1 INter alias diuisiones feudorum, quæ communiter
traduntur à Doctoribus, ista est maximi effectus,
& sæpe versatur in practica, quod s. aliud est feudum
a antiquum, & aliud est feudum nouum. Feudum nouū *a*
est, quod de nouo conceditur, & habet initium in per-
sona illius, qui de eo fuit inuestitus. Feudum autem an-
b tiquum est *b* illud, quod est acquisitum ab aliquo ascen
dente, qui fuerit parens cōis agnationis. Et licet ali-
quando etiam dicatur feudum paternum id, quod est
acquisitum ab ascendente intra quartum gradum, ta-
mē hæ duæ species, s. antiquum & paternum, sæpe nu-
mero pro eodem ponuntur: & ita hæc omnia sequun-
tur communiter Doctores, vt dicit Cur. Iun. de feud. in
1. parte prin. in 8. q. col. 2. vers. sub hac prima. Effectus
autem huius differentiæ inter feudum nouum & anti-
quum, poteris videre in discursu huius §.
2 Sed hic occurrit notabilis quæstio, pone, Princeps
inuestit aliquem de feudo: & in inuestitura dicit se il-
lud concedere iure feudi antiqui & paterni: quæro,
nunquid istud feudum regulabitur tanquam feudum
nouum, an autem tanquam feudum antiquum & pa-
ternum? Resp. in hoc articulo variæ fuerunt Doctorū
opin. nam Oldr. cons. 188. nu. 3. tenet q̄ non obstanti-
bus illis verbis, censebitur feudum nouū: & hanc opi.
aliquando dixit esse communem Iason cons. 152. post
nu. 1. lib. 2. Contrariam autem opi. quod scilicet censea-
tur feudum antiquum, & debeat tanquam feudum an-
tiquum regulari, tenuit Bald. in cap. 1. nu. 2. de alie. feu-
c di pater. quem cæteri sequuntur, vt ait Iacob. *c* de feud.
in verbo, Nobiles Agasi, in fi. Et hanc opi. dixit esse ma-
gis communem Ias. sibi contrarius in consi. 1. colum. 3.
vers. 2. principali, lib. 3. & consi. 136. col. 4. versi. specia
lius, lib. 4. & in prælud. feu. nu. 90. circa fi. Dec. consilio
144. nu. 3. in fi. Cur. Sen. cons. 49. post nu. 58. vers. Re-
spondemus enim: Rui. cons. 5. in prin. lib. 1. & cons. 14.
nu. 5. eod. vol. & cons. 45. nu. 4. eod. vol. Crot. in reper. l.
si is qui pro emptore, nu. 25. ff. de vsucap. Hanc etiam
opin. videtur fateri esse communem Curt. Iun. consilio
1. post nume. 13. licet quòd non transit sine difficultate,
cum pluries etiam contrarium tenuerit: illam tamen
tanquam communem apertè sequitur, dicens non esse
ab ea recedendum consulendo, aut iudicando: idem
Curt. Iun. de feud. in 1. parte prin. in 8. quæst. colum. 2.
Eandem opin. dicit esse communem Paris. consil. 5. nu.
31. lib. 1. Alcia. de præsump. in 3. reg. præsump. 28. num.
4. Moderni in consue. Paris. feudal. §. 5. num. 84. Et hāc
opin. ego etiam semper secutus sum, tanquam veriorē,
& magis communem. Vt enim ipsa concessio feudi pro
cedit ab absoluta voluntate principis, ita etiam ipsius
feudi constitutio, & natura pendet à tenore inuestitu-
ræ, secundum quam Princeps feudum ipsum concedit,
semper tamen intelligendo in Principe, qui de ipso feu
do libere & absolute disponere potest, prout in hac ma
teria præsupponunt communiter Doctores.
3 Et hæc quidem conclusio locum habet non solum
quando Princeps in concessione vtitur verbis vniuer-
salibus, puta quia concedat iure feudi antiqui, in om-
nib. & per omnia, prout aliqui dixerunt, sed etiā si non
sint apposita illa verba vniuersalia. & ita volunt cōmu
niter Doct. vt dicit compater meus honorandus, & hac
tēpestate inter iuris interpretes clarissimus D. Crauetta
de antiquitate temp. in 5. parte, lectione vlt. post nu. 16.
4 Sed circa hanc conclusionem puto esse aduertendū,
quia ex hac differentia, quod feudum censeatur iure
feudi noui, vel iure feudi antiqui, oriuntur varij effe-
ctus, quorum aliqui cōcernunt præiudicium ipsius do-
mini concedentis, puta quia si vasallus propter aliquā
culpam, seu delictum non cōcernens directò personam
domini, priuetur feudo, tūc quando feudum est nouū,
reuertitur ad dominum, sed quando est antiquum rema
net apud eius filios, saltem quando est acceptū expressè
pro se, & liberis, vt dixi inf. q. 66. vers. & hæc quidem,
& huiusmodi. & in his casib. procedere potest commu
nis opi. q̄ s. quando sunt apposita illa verba, tale feudū
censeatur iure feudi antiqui, vt verba ipsius Principis
concedentis (iuxta vulgares regulas) latissimè, quan-
tum fieri potest, in eius præiudicium operentur. Alij ve
rò sunt effectus, in quib. versatur præiudiciū ipsius va-
salli suscipientis feudū, puta, quia si est feudum nouum,
vasallus potest illud alienare ad sui libitum, interueniē-
te consensu domini, in præiudicium filiorum, vt dixi
inf. q. 41. ver. & hæc quidem; & illud etiam vni ex filijs
suis prælegare, secundum opi. quam ego tenui infra q.
40. versi. Quæ omnia, & similes, quod tamen facere nō
potest de feudo antiquo: nam in eo, vltra consensum do
mini requiritur etiam consensus eorum, qui sunt voca-
ti ex tenore ipsius inuestituræ. Et in his casib. fortè te-
neri posset, feudum ita concessum non debere censeri
iure feudi antiqui, in præiudicium ipsius suscipientis,
ne verba apposita in eius fauorem (contra communes
regulas) in eius odium retorqueantur. Cogita: quia si
posset sustineri in practica, esset notabilis declaratio: &
secundum illam ego consului anno præterito in causa
magni ponderis in regno Neapolitano: & lætatus sum
quia reperi quod secundum eam prius consuluerat Ri
minal. consi. 96. num. 31. & seq. cuius consilia impressa
fuerunt post primam publicationem huius §.
5 Quæro nunc, *d* quid e cōuerso: pone, Vasallus habēs
d feudum antiquum, *e* accipit inuestituram de ipso, tāquā
e de feudo nouo: nunquid tale feudum mutabit naturā,
ita quod censeri debeat feudū nouum, non autem feu-
dum antiquum? Resp. quod quātum ad ipsum dominū
concedentem, & quantum ad ipsum vasallum recipien
tē proculdubio censebitur feudum nouum; ex quo v-
terq; ipsorum potuit sibi pacto in inuestitura apposito
præiudicare. & hoc est indubitatum. Quò verò ad fi-
lios siue agnatos ipsius recipientis; quibus ex tenore
primæ inuestituræ, erat ius quæsitum, non potuit domi
nus, neq; vasallus, in eorū præiudiciū aliquid facere: &
ideo talis inuestitura eis non præiudicat. ita tenet Bald.
in c. 1. nu. 20. an agna. vel filius: quem cæteri sequuntur,
vt ait Iacob. in verbo, ita quod ipsi inuestiti, post num.
14. vers. sed ponamus. Quod tamen intellige procedere,
nisi etiam ipsi filij vel agnati consentissent: nam eo casu
etiam illis præiudicaret. & ita loquuntur omnes Docto
res in hoc proposito.
6 Sed pone, Vasallus ex aliqua causa incidit in priua-
tionem feudi, quod erat antiquum, puta propter felo-
niam, ingratitudinem, vel huiusmodi, ita q̄ feudum ip-
sum aperiebatur domino (de quo tamen vide quæ dixi
infr. q. 66.) Modo dominus remittit hanc culpam ipsi
vasallo, quæro, an remaneat feudum antiquum, an au-
tem censeatur tanquam feudum nouum. Resp. q̄ rema
net feudum antiquū. ita tenet glo. in ca. Imperialem. §.
insuper, in verbo, priuetur, de prohib. feud. alien. per
Frider. quem cæteri Scribentes sequuntur, vt dicit Ia-
f cob. *f* in verbo, Dictiq; vasalli, il 1. num. 64. Idem etiam
tenuit Bar. in l. quod dicitur, la 1. in prin. nu 9. ff. de im-
pen. in reb. dotal. fac. Hanc tamen conclusionem intelli
go vt procedat, quando non esset adhuc contra ipsum
vasallum secuta sententia super priuatione; vel quan-
do culpa non erat talis, propter quam vasallus ipso iu-
re feudum amisisset; nam eo casu vtique remanet feu-
dum antiquum, prout erat antea: secus autem si iam

fuisset

fuisset priuatus ipso iure, vel per sententiam. ita dicit Bal. in d. §. insuper, nu. 8. & ita communiter distinguũt omnes Scribentes, vt dicunt moderni in consuetud. Panis. feud. §. 30. nu. 105. Credo etiam quod si posset apparere de aliqua fraude, quia s. dominus, & vasallus simul collusissent, vt agnatos à suo iure excluderent, esset eis ex æquitate succurrendum.

ADDITIONES.

a Feudum nouum est.] *Adde & per Cæphal. consi. 173. nu. 1. & 34. vbi quid sit feudum nouum. Idem in consi 3. num. 10. Item feudum nouum dicitur ob nouam formam per eund. in consilio 30. num. 29. Antiquum nempe feudum ex noua forma fit nouum per eundem consil. 173. num 19 20.*

b Antiquum.] *Item feudum quando dicatur antiquum, vide per Cæph. in consil 207. num. 30. & antequam quale sit, vide per eundem consi. 241. nu. 21. Et in dubio præsumitur antiquum per* Rol. *consi. 3. num. 3. & per Cæphal. d. consil. 207. nu 30.*

c Vt ait Iacob.] *Qui subdit hoc esse notandum, quia quotidianum. Adde hanc opinionem contra Oldr. esse communem, vt attestatur* Rol. *in consi 60. nume. 38. lib. 1 & consil. 32. nu. 7. vol. 4 & dixi in colle. mea comm. opi. in verbo feudum. nu. 7. & 8.*

d Quarto nunc.] *Adde & vide commune, vtrunq; per* Rol. *in consi. 16. vol. 3. quod etiam dixi in ea. collec. mea num. 31. 32.*

e Antiquum.] *Hic cadit notabilis dubitatio: Vasallus committit contra dominum feloniam dignam priuatione feudi, dominus remittit, nunquid ex hoc feudum dicatur esse nouum. An vero remaneat antiquum? vi. per Iac. in suis q. feudalib. q. 16. num. 240.*

f Vt dicit Iacob.] *Vide etiam per eund. in suis q. feudalib. q. 16. sub nume. 24.*

QVAESTIO IX.

SVMMARVM.

1 *Feudum quando dicatur esse ex pacto & prouidentia & quando hæreditarium.*

2 *Feudum simpliciter & absolute hæreditarium an transeat ad quoscunque hæredes etiam extraneos, ver. Hoc præmisso.*

3 *Feudum concessum pro se, & filijs vel liberis, an dicatur hæreditarium, ver. Quandoque vero.*

4 *Feudum concessum pro se, & filijs. & hæredibus an requirat quod filij sint etiam hæredes, ver. Quandoque, & tertio.*

5 *Et an hoc casu requiratur, quod sint hæredes vasalli vltimo loco defuncti, an autem sufficiat quod sint hæredes primi acquirentis versi. Sed quæro.*

6 *Quid si feudum concessum sit alicui, nulla facta mentione filiorum nec hæredum, ver. Sed quid dicendum.*

7 *Feudum concessum pro se, & hæredibus an dicatur hæreditarium, vers. Nunc prosequendo.*

8 *Quid si concessum sit pro se, & filijs, & hæredibus ab eis legitime descendentibus, ver. Sed quid si feudum.*

9 *Quid si concessum fuerit pro se, & hæredibus masculis, ver. Item quæro.*

10 *Feudum quando dicatur hæreditarium.*

11 *Feudum ex pacto & prouidentia quando dicatur.*

1 VAlde vtilis & quotidiana est illa quæstio, qualiter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto & pro-
a uidentia, a & qualiter hæreditarium in qua materia Doctores multum intricatè loquuntur. Præmitte ergo, quod dupliciter intelligi potest feudum esse hæreditarium: primò scilicet, quò ad hoc, vt tale feudum de sui natura sit transitorium ad quoscunque hæredes: & sic, quòd eo ipso, quòd quis est hæres vasalli, admittatur ad feudum; Secundò verò quò ad hoc vt de natura ipsius feudi non possit aliquis in eo succedere, nisi etiam sit hæres, & sic in primo casu qualitas, quòd sit hæres, sufficit ad succedendum in ipso feudo, in secundo autem casu non sufficit, sed bene requiritur quòd concurrat.

2 Hoc præmisso, dic, quòd tria sunt in hoc proposito genera feudorum. Aliquod enim est feudum simplici-
a ter, & absolutè hæreditarium, b puta, quando conces-
c sum est pro se, c & hæredibus quibuscunque: & ad hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit q; sit hæres, nec alia qualitas requiritur: & ideo tale feudum transit ad quoscunque etiam extraneos hæredes. ita dicit Bald. in l. cum virum, post nume. 21. C. de fideicom. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Gigas de pensio. q. 19. nu. 13. Idem etiam tenet Bal. in c. Imperialem. in princ. nume. 19. de prohib. feudi alien. per Frider. Et est communis opi. vt ait Socin. inter consi. feudal. Brun. consil. 19. numer. 2. Curt. Iunior. consilio 183. nume. 6. & in tractatu feu. in vlti. parte tertiæ partis prin. q. 2. Ripa in l. ex facto, §. si quis ita, post nu. 16. ver. ex quibus constat, ff. ad Trebel. & in l. quæsitum. §. si quis cum tutor, nume. 4. & seq. ff. de priuil. credi. Crauet. consi. 256: post nume. 8. versi. his tamen, Paris. consi. 23. nume. 170. lib. 1 Soci. Iun. consil. 103. nume. 28. lib. 2. Et dicit Apostil. ad Alexand. consi. 30. sub. num. 11. lib. 1. in fine apostil. quod hæc est crebior, & verior opi. licet in princ. Apostil. dicat, quòd in hoc puncto, quanto plura legit, tanto minus discernere potuit quæ sit crebior opin. adeò Doctores Doctoribus, imò ijdem sibiipsis contradicũt. Sed quicquid dicat, opin. Bald. tanquam magis communis obseruatur in practica.

3 Quandoque verò, & secundò, feudum est simpliciter, & absolutè ex pacto & prouidentia; puta, quando concessum est pro se, & filiis; vel pro se, & liberis, nulla facta mentione hæredum: & hoc quidem feudum non dicitur hæreditarium, secundum An. de Isern. in cap. 1. §. hoc quoque. qui feud. dare poss. & est communis regula, vt ait Dec. consilio 445. num. 8. sed ad hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit quòd sit filius, vel descdens ab illo primo acquirente, non autem requiritur quod sit hæres. & est communis opin. vt dicit Ias. in l. si post mortem, in princ. nu. 3. ff. de leg. 1. & consil. 56. colum. fi. in princip. ibi ergo, libr. 3. Bene verum est, quòd in hoc casu secundum aliquos est differentia inter filios & agnatos: nã multi tenent, quod in hoc feudo locum habeat dispositio c. 1. an filius vel agnatus: de quo infra suo loco dicemus, in quæst. 76.

4 Quandoq; & tertiò, feudum non est neque simpliciter hæreditarium, neque simpliciter ex pacto & prouidentia, sed participat de vtroque; puta, quando est concessum pro se, & filijs, & hæredibus: nam eo casu requiritur quòd ille, qui vult in tali feudo succedere, sit filius, & sit etiam hæres, & sic quod in eo vtraq; qualitas concurrat. ita tenet Iacob. de Beluis. in capitu. 1. de eo, qui sibi, & hæred. &c. Bene verum est, q; in hoc fuit aliqua controuersia inter Scribentes. nam contrarium videtur tenuisse Bald. in eo. capitu. 1. num. 9. quod scilicet sufficiat ius sanguinis, neque requiratur ius hæreditatis: sed huic opin. Bal. non adhærent communiter Doctores, vt dicit Alex. consi. 19. nume. 16. lib. 5. Et dicit Alex. consil. 10. nume. 8. libr. 3. quòd conclusio Iacob. de Beluis. est communiter approbata, quem refert Paris. consilio 2. numer. 26. lib. 1. & consi. 3. nume. 17. eo. vol. & consil. quarto, nume. 28. eod. volum. & consil. 106. numero 25. eod. volum. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iason consil. 57. numero primo,

lib.1.& consi. 56.col.1.lib.3.Ruin.consi.16 nu.6.libr. 1.Cur.Iun.cons.1.num.11.Paris.consi.16.nu.13.libr. 1. & cons.13.nu.167.cod.vol.& cons.1.nu.134. libro 2. & consi.48.nu.9.& 10.lib.4.Crauetta consi. 197. post num.5.vers.hoc tamen fundamētum, Soc. Iun. consil. 114.post nu.12.lib.2.Gratus consil.4.num.42.lib. 1. Et hanc opin.tanquam veriorem, & magis communem, semper vidi obseruari in practica.aliàs enim necesse esset fateri, quod illa verba, Et hæredibus, essent superflua.

5 Sed quæro, an oporteat eum, qui vult in huiusmodi feudo succedere, esse hæredem vasalli vltimo loco defuncti, an autem sufficiat eum esse hæredem primi acquirentis. Resp. quod in hoc etiam est altercatio inter Doctores.nam aliqui tenēt, oportere quod sit hæres va
e salli vltimo loco defuncti. *e* & hāc dicit esse communē opin.Cur.Iunior cons.138.post nu.24. quē refert Soc. Iun.consi.188.num.15.lib.2. Aliqui verò tenēt sufficere quod mediante persona suorum antecessorum sit hæres primi inuestiti. & hanc dicit esse communem Alex. in d.consi.10.nu.8.lib.3.prout illum refert Gozad.consilio 8.nu.2.Et re uera Alex. ibi expresse dicit quod sit hæres primi recipientis, idem etiam videtur sensisse Alex. & plures alij in locis supra allegatis, dum loquuntur alternatiue,s.quod sit hæres vel primi acquirentis, vel vasalli vltimo loco defuncti. Et hæc opi. magis mihi placet. Cum enim descendentes illius primi acquirentis succedant in ipso feudo, virtute primæ inuestituræ, in qua fuerunt vocati ipse, & eius filij, & hæredes: nō est consideranda successio illius, apud quem feudum vltimo loco repertum est, sed tantummodo illius, cuius beneficio descendentes ipsi ad feudum admittuntur. Et ita secundum hanc opi.in facti contingentia iudicauit Senatus.

6 Sed quid dicendum est, quando feudum est conces-
f sum simpliciter alicui, nulla facta mentione *f* filiorum, neq; hæredum: puta, Concedo tibi tale castrum in feudum: nunquid tale feudum (quod aliqui nominant informe) transibit ad hæredes, an autem censebitur concessio personalis, quæ non transeat ad descendentes, vel successores: Resp. quod tale feudum ita concessum nihilominus transit ad hæredes, scilicet ad eos qui aliàs ex natura feudi succedunt.ita tenet Petr. de Bellapert. in l. apud Iulianum, §.si quis alicui.ff.de legat. 1. & est cōmunis opin. vt attestatur Ias.in d.§.si quis alicui, nu. 9. Sunt enim beneficia principum (iuxta vulgarès regulas) latissimè interpretanda. Non tamen in huiusmodi feudo succedunt hæredes extranei: quia hoc esset contra naturam feudorum, in quibus regulariter non succedunt extranei hæredes, vt dixi infra quæst.83.Et sic vides, quod hoc feudum ita simpliciter concessum, perinde est, ac si concessum esset expresse pro se, & filijs suis masculis tantum: & ad hoc allegatur gl.quæ tamen in libro meo hoc non dicit in c.1. quib. mo. feu. const. po. vbi Bal.nu.4.refert gl.ita expresse dicere, subdens, Et tene menti in corde tuo, quia est notabile. Et illam glos. dicit esse communiter receptam Didac.lib.2 resolu. ca. 17.num.3.in fi. vbi etiam dicit, quod hoc videtur magis receptum apud eos, qui de feudis tractauerunt.

Et in hoc proposito nota, quod in feudis potest considerari duplex prouidētia, scilicet legis & hominis. Prouidentia legis est, vt feudum de sui natura non transeat nisi ad descēdentes: & ideò siue feudum sit concessum simpliciter (vt superius dixi) nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, siue concessum sit pro se, & hæredibus, nihilominus tale feudum ex prouidentia legis non transit nisi ad descendentes masculos, non autem ad extraneos hæredes. Prouidentia autem hominis est, quando ex tenore ipsius inuestituræ, vocantur expresse solummodo descendentes ipsius recipientis; puta,
a quando concessum est pro se, & liberis, vel pro se, & filijs, vel huiusmodi, & hoc propriè videtur dici feudum ex pacto & prouidentia: quia & pactum hominis, & prouidentia legis in hoc concurrunt, vt solum descendentes ipsius inuestiti, non autem hæredes extranei, in ipso feudo succedant.

7 Nunc prosequendo eandem materiā, quæro an feudum receptum pro se, & hæredibus, dicatur hæreditarium. Respon. si intelligas hæreditarium, simpliciter & absolutè, id est quòd transeat ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, certum est quod nōn est hæreditariū, vt ex prædictis apparet, & latius dixi infra in d. quæst. 83. Sed si intelligas hæreditarium, scilicet in quo non possit succedere nisi qui sit hæres, dico quòd est hæreditarium: & ita tenuit And.de Iser.in capitu.1.§.hoc quoque.de ijs qui feud.dare poss.& est communis regula, vt ait Dec.cons.445.num.8.Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Campeg.inter cons. feudal.Brun. consi.11.nu.5.& seq.Brun.cons.24.nu.1. Licet enim in materia feudali, verbum, Hæredibus, intelligatur de descendentibus, & sic ratione subiectæ materiæ trahatur vltra propriam significationem, retinet tamen adhuc suam propriam significationem, & sic includit vtrunque, scilicet descendentes, & hæredes, alterum ex natura ipsius verbi, alterū ex natura rei, super qua pronunciatur.

8 Sed quid si feudum acceptū sit pro se & filijs, & hæ-
g redib.ab eis legitimè descendētibus? *g* Resp. pariter dicendum est, quod censeri debet hæreditarium. & ita se habet magis communis opin. vt ait Paris.consil. 4. nu. 27.lib.1.Afflict.deci.195.post nu.7.subdens, quod ita pluries fuit iudicatum. & ideò in tali feudo filij vel eorum descendentes non succedent, nisi etiam sint hæredes: & ista est communis opi. vt dicit Sigismun. cons. feud. 52.nume.55.

9 Item quæro, quid si acceptum fuerit feudum pro se,
h & hæredibus masculis? *h* Resp.aliqui tenuerūt, quod illa qualitas masculinitatis adiecta operatur, quod feudū ita receptum, non dicatur hæreditariū: & fuit opin. Ray. in sua quæst.incip.quidam habebat duos filios. & ita tenent omnes, vt dicit Ias.in l.Gallus, §.etiam si parente, num. 22.ff.de libe.& posthum.quem refert Rubeus consilio 110.nu.5.& in rep.d.l.Gallus, §.quidam rectè, col. 68. vers.dubitatur igitur quintò, & est communis opin. vt attestatur Bello.consi.33.nu.2.

Sed tu hic diligenter aduerte: quia si dictum Rayn. intelligatur quòd feudum ita receptum non sit hæreditarium, quia scilicet non transeat ad omnes, qui iure hæreditario succedunt, etiam extraneos, sed solum in descendentes masculos, hoc nullam penitus habet difficultatem: quia etiā si non esset apposita illa qualitas masculinitatis, tamē ex natura feudi id erat expeditū, vt sæpe dixi. Et dicit Soc.Iun.consi.188.nu.7.lib.2. quod est commune dictum; & non habet contradictorem. Et ita in hanc sententiam expresse illum refert Iason. in loco supra allegato, adeò quod ita intelligendo decis. Rayn. quæ fundatur super illa dictione Masculis, erat inanis, & sine succo. Si verò intelligatur quod illa qualitas masculinitatis operetur quod feudum non sit hæreditarium, quia scilicet descendentes masculi ad ipsum feudū admittantur, etiam si nō sint hæredes, ego credo illam decisionem Ray. esse falsam, & contra eum esse magis cōmunem opi. prout etiam attestatur Rubeus consil. 18. per totum consilium, Didacus lib. secundo resolu. cap. 18. ante numerum 4. Certè passus est animus, & aliquando cùm causa penderet de facto, ab vtraq; parte requisitus consulere recusaui.

ADDITIONES.

a Ex pacto & prouidētia.] *Ad materiam hic nota, quod in feudo ex pacto & prouidentia admittuntur fuij agnati,*

ti, tametsi haud sint hæredes primi inuestiti, uel ultimi defuncti, commune, vide Rolandum consilio 67. num. 21. & in collect. mea commun. opin. in verbo feudum numer. 50. Item nota quod feudum ex pacto, & prouidentia pro se & liberis quorum primi contrahentes semper voluerunt conseruari, non potest vendi etiam cum consensu domini directi in præiudicium liberorum vocatorum, commune vide ibidem num. sequen.

b Hæreditarium.] *Adde communem, vt per Rol. à Valle post ab eo citatos in cons. 67. nu. 9. & cons. 97. num 39. volum. 1. & cons. 3 nu. 17. vol 4.*

c Concessum est pro se.] *Adde quod etiam dicitur † hæ-*
10 *reditarium, quando reperitur concessum simpliciter nulla facta mentione hæredum, commun. per* Rolandum *dicto consilio 3. numero 15. Item quando est concessum pro se & filijs, commun. per* Roland. *ibi numero 17. Item quando est concessum pro se, filijs hæredibus commun. per eum. ibi. num. 19 & de istis communibus opi. dixi fusius in ea. collect. mea num 23. cum multis seq. & num. 27 cum multis alijs seq. vbi etiam succedere volens debet esse hæres, num. 40. item in fundo hæreditario concesso pro se & hæredibus & successoribus quis admittatur requiritur vt sit hæres primi inuestiti, vel vltimi defuncti, de cuius persona tractatur, num. 40. quinimo non sufficit quòd sit hæres sanguinis nisi etiam sit hæreditatis, commune num. 42. itẽ quòd sit hæres vniuersalis, commune num. 43.*

d Ex pacto & prouidentia.] Item concessum *† cum di-*
11 *ctione, masculis nullo alio verbo apposito, facit vt feudum dicatur ex pacto & prouidentia; at secus, quando adiunguntur illa verba pro filijs masculis hæredibus quia isto casu erit hæreditarium commune dixi ibi, numero 47. Sed quid quando datur alicui pro se & suis liberis ex suo corpore legitime descendentibus an dicatur hæreditarium uel ex pacto & prouidentia, commune vtrunque ui. ibi. numero 48. 49. Feudum vero cõcessum pro se & liberis quòd dicatur ex pacto & prouidentia commune, ubi uide per Natt. in cons. 891. ante nu. 2. ubi pro & contra, & dixi in d. colle. mea. nu. 45.*

e Defuncti.] *De ista communi dixi plenius ubi sup. num. 41. cum duobus seq.*

f Mentione.] *Vbi uero esset concessum pro se & hæredibus, & quibus dederit, tunc transiret etiam ad extraneos, commune Rol. in cons. 55. num. 36. uol. 3. quòd etiam dixi in d. collect. mea. uer. Feudum, nu. 43. & fusius nu. 52.*

g Descendentibus.] *De hoc dixi sup.*

h Et hæredibus masculis.] *V. de sup. ea. q. sub additione signata in litera D. Insurgit pulchra quæstio. quid si quis recepit aliquid in feudum pro se & filijs suis nascituris legitimis & exectoventre matris editus est filius, an succedat in illo feudo, ui. per Iac. de S. Geor. in l. fin. num. 9. C. de posth. hær. insti. Giachar I.V.C.*

QVAESTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Feuda regalia uel dignitatum quæ dicantur.*
2 *Feuda dignitatum sunt indiuidua.*

1 QVæro, quæ dicantur feuda regalia, vel feuda di-
a gnitatum. a Resp. quòd ad hoc vt aliquod feudum dicatur regale, vel dignitatis, duo requiruntur: Primũ, quòd in feudum concedatur Regnum, seu dignitas, puta Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus: Secundum, quòd concedatur ab Imperatore, aut Rege, vel supremo Principe. Ita declarant communiter Scribentes, vt dicit Cur. Iun. de feu. in 1. parte, q. 8. col. 1.

ADDITIO.

a Dignitatum.] *Hic nota, quod feuda dignitatum † de*
2 *quibus per Autorem sunt indiuidua: istam regulam reassumit Duen. reg. 314. in* Italia *tamen, per generalem consuetudinem diuiduntur, & in illis omnes pariter succedunt, neque habet locum primogenitura, commune dixi in d. colle. mea com. opin. verb.* Feudum, *nu. 96. item quòd in feudis habentibus dignitatem permissa sit diuisio, etiam ex quo iurisdictionis exercitium potest diuidi, commune dixi ubi sup. nu. 100. & ui. nu. 67. cum duob. seq. Giachar.*

QVAESTIO XI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ligium quod dicatur, & nu. 3.*
2 *Et an possit quis esse homo ligius duorum dominorum, vers. Hinc infertur.*
3 *Homo ligius vnde dicatur.*

1 QVæro, quod dicatur feudum ligium. Respon. quòd
a feudum ligium a est, in quo tria concurrunt: Primum, quòd in inuestitura expressè dicatur quòd sit ligium: secundum, quòd vasallus subjciat principaliter potestati domini personam suam, & consequenter omnia bona sua, etiam non feudalia: Tertium, quòd iuret illi fidelitatem, nulla alterius fidelitate reseruata. Et ista est communis opin. vt dicit Cur. Iun. de feud. in prima parte, q. 8. vers. quintò sub hac.

2 Hinc infertur, quòd non potest aliquis esse homo li-
b gius b duorum dominorum, vt dicit glo. in clẽ. pastoralis, §. denique, in verbo Homoque ligius, de re iudic. quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Iacob. de homag. nu. 6.

ADDITIONES.

a Feudum ligium.] *Item feudum ligium est illud † quòd ab*
3 *Imperatore est concessum præstita fidelitate absolute, & nullius alterius fidelitate conseruata per Ale. in cons. 30. nu. 3. lib. 1. & Iac. in suis q. feudalib. nu. 4.*

b Homo ligius.] *Hic scias quod appellatur homo ligius*
3 *† quasi ligatus. Iac. in dictis q. nu. 5. qui nu. seq dicit quod feudum non ligium appellatur quoniam præstatur fidelitas simpliciter vel quando excipitur in fidelitate alius dominus. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum francum quod dicatur.*

1 QVæro quod dicatur feudum francum. a Respon. quòd
a feudum francum dicitur, in quo duo concurrunt: Primum, quòd in inuestitura expressè dicatur quòd sit francum: Secundum, quòd inuestitus non teneatur nisi ad seruitia, quæ sunt expressa in inuestitura: & ista est communis mens Doctorum, vt dicit Cur. Iun. de feud. in prima parte, q. 8. vers. secunda principalis.

ADDITIO.

a Fundum francum.] *Et secundum Iac. vbi sup. num. 7. appellatur francum, quando pro illo feudo non est præstanda aliqua fidelitas: item quando proprietas est infeudata, nã ex pacto bene potest dominium concedi feudatario, non dum vtile, sed etiam directum, & tunc appellatur feudum francum: & ibi retulit Bal. atque Io. Mona. istud dicentes. Giachar. I.V.C.*

QVAE-

QVAESTIO XIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus an possit concedere in feudum bona ecclesiæ.*
2 *Et quid in feudo decimarum. ver. Sed quæro.*
3 *Quid in feudis apertis tempore prædecessoris sui, ver. Sed nunquid.*
Quomodo dicatur res ecclesiæ solita, vel non solita infeudari eo.
4 *An possit prælatus infeudare tales res etiam consanguineis suis, ver. Vlterius quæro.*
5 *An in tali infeudatione interuenire debeant solẽnitatis requisitæ in alienatione ecclesiæ, ver. Item quæro.*
6 *An possit prælatus eo casu alterare, aut mutare consuetudinem, secundum quam tales res solitæ erant in feudum concedi, uer. Scias tamen. fallit num. 11.*
7. *An si illam alteres infeudatio vitietur, uers. Sed quid si alteres.*
8. *Prælatus an & quando possit locare res ecclesiæ.*
9. *Feudi natura quando possit conuerti in emphyteusim pro fœminis.*
10. *In feudo antiquo non est suspicio deteriorationis.*

1 QVæro, nunquid prælatus *a* possit in feudum conce
a dere bona ecclesiæ. Respondeo quòd non, nisi es
b sent res solitæ infeudari. *b* Nam illas vtique posset prælatus, postquam essent ad ipsam ecclesiam reuersæ, alijs in feudum concedere, ita colligitur ex text. in c. primo? de ijs qui feudum dare possunt.

2 Sed quæro, nunquid hæc conclusio locum habeat, etiam in feudo decimarum, quod solitum sit laicis infeudari, vt scilicet, si ad ecclesiam reuertatur, possit prælatus illud alteri laico in feudum concedere. Respondeo quòd sic: & ad hoc allegatur glo. in c. prohibemus, in verbo Laicos, de decimis: quæ tamen hoc non dicit. Sed hanc opin. clarius tenuit Flor. quem refert Imol. in c. ex parte, post num. 39. de feud. subdens, quòd hæc opin. communiter seruari videtur. & post eum, ita dicit communiter teneri & obseruari in practica Iaso. consil. 155. in fin. libr. 2. & in d. c. 1. numer. 13. de ijs qui feud. dare poss. Illum etiam refert Curt. iun. de feud. in 2. parte pri. q. 8. Dec. consi. 131. paulo ante fi. Licet enim regulariter decimæ apud laicos esse non possint, tamen ex quo erant solitæ laicis infeudari, præsumitur eas licite apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam alijs laicis concedi posse.

3 Sed nunquid poterit prælatus infeudare non solum feuda, quæ tempore suæ prælaturæ aperiuntur, sed etiã ea, quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt? Respond. gloss. in d. c. 1. in prin. in verbo. Feudum dare, tenuit quòd non: sed illa glo. in hoc communiter reprobatur, vt dicit Guido Papæ decisio. 154. post num. 2. Bene verum est, quòd si aperiatur feudum tempore vnius prælati, & ille prælatus tale feudum apertum, & solitum infeudari, non infeudet, sed recipiat fructus, & decedat, si deinde successor suus recipiat illud feudum inter bona mensæ, non poterit illud inconsulto Romano Pontifice infeudare, si tenuerit per annum inter bona mensæ suæ & non infeudauerit. ita senserunt omnes, vt dicit Guido Papæ in d. decis. 154. post num. 3. vers. sed si dicta. Et secundum hanc conclusionem in facti contingentia iudicauit parlamentum Delphinale, vt in eadem decis. in principio.

Nunc pro intelligentia quæro, quomodo dicatur res Ecclesiæ solita vel non solita infeudari. Aliqui dicunt quòd dicitur solita infeudari, quando reperiuntur duæ infeudationes illo modo factæ, simul cum cursu quadraginta annorum. & fuit opin. Iacobi de Beluis. in d. c. 1. de ijs qui feud. dare poss. quam dicit esse communem Ias. cons. 155. col. penult. versic. non obstat secundum. libr. 2. vbi etiam col. 2. versic. quartò facit, dicit quòd ab hac conclusione non discrepat. Multi etiam dicunt sufficere, quòd præcesserit vna tantum infeudatio solenniter facta sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum. & hanc opinio. dicit esse communem Curt. iun. de feud. in 1. parte 2. partis princ. q. 4. Ruin. consilio 35. num. 30. lib. 1. Sed hæc opin. non transit sine difficultate: ideò prima esset tenenda, tanquam tutior, & quæ minus fauet alienationi rerum ecclesiasticarum. Ad hoc autem vt dicatur non solita amplius infeudari, requiritur vel quòd expresse prælatus eam describi faciat inter bona mensæ ecclesiæ, vel quòd per multum tempus collegerit fructus ipsius rei solitæ infeudari, prout solitus est facere de alijs rebus incorporatis. Et hanc opin. quòd scilicet requiratur huiusmodi declaratio expressa vel tacita, dicunt magis esse communem, quidam moderni, quos refert Curt. iunior in dicta 1. parte 2. partis princ. q. 5.

4 Vlterius quæro, nunquid possit prælatus huiusmodi res postquam ad ecclesiam reuersæ sunt, infeudare non
c solum extraneis, sed etiam consanguineis *c* & affinibus suis. Respond. quòd sic, dummodo talis infeudatio non sit multum onerosa ecclesiæ, vel aliàs suspecta. ita tenet Bald. in dict. c. 1. nume. 9. & est communis sententia, vt ait Curtius Iunior in prima parte 2. partis principalis q. 7. quem refert Ripa in tract. de peste in 2. c. de remedijs præserua. num. 170. Ias. in dict. cap. 1. post num. 19. de ijs qui feud dare poss. Zasi. de feu. in 5. parte, versic. quarta conclusio. Et ita de consuetudine obseruari videtur. quia hodie potius agnatis, quam alijs, beneficia à prælatis conceduntur, vt dicit glo. in cap. 1. in princ. in verbo, In clericorum, si de inuest. inter do. & vas. &c. Quæ quidem consuetudo non est prorsus improbanda, modo isti agnati seu affines sint aliàs probi, & idonei. Sed caueant prælati, ne dum proximos suos immerito bonis ecclesiasticis ditare contendunt, ipsi eorum, & suas animas illaqueent in æternam damnationem.

5 Item quæro, an in tali renouatione infeudationis in-
d teruenire debeant illæ debitæ solemnitates, *d* quæ in rei ecclesiasticæ alienatione requiruntur? Respond. quòd non: ita tenet Bart. in authent. qui rem, num. 4. C. de sacros. Eccles. Abb. in c. vt super, num. 11. de reb. eccles. nõ alien. & est communis sententia, vt dicit Curt. iuni. de feud. in prima parte secundæ partis principa. q. 1. Et quòd possit prælatus solus, & sine consensu capituli, huiusmodi res solitas infeudari, alijs in feudum concedere, dicit esse communem conclusionem Doctorum Socin. cons. 120. nu. 23. libr. 3. Claud. in d. cap. 1. de ijs qui feu. dare poss. & ita etiam communiter de consuetudine teneri attestatur Zasius de feu. in 5. parte versic. secunda conclusio. Et in hoc modica est inter Doctor. controuersia.

6 Scias tamen, quòd sicut Prælatus non potest infeudare res ecclesiæ non solitas in feudum concedi, ita etiam in tali renouatione infeudationis non potest alte-
e rare, *e* aut mutare consuetudinem, secundum quam erãt solitæ concedi. ita dicit Bart. in d. authent. qui rem, numer. 8. & est communis conclusio, vt dicit Alex. consil. 9. num. 2. lib. 3.

7 Sed quid si alteret aut mutet ipsam consuetudinem, nunquid infeudatio vitiabitur? Respõd. quod quatenus in hac renouatione excessit formam consuetam, procul dubio vitiatur. & in hoc nemo discrepat. & hanc conclusionem dicit esse communem Curt. iun. in d. prima parte 2. partis in 6. q. col. 1. & 2. quatenus autem solitæ

sunt

sunt concedi, sustinetur. & ita dicit esse veram, & communem sententiam Cur.iun, in d.6.q.col.pen. Tu vide quæ dixi supra, §.emphyteusis.q.6.vers.scias tamen.

ADDITIONES.

a Prælatus.] *Adde hic, quòd prælatus habens admini-*
8 *strationem bon.ecclesiæ, habet potestatem locandi † res ecclesiæ sine authoritate superioris, dummodo locatio non fiat ad longum tempus & tendat in vtilitatem ecclesiæ, & potest hoc casu ecclesiam obligare, commune dixi in collec.mea com.opin.in vers.prælatus, nu.1.2.& 3.*

b Solitæ infeudari.] *Ad idem quod prælatus possit infeudare bona ecclesia solita infeudari habetur per Cran. in cons.54.col.1. Quando vero res non esset solita infeudari. aduerte, quod solemnitas ecclesiastica requiritur in infeudatione noua, & perpetua concessione in emphyteusim.c.nulli, de rebus eccles.non aliena c.1. de feud.cum alijs allegatis per Alex.in cons.78.nu.3.vol.1. Vnum tenementi in materia, quod solus prælatus ecclesiæ, propter be-*
9 *nemerita † recipientis potest alienare, naturam feudi in emphyteusi concedendo in fœminas, vel in alias generationes non permissas, facta tamen mentione de benemeritis, & meritis probatis, per Mar.Anguis.in cons.46. sub num.13. Immo potest alienare ex causa remunerationis per Bol.in cons.18.nu.64 lib.2.quem vide num 67.*

c Consanguineis.] *Adde quòd Bald.in l.1.ff. de rerum diuis. ex mente Iacob. de Beluis. idem dicit, quando feudum est antiquum, quia non est suspitio, quod feudum*
10 *† deterioretur. Immo prælatus illos de suo sanguine tenetur præferre alijs, secus si infeudatio, vel datio in emphyteusim fieret de nouo per Iacobin.in suis quæstionibus feudalibus, q.17.*

d Solemnitates.] *At si non sint solitæ infeudari, tunc requiruntur, vt dixi sup. sub Apostil. signata litera b. ibi vide.*

e Alterare.] Aduerte, *quòd potest alterare propter † bene*
11 *merita recipientis, facta tamen mentione de meritis, ac meritis probatis, vt dixi sup. Adde nunc duas alias limitationes, de quibus per Apost.ad Alex eo.cons.9. in 1. Apostil. quas ibi.vid.per te, eas non transcribo.* Giacb.I.V.C.

QVAESTIO XIV.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit inuestire aliquem de feudo non aperto.*

1 QVæro, an dominus possit inuestire aliquem de feu-
a do nõdum aperto, *a* scilicet quòd adhuc per aliũ vasallum legitime inuestitum possideretur. Respõ. quòd sic, dummodo inuestitura sit concepta sub conditione: puta Si ille vasallus sine descendentibus aut agnatis ad feudum ipsum vocatis decesserit; vel in tempus, puta quando ipsum feudum ad dominum iure medio deuoluatur. & ita concludunt communiter Doctores, vt dicit Claudius in l.fi.num.13.C.de pact. Sed si inuestitura esset concepta pure, esset penitus nulla, adeo quod etiam si postea eueniat casus quòd tenens feudum moriatur sine hærede, nõ tamen potest aliquem effectum sortiri. ita probat text.in cap.1. hic potest esse titulus, qui successores teneant. & est communis opin. vt dicit Aluarot.in eod.c.primo post num.1. ver.in text.ibi: Debent tamen Imperatores & Principes abstinere ab huiusmodi inuestituris concedendis: ne inducant votum captandæ mortis, vt audiui contigisse nostris temporibus, in quodam Marchione ex primatibus Italiæ, cuius nomen taceatur.

ADDITIO.

a Nondum aperto.] *De feudo autem nondum aperto ac deuoluto ob extinctam lineam comprehensor. potest propter amorem patris in filiam illud transferre, commune ut.per Rolan.in cons.41.num.21.vol 2. & dixi etiam in collect.mea com.opin.in uerb.dominus, num.6.*

QVAESTIO XV.

SVMMARIVM.

1 *Feudum rectum an possit constitui sine inuestitura.*
2 *Feuda recta conceduntur ex gratia non per pecuniam.*

1 QVæro, nunquid feudum rectum *a* possit cõstitui si-
a ne inuestitura, ita vt habeat propriam naturam feudi, & sit transitorium ad hæredes. Respon.in vsibus feudorum sunt duo text.in hac materia, qui inter se pugnare videntur. nam in cap.1.quibus mod.feu.constitui pot.expresse dicitur non posse feudum sine inuestitura constitui, etiam si quis domino iubente alicuius rei tanquam feudalis possessionem nanciscatur. Contrarium autem decidi videtur in c.1.de consuet.recti feudi, vbi dicitur, paria esse quòd concedatur inuestitura, vel quòd domino iubente quis possessionem feudi nactus sit. Tu dic secundum Aluarotum quòd illi text.ita possunt ad cõcordiam rectè reduci. Aut talis iussus est factus coram paribus curiæ: & tunc habet vim inuestituræ, prout expresse loquitur tex.in d.c.1.de consuetudine recti feudi. Aut fit absente curia: & nihil operatur. & ita procedit text. in d.c.1.quib.mod.feud.const.pot. Et hæc concordia communiter tenetur vt ait Zasi. de feud.in 6.parte colum.1.versic. nec te lateat.

ADDITIO.

a Feudum rectum.] *Hic scias, quòd feuda recta † conce-*
2 *duntur ex gratia, & non per pecuniam. secundum Inn. & Ias.citatos per Rolan. in cons. 23.nu.6.vol.1.*

QVAESTIO XVI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an possit acquiri mediante pretio.*
2 *Et an tale feudum dicatur proprie feudum, versic. Sed quæro.*
3 *Feuda an capi possint in executione iudicati.*
4 *Feudum quando non expiret per sacros ordines, uel monachationem.*

1 QVæro, an feudum possit acquiri mediante pretio? *a* Resp.glo.in c.1.de benef.fratr.in gl.i.tenuit quòd a domino non possit feudum concedi mediante pecunia. Contraria tamen opin. scilicet, quòd feuda possint emi, obtinuit, vt dicit Zas.de feud.in 12.parte, vers.3. conclusio, subdens quòd eam Doctores plerique omnes sequuntur, & quòd hæc opin.notissima consuetudine recipitur, dicit etiam Bald.in c.1.§.ex eadem lege, num.2. de l.Corra. quòd ita est per consuetudinẽ vsurpatum, & quòd ita quotidie videmus castra & villas emi & vendi cum mero & mixto imperio, &c.

2 Sed quæro, nunquid tale feudum emptum, dicatur propriè feudum. Respon. quòd non dicitur habere propriam naturam feudi, ex quo non est gratuitum, vt in c.1.de feudo non habente propr.nat.feu. tamen est verũ

feudum,

feudum, & regulatur secundum omnes leges & consuetudines feudi. Ita generaliter volunt omnes Feudistæ, vt dicunt Moderni in consuc. Paris. feu. §. 30. num. 110. in fi. sed de hoc aliquid attingemus in discursu materiæ.

A D D I T I O.

a Medianre pretio.] *Hic insurgit † pulcherrima dubita-*
3 *tio. An. s. feuda capi possint in executione iudicati, vide per Iac. de S. Geor. remissiuè in l si cum vsufructuario, nu. 6. ff ex noxa. causi agatur, & in q. feuda. q. 31. nu. 39. Hæc*
4 *etiam scias, quòd feudum † mercenarium, vel censuale, haud expirat per sacros ordines, nec per monachationem, sed transit ad monasterium cum onere suo, per Ias. in consil. 117. col 4 vol. 4. & Rol in cons. 23. num. 14. post Bald. cap. quæ in ecclesiarum, de constit. Giacbar I. V. C.*

Q V AESTIO XVII.

S V M M A R I V M.

1 *Concessio feudi per verbum, donamus, an dicatur donatio, vel feudalis concessio.*
2 *Verbi concedo natura quæ sit.*

1 QVæro, princeps concedit alicui feudū, & in cō-
a cessione vtitur verbo, Donamus, vel alio simili importante donationem: nunquid censebitur libera donatio, vel feudalis concessio? Respond. quòd censebitur libera donatio. & ita in specie consuluit Oldradus consil. 159. num. 3. & hoc dictum Oldradi videtur cōmuniter receptum, vt ait Gratus consil. 9. num. 78. libro 1. Hanc etiam esse communem conclusionem Doctorum attestatur Soc. iunior cons. 102. num. 9. & seq. libr. 2. Non enim debemus à proprietate verborum recede-
b re, maxime cum beneficia principum latissime *b* sint interpretanda.

ADDITIONES.

a Cōcessio.] *De natura vero verbi, † concedo, vide per Ia*
2 *co. de feud. verb. ibi in fluminibus, sub num. 5. & in colle. mea, in verb. concessio, sub num. 12. 13. & 14.*
b Latissime interpretanda.] *Iuxta text. in l si. ff. de constitut. princ. & de feudo concesso, vi. per Franc. de eccles. cōs. feud. consil 40 de verbo indulgemus, vi. per Rolan. in consil. 48. nu. 9. in 4. Giachar I. V. C.*

Q VAESTIO XVIII.

S V M M A R I V M.

1 *Res an in dubio præsumatur allodialis, vel feudalis.*
2 *Et quid si in inuestitura sit de castro, & pertinentijs, an dominus habeat intentionem fundatam pro omnibus bonis, quæ vasallus possidet in territorio illius castri, ver. Sed quid.*

1 COntingit quandoque quòd dominus asserit aliquā rem, quā vasallus possidet, esse feudalem: è conuerso autem vasallus contendit eam esse allodialē, quæro, an præsumatur feudalis, vel allodialis. Respon. quòd
a in dubio quælibet res præsumitur allodialis, *a* & nō feudalis, hæc est vulgata regula, quam omnes Scribentes sequuntur tam legendo, quàm consulendo, vt dicit Bellon. consilio decimo, num. 9. Est enim feudum species seruitutis: quæ in dubio non præsumitur.

2 Sed quid si vasallus habet inuestituram de castro & pertinentijs, nunquid eo casu dominus habebit intentionem fundatam, ita quòd omnia bona, quæ vasallus
b reperitur possidere in territorio illius *b* castri, præsumātur feudalia, & vasallo incumbat onus probandi quod sint allodialia? Respond. quòd non, sed præsumūtur allodialia, nisi dominus probet ipsas res esse de pertinentijs. ita dicit Hostien. in cap. nimis, de iureiur. & est communis opin. vt ait Bello. in d. cons. 10. post num. 11. & ita in facti contingentia iudicauit consilium Neapolitanum, vt refert Afflict. decisi. 207. Et superioribus annis, dum similis quæstio verteretur in causa magni ponderis, fuit pronunciatum pro vasallo, non obstante quòd bona de quibus agebatur, essent sita intra confinia territorij descripta in inuestitura.

ADDITIONES.

a Præsumitur allodialis.] *Adde commune hoc esse, vt per venerand. colleg. Papiæ in voto causa Finari, sub num. 36. quod reperitur post tracta. D. Iac. Menochi de recupe. possess & dixi in mea collect. com. opin. verb. feudum numero 2. vbi etiam si agatur de Marchionatu, quādo Marchionatus potest haberi titulo donationis, seu allodiali. Ad illud etiam adde per Alexan. in cons. 179. in princ. libr. 1. & in cons. 15 vol. 5 Bald. in cap significauit, col. 1. de rescri. & per Dec. in consil. 588. sub num. 8. vbi per hoc fundamentum consuluit hæredem institutum mittendum esse in possessionē bonorum, ex quo allodialia præsumūtur, idem in cons 467. & seq. per Crau. cons. 112. nu. 14. Rolan cons. 82 uol. 2.*
o In territorio illius.] *Adde & ui. per Iac. in suis quæstio. feuda q. 78. bene uerum est, quod rem meam allodialem possum recognoscere in feudum, commu. per Rolan. consi. 2. num. 109.*

Q V AESTIO XIX.

S V M M A R I V M.

1 *Ex præstatione seruitiorum personalium per lōgum tempus, an præsumatur titulus uasallagij.*
2 *Et an ex eo, quod quis per decennium possedit aliquam rem uti feudalem præsumatur præcessisse feudalis concessio, uer. Sed pone.*

1 QVæro, aliquis seruiuit mihi, vt vasallus longo tempore, id est per decennium, præstando seruitia personalia: nunquid ex hoc præsumetur titulus vassallagij siue homagij. Respon. quod non, sed requiritur tem-
a pus triginta annorum. *a* ita tenet Bar. in l. solent, §. fi. nu. 9. ff. de off. procons. & in l. litibus. num. 3. C. de agric. & cens. lib. 11. Et est communis opin. vt dicit Balb. de præscrip. in 3. parte principali, in 10. q. primæ partis, nu. 34. & in 2. quartæ principalis q. 6. numer. 1. in fin. Est enim magni præiudicij, vt quis efficiatur vasallus alterius. ideo requiritur saltem cursus 30. annorum.
2 Sed pone, aliquis diuturno tempore, id est per decennium, possedit aliquam rem vt feudalem: nunquid præsumetur præcessisse solennis concessio feudalis? Resp. quòd sic: & ista est communis opin. vt dicit Balb. in d. decima quæst. primæ partis, post num. 35. versi. & ex ibi notatis, quem refert Paris. consil. 23. num. 3. lib. 4. Nam hoc quidem casu agitur de longè minori præiudicio, quàm in superiori, quatenus scilicet interest personā & res: merito etiam minoris temporis cursus sufficit ad inducendam præscriptionem.

ADDITIO.

a Triginta annor.] *Iste est text. in c.1.§. si quis per triginta, si de feu. defun. fuerit controuer. sed vide per Rol. in consil. 3. nu. 79. vbi declaratur. Et quòd contra præscriptionem 40. annorum restitutio in integrum concedatur, vide per Soc in consf. 66. vol. 4. & dixi alias.*

QVAESTIO XX.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus dicens pacta quæ dominus vult apponere in inuestitura, esse insolita, an teneatur illud probare.*
2 *Et an recognitio per impressionem, vel errorem facta, aliter quàm more solito, noceat posteris, versicu. Sed pone.*
3 *Pacta quando non sint seruanda.*

1 a QVæro, tu scis, quòd in reuocatione inuestituræ quandoque apponuntur pacta a insolita: Modò vasallus dicit, quod pacta quæ dominus apposuit, vel vult apponere in inuestitura, sunt insolita, vel econuerso: nunquid erit illi credendum? Respondeo quòd non, sed allegantis pacta esse insolita incumbit onus id probandi. ita volunt omnes Doct. vt dicit Iacob. in verbo, Qui quidem inuestiri, num. 65.

2 Sed pone, quòd per impressionem vel errorem sit facta recognitio feudi, aliter quàm more solito: nunquid b talis recognitio nocebit posteris? *b* Respon. quod non: ita eleganter dicit Bald. in c. 1. §. fin. post num. 2. de feudo guar. quem cæteri Doctores sequūtur, vt ait Iacob. in d. verbo, Qui quidem inuestiri, nu. 70. in fi. Et in verbo, Dictique vasalli, numer. 13. dicit quòd illud dictum Bald. sequuntur omnes posteriores: & ibidem num. 21. dicit, quòd omnes sequuntur. Sit tamen cautus vasallus, vt semper accipiat renouationem iuxta formā primæ inuestituræ: quia si illa deperderetur, posset illa renouatio maximum præiudicium afferre suis descendētibus. Præterea intellige hanc conclusionem vt procedat in feudo antiquo ex pacto & prouidentia, in quo vasallus non potest præiudicare vocatis ex tenore inuestituræ. sed si esset feudum, de quo vasallus posset liberè disponere, vtique talis recognitio posteris obesset.

ADDITIONES.

a Pacta.] *Hic nota vnum not. verbū in materia pactor.* 3 *videlicet, quod pacta † non sunt seruanda, vbi insurgit necessitas, quod periculum verteretur publicum propter obseruantiam pacti, per Bal. cons. 240. volum. 4. &* Rolan. *cons. 1. num. 172. vol. 2.*

b Posteris.] *Itē quod recognitio feudi facta de bonis contentis in prima & secunda inuestitura, quæ continent liberam donationem, non faciat præiudicium posteris, quibus ex ipsis inuestituris erat ius acquisitum per Decium cons. 498. col. 5. & refert & sequitur* Rolan. *consilio 2. numero 107. Giachar I.V.C.*

QVAESTIO XXI.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus tenetur dominum adiuuare, & defendere contra omnes. fallit num. 6.*
2 *Et quid si sit inhabilis ad pugnam, versiculo. Item quæro.*
3 *An tenetur præferre salutem domini propriæ saluti, ver. Sed quæro.*
4 *An teneatur illum adiuuare contra proprium patrem, fratrem, vel filium, ver. Sed nunquid.*
5 *An contra seipsum, ver. Sed an tenebitur.*
7 *Vasalli non tenentur obedire domino excommunicato.*

1 a TV scis, quòd vasallus tenetur dominum adiuuare & defendere cōtra omnes, *a* de quo habes tex. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. Quæro, nunquid teneatur vasallus id facere suis proprijs sumptibus. Respon. quòd sic, nisi tamen de proprio impotens esset. ita communiter concluditur, vt dicit Alexand. in l. recusare. §. si quis alio, num. 10. ff. ad Trebellian. Nam regulariter qui est obligatus ad aliquid faciendum, tenetur id facere suis sumptibus.

2 Item quæro, an vasallus inhabilis ad pugnandum, puta, quia habet brachia abscissa, teneatur adiuuare dominum, & si aufugerit ex prælio sit feudo priuandus. Respond. quòd non: ita tenet glos. in d. c. 1. in gl. 1. quib. mod. feud. amitt. quam dicit esse communiter approbatam Iacob. in verbo, Et promiserunt, post num. 18. vers. quartus est casus. Et illam sequi communiter doctores attestatur Curtius iunior de feud. in 4. parte, in prima causa amissionis feudi, ver. 6. circa prædicta, quam refert Ioan. Iacob. de Leon. inter cons. feud. Bruni consil. 117. num. 190. Nemini est imputandum, quòd non faciat id, quod facere non potest.

3 Sed quæro, nunquid debet vasallus, vt adiuuet dominum, præponere salutem ipsius domini saluti suæ propriæ. Respondeo quòd non. ita tenet glos. in dict. cap. 1. in gl. 1. in fin. Et licet gloss. in l. 1. §. eodem autem tecto. ff. ad Sillan. per illum text. qui loquitur de seruis, arguat contra vasallos, vt teneantur salutem dominorum propriæ saluti anteponere, tamen illa gloss. est communiter reprobata, vt dicit Paris Puteus de duello, libr. 5. q. 12. post nu. 2. Et hanc opin. dicit esse communem Episcopus Loazes in allegation. pro Marchione Velez, folio 174. num. 35. Nihil enim cuique vita sua carius esse debet, si loquamur secundum carnem, licet secundum spiritum aliud sit.

4 Sed nunquid tenebitur vasallus adiuuare dominum etiam contra proprium patrem, vel filium, vel fratrem ipsius vasalli? Respondeo quòd sic: & de hoc est text. expressus in §. fin. in titulo, hic finitur lex, & est communis opin. vt ait Zas. de feud. in 7. part. cap. 4. numero 10. quem refert Iō. Iacob. de Leon. in d. consilio 117. num. 9.

5 Sed an tenebitur illum adiuuare etiam contra seipsum? Respond. quòd non: ita tenet glo. in d. §. fi. quæ est communiter approbata, vt dicit Iacob. in d. verbo, Et promiserunt eidem, post num. 13. Semper enim prima charitas incipit à seipso.

ADDITIO.

a Contra omnes.] *Hic insurgit pulcherrima quæstio. Va-* 6 *sallus † promisit domino suo dare vnum militem tempore guerræ, modo contingit oriri guerram inter dominum & vasallum, an teneatur præstare militem? quod non, vide per Iacob. in suis quæstio. feudal. quæst. 21. num. ero 29. post Bald. in l. prima, ff. de rerum diui. quia haud videtur promisisse contra semet. idem dic de eo qui promisisset domino suo dare castrum fulcitum & munitum tēpore guerræ, & orta esset guerra inter ipsum dominum & va-*

*& vasallum, quia non videtur promisisse cōtra se ipsum,
nec contra suos, quorum iniuriam posset propulsare, nec
contra propriam patriam, Ad. ibidem. Insurgit etiam
altera. Dominus † est excommunicatus, vtrum vasalli
(durante excommunicatione) teneantur parere ipsi do-
mino? quod non, decidit ipse Iacob. vbi supra. 10. quæst.
numero 20 per text. quem dicit valde not. in capitu. do-* 2
mino guerram, tit. hic finitur lex, & priuil. & consue.
Regni. *Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO XXII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit, eundo in auxilium domini liberare se
à solutione dimidij redditus.*
2 *Vasalli sunt magis subditi* Regi *quam Baroni.*

1 VLterius quæro, tu habes text. in cap. imperialem,
§. firmiter, de prohib. feudi alien. per Frider. quòd
2 vasallus tenetur ire, vel mittere cum domino *a* ad expe
ditionem bellicam, vel ipsi domino subministrare dimi
dium redditus vnius anni: Modò vasallus vult ire
personaliter ad præstandum auxilium domino: domi-
nus autem potius vellet habere dimidium redditus feu
di: cuius erit electio? Respondeo quòd spectabit vasal-
lo. ita dicunt communiter Doctores, vt ait Iac. in ver-
bo, Et promiserunt, num. 26. quidquid distinguendo di
xerit Iacob. de Beluis. in cap. 1. §. fin. de pace iura. firm. vt
ibi per eum.

ADDITIO.

a Cum domino.] *Hic nota vnum not. dictum, quod va-*
2 *salli Baronum † sunt subiecti* Regi, *intantum quod prin
cipaliter tenentur adiuuare regem etiam contra Baro-
nem dominum suum & non baronem contra* Regem. *sed
bene contra alium adiuuare Baronem, per Afflict. deci-
sio. 265. num. 107. sed nunquid si vasallus vult remitte-
re feudum potius, quàm seruire domino. an dominus te-
neatur recipere renuntiationem? quod non, quia feudum
est datum gratia vtriusque, habetur per Afflict. eadem
decis. 165. num. 53. Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an teneatur alere dominum egenum.*
2 *Princeps quando possit imponere collectas subditis.*

1 QVæro, nūquid vasallus teneatur alere *a* dominum
2 egenum. Respond. Bar. in l. alimenta, §. Imperato-
ris. nu. 2. ff. de lib. agnosc. videtur tenere quod sic, prout
etiam clarius tenuit in tract. suo alimentorum, nume-
ro 45. Contrariam autem opinio. quòd scilicet non te-
neatur eum alere, tenuit Iaco. Ardizo. in sum. quib. mo.
feu. amitt. sub rubric. cl. an vasal. tenea. dominum egen.
&c. Et hanc dicit esse communem Aluar. in cap. licet,
numero 6. si de feud. fue. controu. quem refert Episco-
pus Loazes in allegat. pro Marchione Velez, fol. 171.
numero 29. Quam tamen ego, si contingeret de facto,
in duobus casibus non sequeter in iudicando. Primus
est, quando dominus ex facto aut culpa ipsius vasalli
ad inopiam peruenisset, prout expresse sentiunt Docto
res in hac materia loquentes. Secundus, quando vasal-
lus superabundaret diuitijs, & maximæ si diuitiæ pro-
uenirent ex ipsa re feudali. Sed intellige, quòd ad id co-
gi potest, non autem quòd amittat feudum si non fe-
cerit.

ADDITIO.

a Teneatur alere.] *De communi dixi in collec. mea com.
opin. verb. vasallus. & vide sup. §. donatio. q. 21. ver. quid
ergo si donatarius &c. Et de obligationibus vasalli ad
dominum & è contra. vi. per Afflic. in decisi. 268. 297 &
in tit. quæ sint rega. Natt consil. 380. vbi de casib in qui-*
2 *bus † possit princeps imponere collectam subditis, seu ab
eis auxilium petere & exigere, vid. etiam per Bos. de bo.
pub atque tit. de regalijs. Item nunquid dominus debeat
suis vasallis indicere aliquam nouitatem, quod nō, quia
seruitia indebita præsumuntur per vim, & impressionem
extorta, ita per Bal. in c. 1. de quo per Iac. in suis q. feuda
li. q. vltima. Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an teneatur liberare dominum e carcere.*
2 *Et quid si sit iuste carceratus, ver. Sed quid.*

1 QVæro, an teneatur vasallus *a* dominum carceratum
2 è carcere liberare. Respond. quòd si est carcera-
tus pro debitis, non tenetur vasallus eum liberare, nisi
debita fuissent à domino contracta ex facto aut culpa
ipsius vasalli. & hanc doctrinam dicit esse communiter
receptam Zas. de feu. in septima parte, vers. si porrò do-
minus, quem refert Episcopus Loazes in allegatio. pro
Marchio. Velez, fol. 171. num. 29. Cæterum regula vi-
detur esse in contrarium, per text. in cap. 1. §. item si de-
lator, quæ fue. pri. causa benef. amit. quòd scilicet, si non
b pecuniam, saltem operam suam teneatur *b* vasallus exhi
bere, pro liberatione domini: alias priuatur feudo. Et.
licet text. in d. §. item si delator, secundum vnam lectu-
ram, solummodo dicat quòd non euitabit indignatio-
nem domini, tamen intellige quòd illa verba importāt
priuationem feudi. & ita sentit glo. magna ibi in primis
verbis: & ita etiam volunt ibi Doctores, vt dicit Iacob.
in verbo, Dictique vasalli, num. 37. in fin. Imò vulgata
lectura habet præcisè, quòd feudum perdit. Bene verū
est, quòd Moderni in consuc. Paris. feud. §. 30. nu. 146.
in fi. dicunt quòd non obseruatur, quòd ad hoc cogi pos
sit, nec quòd amittat feudum, si non fecerit. Sed ego nū
quam vidi contrarium seruari: & si casus contingeret,
nescio quomodo posset vasallus defendi contra expres-
sam dispositionem illius tex.
2 Sed quid si dominus sit iuste carceratus, nunquid te-
nebitur vasallus curare eius liberationem? Respondeo
quod non: & ita limitatur dispositio dict. §. item si dela-
tor, secundum And. de Iser. ibi, versic. vel si cognoue-
rit: quem cæteri Doct. sequuntur, vt dicit Iac. in verbo,
dictique vasalli, nu. 37. Qui enim iniustè deliquit, iustè
plectitur.

ADDITIONES.

a An teneatur vasallus.] *Hic vnum no. verbum tene mē-
ti, quòd vasallo non sufficit abstinere à malo, nisi faciat
bonum pro domino, ut per Afflict. decisi. 165. num. 45. et
decisi. 307. num. 4.*
b Teneatur.] *Adde quòd tenetur vasallus opi. & sermo
ne tractare dominum vt dominum per Afflict. d. deciso.
565. num. 104. & in quibus teneatur adiuuare dominum.
vide ibi. num. 54. quando non teneatur* Roland. *consil. 5.
num. 34. col. 3. Giacbar I.V.C.*

QVAE-

QVAESTIO XXV.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit dominum in ius vocare sine venia.*
2 *Et an possit cōtra eum intentare interdictum, Vnde vi. uersicu. Item quæro, Remissiue.*

1 TV scis quòd vasallus tenetur domino reuerentiā exhibere: Quæro nunquid possit vasallus dominum in ius vocare sine venia. Videtur quòd non exemplo liberti. Regulariter enim valet argumentum de liberto ad vasallum, & econtra, vt tenent communiter Doctores, secundum Modern. in consuetu. Parif. feud.
a §. 1. gl. 4. post nu. 36. Sed tu dic contrariū *a*, scilicet quòd imò potest illum sine uenia in ius uocare. Nam in con
b suetudinibus feudorum, non est locus his ambagib. *b* Ita tenuit gl. in c. 1. in uerbo Reuerentia, de mil. uasal. qui contumax est. Et est communis opin. ut attestatur Alex. in l. generaliter, num. 7. ff. de in ius uocand. Et ita semper uidi seruari.
2 Item quæro, pone quod dominus spoliauerit uasallū feudo de facto, uel aliter uim ei intulerit: nunquid poterit uasallus contra eum intentare interdictum. Vnde ui? Dixi infra lib. 7. §. actio.

ADDITIONES.

a Contrarium.] *Adde & vide de ista communi, per Roland. in consi. 18. num. 10. vol 2. & dixi in collecta mea commun. opi. in uerbo Vasallus sub num. 13. Adde & per Cephal. qui dicit hanc ueriorem & crebriorem sententiam in consi. 241. nu. 111.*

b Ambagibus.] *Limita ut per Roland. consil. 18. nu. 15. & dixi ubi sup. Et quid de uasallo uenia nō petita uocante matrem domini sui in ius, uide per Rolan. consil. 17. n. 7. cum multi seq & nu 30. 34. lib. 2. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Duplicem esse inuestituram propriam, & abusiuam.*
2 *Et an dominus qui inuestiuit per inuestituram abusiuam, teneatur etiam tradere præcise possessionem rei feudalis, uers. Quæro nunc.*
3 *Et quid si tantummodo feudum promiserit, uersic. Sed pone.*
4 *Et quid si uasallus ab ea ceciderit, uer. Sed quæro.*

1 DEbes scire, quòd duplex est inuestitura: Aliqua est inuestitura propria, realis, & corporalis, quando scilicet dominus inducit aliquem corporaliter in possessionem alicuius rei, & eam illi dat in feudum, & per hanc inuestituram plene transfertur in uasallū dominium, & possessio rei feudalis: ita uolunt omnes Scribentes, ut dicit Iacob. de feud. in uerbo inuestiui talem, nu. 1. Alia uero est inuestitura quæ uocatur abusiua, quando scilicet dominus inuestiuit aliquem per traditionem annuli, uel ensis: & per hanc non transfertur possessio feudi in uasallum, sed censetur illi data licentia, ut eam apprehendat propria auctoritate. ita uo-
a lunt omnes Scribentes, ut dicit Iaco. *a* in d. uerbo Inuestiui talem, nu 3.
2 Quæro nunc, Dominus inuestiuit aliquem de feudo per inuestituram abusiuam: nunquid tenebitur etiā præcise illi tradere possessionem rei feudalis? Respon. quòd sic. c. 1. §. si facta, si de feudo defun. fuer. contro. nisi tamen dominus post factam huiusmodi inuestitu-
b ram abusiuam, *b* inuestiuisset alium de feudo, & tradidisset illi actualem possessionem. Nam eo casu iste secundus præfertur, & dominus præstando interesse illi primo, liberatur. ita dixit glo. in d. §. si facta, quam dicit esse communiter approbatam Iacob. in d. verbo Inuestiui talem, num. 4.
3 Sed pone, Dominus solummodo promisit feudum, non tamen fecit aliquam inuestituram: nunquid tenebitur præcise tradere possessionem ipsius feudi? Resp. quod non, sed tantum erit obligatus ad interesse. Ita eleganter dixit Andr. de Isern. in d. §. si facta: quem cæteri Scribentes sequuntur, vt dicit Iacob. in d. verbo Inuestiui talem, nu. 8.
4 Sed quæro, pone, Dominus inuestiuit vasallum per inuestituram abusiuam: deinde tradidit ei possessionem feudi: Modo contingit quod vasallus ex interuallo cecidit a possessione ipsius feudi, & quod possessio reuersa est ad dominum: nunquid tenebitur dominus illam iterum tradere ipsi inuestito? Respon. quod sic: ita tenet Bald. in d. §. si facta, nu. 4. & ita determinant
c omnes, vt dicit Iaco. *c* in d. verbo Inuestiui talem, nu. 6. Ad duo enim tenetur dominus vasallo, scilicet ad tradendum, & ad præstandum patientiam, exemplo eius qui debet seruitutem.

ADDITIONES.

a Vt dicit Iac.] *Vide omnino per eum, quia declarat & sub num 4 limitat. primo per talem inuestituram dominum cogi posse præcise tradere possessionem secunda, nisi deinde alium inuestiat, & illi tradat possessionem, nam secundus erit potior, & dominus tenetur primo ad interesse.*

b Nisi tamen dominus post factam huiusmodi inuestituram abusiuam.] *Item quod prior inuestitura præualeat secundæ, vide per Rim. in cons. 396. nu. 37. vbi commemorat exemplum de donatione facta a Papa Vrbano Bald. de Castro in comitatu Engubii qui postea illud alteri donauit; & Bal. nunquā potuit illius castri possessionē obtinere. tametsi lōgo tēpore litigauerit in curia Romana, vide tamē aliud cons. eiusd. Rim. nu 434 vbi ex duab. inuestituris factis in bonis emphyt. tenet præualere secundo factā ab eo. pral. Et quādo cognati præferēdi sint agnatis in inuestitura recipienda, vide per eod. Rim. cons. 461.*

c Iac.] *Qui limitat nisi domino superuenisset aliqua exceptio exclusiua, puta præscriptionis. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus feudi an teneatur defendere vasallum sicut vasallus dominum.*
2 *Et an etiam contra patrem, filium, vel fratrem ipsius domini, ver. Sed nunquid.*

1 QVæro, nunquid dominus feudi teneatur defendere vasallum, sicut vasallus dominum, vt dixi
a supra q. 21. Resp. quod sic. *a* Ita vult glo. in c. 1. §. fin. in verbo, Fratrem. hic finitur lex: quam dicit esse communiter approbatam Dec. cons. 468. nu. 4. Et dicit Aluarot. in d. §. fi. n. 5. quod illa gl. communiter per omnes Scribentes tenetur. Item dicit Ioa. Iac. de Leon. inter consilia feuda. Brun. cons. 117. nu. 152.
2 Sed nunquid tenebitur illum adiuuare, etiam cōtra patrem, filium, vel fratrem ipsius domini? Respond. quod sic: & ita concludit glos. superius allegata, in verbo, fratrem. quam dicit esse communiter approbatā Iacob. de feudis, in verbo. Et promiserunt, num. 15. Cum enim hoc sit statutum in vasallo erga dominum, vt di-

xi in supra allegata quæstio.21.idem etiam dicendum est in domino erga vasallum, tenetur enim dominus reddere pares vices vasallo: quæ tamen regula non est absolute vera; neque ab ea forte esset arguendum, nisi in casibus a iure feudorum expressis.

ADDITIONES.

a Quod sic.] *Intellige si habet guerram iustam, & tunc tenetur ipsum vasallum adiuuare etiam contra patrem, fratrem, vel filium ipsius domini, vt per authorem post Iacob. allegatum.*

b Vasallo.] *Iste est tex. in cap. 1. §. dominus quoque, de form. fide. & in c. domino committente si de feu. defunc. fuer. controuer. Alias priuaretur proprietate, & consolidaretur cum vsufructu. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit alienare vasallos inuitos in alium.*
2 *Et quid si eos alienet cum toto territorio, ver. Scias tamen.*
3 *Et an si eos alienet contra iuris dispositionem priuetur eorum proprietate, vers. Sed quæro.*
4 *Dominus an possit inuito vasallo pignori obligare directum dominium feudi. vers. Item quæro.*

1 QVæro, an dominus possit alienare vasallos suos
2 inuitos *a* & cõtradicentes in alium, & ipsos cogere, vt tali alienationi consentiant. Hæc quæstio sæpe contingit in practica. Et habes gl. notab. quæ semper ad hoc solet allegari in l. inuitus, in gl. 1. ff. de fideicõmiss. liber. dicentem quod dominus non potest in alium alienare ius vasalli vel feudi inuito ipso vasallo. Et illa glo. est communiter approbata, vt dicit Episcopus Loazes in suis allega. pro Marchion. Velez, in 1. dubitatione in 4. fundamẽto partis aduersæ. Et dicit Curt. iun. de feu. in 6. parte principali, in 2. quæst. quod ista est commu-
b nis *b* conclusio. Idem dicit Gratus cons. 147. nu. 5. & seq. lib. 2. Et pro hac conclusione videtur text. expressus in cap. 1. §. ex ead. lege, de lege Conradi.

2 Scias tamen, quod conclusio d. gl. intelligenda est, vt procedat, quando dominus vellet separatim ipsos subditos ad alium transferre: sed si concederet feudum vna cum toto territorio, & vniuersitate, scilicet cum aliis castris, vtique posset etiam ipsis inuitis hoc facere. ita dixit gl. in d. §. ex eadem lege, in verbo, totum: & hanc dicit esse communem conclusionem Paris. cons. 23. nu. 103. lib. 1. Et dicunt Moder. in consuet. Paris. feudal. §. 1. gl. 3. nu. 25. quod ita tenent omnes Doctores: subdentes quod hæc opi. vsu approbatur. Multa enim transeũt cum vniuersitate, quæ separatim transferri nõ possunt.

3 Sed quæro, an dominus alienãs subditos suos contra iuris dispositionẽ debeat priuari proprietate ipsius feudi, prout, etiam vasallus alienans feudum contra iuris dispositionem, cadit a feudo, vt dixi infra, quæst. 31. Respond. Bald. in cap. 2. num. 1. quo temp. miles, tenet quod non. Contrariam autem opi. quod imo debeat feudo priuari, tenet Aluarot. in d. c. 2. & hanc dicit esse veram, & magis communem opinio. Curt. iun. consil. 174. post nu. 34. A pari enim iudicantur dominus, & vasallus, vt dixi supra, quæstio. 27. vers. sed nũquid. Sed hæc de facto male per dominos obseruantur.

4 Item quæro, nunquid possit dominus inuito vasallo pignori obligare directum dominium: & iurisdictionem feudi. Resp. quod sic. Et hanc sententiam dicit esse communẽ Ripa in l. obligatione, nu. 4. de pignoribus & hoc est vnum, in quo differt dominus à vasallo: nã vasallus non potest pignorare vtile dominium feudi sine domini consensu, vt dixi infra q. 35. Dominus autem inuito vasallo potest suum directum dominium pignorare.

ADDITIONES.

a Inuitos.] *Ad idem quod dominus haud possit vasallos suos inuitos vendere duriori domino, sed quod possint ipsi se opponere, & contradicere, maxime quando retineret vnam partem. & aliam alienaret, quia interest ipsorum subditorum non habere tot dominos, vi. notab. per Iac. in suis q. 19. ita quod dominus inuitis hominibus castri, vel ciuitatis, alicui ciuitatem vel castrum subijcere non possit, vi. per Dec. cons. 564. nu. 9. cum seq. Ias. in l. debitor, nu. 7. C. de pac.*

b Est communis conclusio.] *De ista communi vi. per Duen. reg. 215. quia ponit quatuor ampliationes, & vnã limitationem, & dixi etiam in mea colle. com. opi. verb. dominus, nu. 22. Item quod dominus vasallis inuitis haud possit alienare feudum, vi. per Affli. in decis. 265. nu. 69. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit subditis suis collectas imponere.*
2 *Et quid ex consuetudine, vel pacto, ver. Bene verũ est.*

1 QVæro, nunquid dominus possit subditis suis ta-
2 leas, siue collectas imponere. *a* Resp. quod Barones, & alij domini inferiores, qui superiorem recognoscunt, non possunt subditis suis taleas, vel collectas imponere, etiam quòd habeant merum imperium, & omnimodam iurisdictionem. ita tenet Salyc. in l. 3. post nume. 3. vers. & ex his, C. vectig. noua institui non posse. & ita communiter concluditur, vt dicit Paris. consi. 25. nu. 2. lib. 1. Nam huiusmodi onerum impositio est de regalibus, & sic est reseruata supremo Principi in signum superioritatis.

2 Bene verum est, quòd ex consuetudine, pacto, vel conuentione, possent (secundum aliquos) subditi per dominũ collectari in quatuor casibus, scilicet pro militia domini, pro filiabus maritãdis, pro transmarino voto, & pro ipsius domini ab hostibus capti redemptione. Et ita se habere communem opi. attestatur Boer. decis. 126. nu. 1. & seq. vbi latè. Quinimò Hostien. in summa, de immunit. Eccles. §. 1 paulò post principium, tenet quòd subditi tenentur domino seruire, & ab eo possunt collectari in sex casibus: Primò, pro exercitu Imperatoris: Secundò, pro corteria, quando scilicet Imperator facit transitum per illum locum: Tertiò, pro filia maritanda: Quartò, pro militia pro se, vel filio suo: Quintò, pro captiuitate ipsius domini: Sextò, pro terra quam ipse Comes, vel Baro vult acquirere. & dicit quòd generalis consuetudo quasi vbique ita seruat. Et Hostien. refert Iacob. de feud. in verbo, Qui quidem inuestiri, nu. 75. vbi nu. 78. sequitur eius opi. in vno casu tantum, scilicet pro filia domini maritanda: & dicit quòd in hoc casu ita se habet generalis consuetudo. Sed quicquid dicant Hostien. & Iacob. ego hoc non puto esse verum. Ideo tene indistinctè communem opin. quòd nullo casu potest dominus inferior subditis suis collectam imponere, nisi hoc habeat ex pacto, vel consuetudine illius loci in specie. Et ita in indiuiduo, quod non possit vasallus pro dote filiæ suæ, quam maritare intendit, grauare subditos suos, tenuit Bald. in cap. 1. §. similiter, nume. 1. de cap. Conradi. Et hanc dicit esse veriorem, & magis communem opi. Brun. cons. feud. 32. num. 7. vbi multas auctoritates allegat:

allegat:& est valde rationi consentaneum. Nam si neque mater filiam, neque frater sororem regulariter dotare tenentur, multo minus debet cogi vasallus ad dotandum filiam domini sui. Et si casus contingeret, ita iudicarem, nisi appareret de speciali consuetudine in contrarium, vt supra dixi.

ADDITIO.

a Imponere.] *Hic cadit pulcherrima quaest. Nunquid dominus debeat suis Vasallis indicere aliquam nouitatem, quod non concludit Iacobi. de S. Geor. in suis q. feud q 40. quia noua seruitia indebita praesumuntur per vim & impressionem extorta per ea quae tradit Bar. ibi allegatus, & dicit se ita respondisse cuidam magno domino cū consulenti super ista materia. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XXX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit cogere subditos suos ad molendum in suis molendinis.*
2 *Praescriptio non cadit in his quae sunt facultatis.*

1 QVaero, nunquid dominus possit cogere subditos a
2 ad molendum in suis molendinis. Respon. quod non:& ista est vera, & communis opin. vt ait Boer. decis. 125. circa fin, quem refert Crauetta de antiq. temp. in quarta parte, §. circa praemissa, post nu. 5. vbi late. Bene verum est, quod si dominus haberet ius molendinorū ex consuetudine, vel priuilegio, credo quod alia molendina in eo loco construi non possent, & consequenter quod posset dominus cogere subditos ad molendum in suis molendinis. Et superioribus annis cum quidam feudatarius haberet in suo castro ius & datium hospitij, & alius priuatus vellet in eo loco aliud hospitium erigere, forte ad aemulationem illius domini, fuit iudicatum quod liceret domino eum prohibere ab huiusmodi erectione hospitij.

ADDITIO.

a Cogere subditos.] *Item quod molendinum vel furnū habens in loco non possit astringere homines d loci, licet longissimo tempore fuerint ad molendum in molendinis,*
2 *vel coquendum in furnis quia in ijs quae sunt facultatis non cadit praescriptio, communem vide per Ias in l. quominus q. 25 ff. de fiumi. & habetur plene per Rol. in cons. 23 & 30. vol 2 & plenius dixi in collec. mea comm. opi. in verb. molendinum. nu. 2. vbi etiam posui limitatio. tres videlicet primo nisi talis ordinatio respiceret publicam vtilitatem puta quia molendina sunt fiscalia, vel furni fiscales, & in redditus seruirent publicis necessitatibus, quia hoc casu valet ordinatio. Secunda limi. est vbi dominus prohibuisset, & longissimo tempore per seruasset prohibitio, in coquendo vel molendo &c. Tertia est nisi ex priuilegio, vel consuetudine acquisitu esset vt nemini liceret alibi coquere panē vel molere &c. & esset inductum hoc. Giacbur I. V. C.*

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non potest alienare feudum sine consensu domini & si alienet, cadit a feudo.*
2 *Et quid si alienatio erat ex alio capite nulla, versic. Sed quaero*
3 *Et quid si non sit secuta traditio rei feudalis, versic. Sed nunquid.*
4 *Et quid si apposita sit clausula constituti, ver. Sed quid si non.*
5 *Quid si vasallus protestetur se alienare saluo, & reseruato consensu domini vers. Item quaero.*
6 *Quid si vasallus post alienationem recuperet feudum, ver. Sed quid si vasallus.*
7 *Et quid si alienet solummodo vnam partem feudi an cadat a toto. ver. Sed pone.*
8 *Quid si feudum sit acquisitum pro se, & quibus dederit ver. Vlterius quaero.*
9 *An possit vasallus alienare commoditates feudi, versic. Successiue quaero.*
10 *Et an si vasallus vēdat omnia bona quae habet in tali loco censeatur alienasse etiam feuda, quae ibi possidet, ver. In proposito.*
11 *Et quid si vasallus sit in magna necessitate constitutus, vers. Pone vasallus.*
12 *Et an valeat consuetudo quod vasalli possint alienare feudum sine consensu dominorum. vers. Quaero nunc.*
13 *Et quid si vasallus alienet feudum, domino sciente, & tacente, an id sufficiat pro consensu, versic. Praeterea quaero.*
14 *Ius priuandi vassallum feudo non transit ad heredes.*
15 *Vasallus ob quas causas priuatur feudo.*
16 *Vasallus quando prohibeatur alienare feudum etiam in casibus a iure permissis.*
17 *Vasallus quando possit testari de feudo.*
18 *Dominus quando teneatur consentire vasallo volenti alienare feudum.*
19 *Feudum quando sit alienabile.*
20 *Feudum potest alienari in immediate successurū absque consensu domini.*

1 VVlgaris est conclusio in materia feudorum, quod
2 vasallus nō potest feudum ipsum alienare a sine consensu domini, de qua est text. expressus in c. Imperialē, de prohib. alie. feudi per Fri. & si alienauit alienatio
b ipsa nihil valet, ipse autē alienās priuat feudo, b vt ibi.
2 Sed quaero, quid si contractus ipse alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus, & inualidus, nunquid habebit locū etiā hoc casu paena priuationis? Resp. quod nō:& est cōmunis sententia, vt dicunt Moderni in cōsuet. Paris. feud. §. 21. nu. 32. Nā ex actu nullo, ex quo domino praeiudicium non infertur, non debet vasallus poenam pati. & haec opinio mihi placet, quando non esset secuta actualis traditio rei feudalis, sed solummodo ficta traditio, puta per constitutum. Nam quando contractus est nullus, etiam constitutum in ipso contractu appositum est nullum. Sed si esset secuta actualis & vera traditio, non crederem vasallum hoc casu debere excusari a priuatione. Nā Doctores in hac materia loquētes cōsiderāt praeiudiciū domini, potius in traditione ipsius rei feudalis, quā in alienatione, vt statim dicā.
3 Sed nunquid ad hoc vt vasallus alienans feudo priuetur, requiritur vltra alienationem, quod etiam subsecuta sit traditio ipsius rei feudalis? Respond. quod sic: alias autem, non facta traditione, non cadit feudo. ita tenet And. de Iser. in d. c. imperialem, §. callidis, versic. poena in istis. Nam qui alienat, & tradit, facit quicquid potest, vt feudum in alium transferrat, ideo poenam meretur, tanquā de actu prorsus consummato: secus autē qui alienat, & non tradit. Faciunt quae dixi supra hoc eod. lib. §. emphyteusis, quaest. 13. vers. sed nunquid.
4 Sed quid si non interueniat vltra alienationem, vera & actualis traditio rei feudalis, sed tantummodo ficta, puta per clausulam constituti, vel precarij? Resp. quod talis traditio ficta sufficit ad hoc, vt ipse alienās priuetur feudo. Ita tenet Paul. de Cast. in l. 1. §. si rem, depositam, num. 2. ff. depositi:& haec est crebrior sententia, vt dicunt Mode. in consuetud. Paris. feud. §. 13.

glo.5.num.4. Tiraquel.de constituto in 37.limi.num.5.
& 6. Licet enim constitutum sit fictus modus transfe-
rendæ possessionis, tamen per ipsum constitutum trans
fertur vera possessio. Nihilominus, quidquid sit de rigo
re iuris, mihi de æquitate magis placeret alia opin. vt
scilicet requiratur vera & actualis traditio. Nam qui fi-
ctè tradit, vere dici non potest fecisse quidquid potuit.
5 Item quæro, quid si vasallus in alienatione feudi
protestetur, se alienare saluo & reseruato consensu do-
c mini, c vel saluo iure d directi domini j: nunquid talis pro
d testatio illum excusabit, vt nō cadat à feudo? Respond.
quòd talis protestatio eum non releuat si post talem aliē
nationem secuta sit traditio. ita dixit notabiliter Bald. in
l. vnica, nu. 56. C. de ijs quæ pœnæ nom. Et hæc conclu
sio communiter tenetur, vt dicit Iasi. in l. non solum, §.
morte. num. 27. ff. de oper. no. nunc ia. Et eam dicit esse
communem Dec. consi. 44. nu. 4. Videtur enim hoc ca-
su factum contrarium protestationi, quod magis atten-
ditur, quàm ipsa protestatio.
Bene verum est, quod si protestetur se alienare saluo
e consensu domini, & nō aliter, nec alio modo, e talis pro
testatio verbis ita geminatis concepta, releuat ita quòd
vasallus feudum non perdit, etiamsi secuta fuerit tradi-
tio. ita singulariter dixit Bald. in c. 1. § fin. post num. 5.
vers. sed pone, quæ fuc. prima causa benefi. amit. quem
sequuntur cōmuniter Cano. vt dicit Ripa lib. 3. respon-
sorum, c. 1. nume. 3. Quia illa verba, Et non aliter, nec
alio modo, sunt prorsus resolutiua ipsius alienationis,
adeo vt non accedente consensu domini, non posit di-
ci vasallus feudum ipsum alienare voluisse, Vide quæ
dixi in d. quæstio. 13. versicu. item quæro.
6 Sed quid si vasallus post alienationem recuperet feu
dum: nunquid propterea euitabit pœnam priuationis?
Respond. quòd non. ita tenet Bart. in l. sequitur, § item
Labeo, in fi. ff. de vsucap. & ita communiter concludi-
tur, vt dicit Alexan. in l. si à me, nu. 3. ff. ad leg. Falcid. &
dicit Bertran. consil. 2. num. 6. lib. 2. in 2. parte, quòd ita
intelligunt communiter Doctores. & hanc conclusio-
nem dicit esse communem Cur. Iun. de feud. in 4. par.
principali, in vltima causa amissionis feudi in prima re-
gula, quæst. 15. Cū enim vasallus propter alienationem
cadat ipso iure à feudo, statim facta alienatione, & secu
ta traditione, est ius domino quæsitum, quod deinde si-
ne facto ipsius domini ab eo auelli non potest: dixi in
f d. quæst. 13. vers. sed quid si emphy teuta. f
7 Sed pone, Vasallus habens feudum, alienauit sine
consensu domini solummodo, vnam partem feudi:
g Quæro, g an cadat à toto feudo, an autē solum ab ipsa
parte, quam alienauit. Respond. Bal. in c. 1. §. si vero nu.
1. qual. olim. feu. alie. po. tenuit quod totum amittat: Sed
contra Bald. tenent omnes Doct. vt dicunt Modern. in
cōsuetu. Paris. feu. §. 13. Glos. 5. nu. 7. gl. autem in c. 1. §.
callidis, in verbo Amittant, de prohib. feudi alie. per
Frider. tenuit quod cadit solum à parte alienata: & dicit
Corn. consi. 67. in litera K. lib. 2. quòd ita tenent cōmuni
ter Doctores. hanc etiam conclusionem dicit esse com-
munem Curt. Iun. in d. 4. parte in 1. dubitatione posita
post tres regulas amissionis feudi propter alienatio-
nem: Quod videtur satis rationabile, vt quis eatenus
puniatur tantum, quatenus delinquit. Et hanc in hoc
proposito communem rationem appellat Igneus in l. 3.
§. si quis tabulas, nu. 8. ad Syllan. Et hæc opin. est etiam
magis æqua, licet in puncto iuris fortè opinio Baldi ob-
tineret.
8 Vlterius quæro, quid si feudum esset acquisitum pro
h se, & quibus dederit, h nunquid poterit vasallus id sine
i consensu domini alienare? i Respond. quòd sic. est de
hoc tex. in c. 1. in princip. de feudo non hab. prop. na.
feu. & est communis conclusio vt dicit Cur. Iun. in d. 4.
parte in 2. regula, q. 5. Deci. consi. 193. post num. 5 vers.
non obstat fundamentum. Videtur enim dominus con-
cedendo feudum cum illa clausula, vsque à principio
præstitisse consensum cuique alienationi, quam de ipso
feudo faceret vasallus.
9 Succesiue quæro, nunquid possit vasallus alienare
commoditates ipsius feudi. Resp. quòd sic. ita dicit Bal.
in c. 1. §. aut si libellario, nume. 3. in fin. quib. mo. feu.
amit. & est communis opi. vt attestatur Rui. consi. 176.
nu. 13. li. 1. Quod tamen intellige, vt talis alienatio va-
leat durante tantum vita ipsius alienantis, non autem
in præiudicium eius qui est successurus in feudo. & ita
sentire videntur ferè omnes Doctores de hac materia
loquentes.
10 In proposito huius materiæ quæro, si vasallus alie-
nauit generaliter omnia bona, quæ habet in tali loco,
nunquid in huiusmodi generali alienatione veniant
etiam bona feudalia. Respond. quod non: text. est in
c. 1. de capit. qui curiam vend. & ita dicunt commu-
niter Doct. vt ait Cur. Iun. de feud. in d. 4. parte, in
vltima causa priuationis feudi, in 3. regula, col. 6. vers.
restat etiam. Ex quo enim vasallus alienando bona
feudalia, incideret in pœnam, succedit iuris conclu-
sio vulgata, quòd nemo censetur facere actum, pro-
pter quem incurreret in pœnam. Aduerte tamen, si ca-
sus de facto contingeret, quia aliud esset quærere, an
bona feudalia veniant in huiusmodi generali aliena-
tione. quantum ad hoc, vasallus caderet in pœnam;
aliud autem esset quærere, an veniant quantum ad
hoc, ne emptor remaneret deceptus, quia scilicet pu-
tasset se etiam illa acquirere, ignorans ea esse feudalia:
hoc enim casu considerata qualitate pretij, & valore
bonorum deberet iudex cogere venditorem ad restitu-
tionem pretij, quod verisimiliter emptor credebat ero-
gare in acquisitionem illorum bonorum, quæ reperta
sunt esse feudalia: ne quis cum aliena iactura locuple-
tetur.
11 Pone, Vasallus reperitur in magna aliqua neces-
K sitate K constitutus: Quæro, nunquid poterit eo casu
feudum alienare sine domini consensu, propter illam
magnam necessitatem, præsertim si esset fame oppres-
sus? Respon. quòd non: ita tenet Bald. in c. 1. nume. 2.
qualiter olim feud. pote. alien. & est communis con-
clusio, vt dicit Curt. Iun. de feud. in 4. parte princi. in
vltima causa amissionis feudi in prima regula quæst.
16. Quæ licet prima facie videatur nimis rigorosa, ta-
men esset seruanda. Cum enim supremum dominium
rei feudalis sit apud dominum, non debet licere ali-
quo casu vasallo de ipsa re feudali disponere sine
eius consensu. Bene credo, quod si eo casu, quo sci-
licet vasallus fame periret, dominus ab eo requisi-
tus nollet, vel ipse acquirere vtile dominium, vel
eius alienationi consentire, posset per superiorem ad id
cogi.
12 Quæro nunc, an valeat consuetudo, quod vasalli
possint alienare feuda sine consensu dominorum.
Respond. quod sic: ita dicit Ioan. Raynaud. in cam-
perialem. §. habito, col. 24. de prohib. feud. alien. per
Frid. Et hæc videtur esse magis communis sententia,
vt dicit Cut. Iun. consil. 158. nume. 8. Sicut etiam vi-
demus, quod in cæteris omnibus, quæ respiciunt feu-
da, consuetudo vincit legem, & ipsa pro lege habe-
tur.
13 Præterea quæro, dictum est quod vasallus non po-
test sine consensu domini feudum alienare: modo con-
tingit quòd vasallus alienat feudum, domino ipso scien
te, & tacente: nunquid hoc sufficiet pro consensu?
l Respon. quòd sic. l ita tenet gl. in c. 1. in verbo, Ipsorum
permissu, de prohib. alien. feud. per Lothar. quam se-
quuntur communiter Doctores, vt ait Hier. Schurf.
consi. 134. nu. 3. inter consilia feudalia Bruni, Aluarot.
in

in c. 1. §. præterea, num. 4. quib. mod. feu. amit. quem refert Iacob. in verbo. Et cum pacto de non alie, num. 20. Et dicit Dec. consi. 144. in primis verbis, quod illa glos. est communiter approbata. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Cur. Iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa priuationis feudi, in 2. regula principali, col. 1. Hanc eandem opin. tenuit glos. in d. §. Præterea, in verbo Regressum quam pariter dicit esse communiter approbatam Claud. in l. quæ dotis, num. 35. ff. soluto matrimonio. Nam vbicunque quis potest contradicendo actum impedire, præsentia cum taciturnitate operatur consensum, quam tamen ego intelligo vt procedat, quando dominus sciens per notabile tempus tacuit puta annum: alias secus.

ADDITIONES.

a Ipsum feudum alienare.] *An bona super quib. actum, alienatum permutatum, aut quouis alio modo cõtractum est à vasallo irrequisito domino cadant in pœnam caducitatis, item in quib. Emphyteuta seu vasallus domini consensũ requirere debeat & in quib. non, quæ quidem caducitas quibus verbis vitetur. Et quo casu nõ solum in proprio, sed in facto alieno ignorantia excuset, vt per Dec. consi. 160.*

b Priuatur feudo.] *Hic scias quod ius priuandi vasal-*
14 *lum † feudo non transit ad hæredes, commune vt per Osasc. decis. 77. nu. 11. & in collec. mea com. opi. in verbo.*
15 *ius nu. 33. Hic adde, quod feudo priuatur † vasallus ob causas, quib. pater potest exhæredare filium, & donator reuocare donationem, vt per Iacobi. eo. trac. in verbo, dictiq; vasalli, sub nu 41. & 47. & de obligationib. vasalli ad dominum, & econuerso dixi alias. Hic adde, quod quan-*
16 *do † vasallus facit pactum cum domino de non alienando, non poterit etiam alienare in casib. alias a iure permissis, commune per Rol. in consil. 81. num. 19. etiam dixi in collec. mea com. opi. verb. vasallus. nu. 14*

c Consensu domini.] *Item quod non valeat huiusmodi alienatio facta sub conditione haud purificata. vide plene atq; in terminis per Rol. cons. 93. vol. 4. vbi in facti contingentia respondit pro cathedra Senogali.*

d Saluo iure.] *dixi alias. Item de clausula, saluo iure domini, vt quam vim habeat per Duran. tit. 6. caut. 46. n. 2.*

e Et non aliter nec alio modo.] *Vid. sup. § emphyteusis, q. 13. sub apostilla signata litera C. limita. nisi vbi res alienata esse difficilis recuperationis, vt quia esset castrum munitum, alienatum, & traditum per Grammat. decis. 49. nu 4.*

f Sed quid si Emphyteuta.] *Vide quæ ibi dixi in apostil. Signata litera E. quod non.*

g Quarto.] *Adde & vt per Car. Paris. consi. 14 num. 11. Rol. omnino & Natt hic in cons 479. ille in cons. 57. vbi plene, & ad vtranque partem. & dixi in collec. mea com. op. in verb vasallus. sub nu. 6.*

h Et quib. dederis.] *Ad. quod vasallus cui est concessum †*
17 *feudum cum illa clausula, & quib. dederit, poterit de eo testari. commune per Roland. cons. 71. nu 6. vol. 2. & dixi in collec. mea com. opin. in verb. vasallus. n. 12.*

i Alienare.] *Vide omnino per Ias. in l. 2. & C. de iure emph. ... l. 2. & 3.*

K Magna necessitate.] *Item quod vasallus feudum alienans irrequisito domino; etiam si alienasset ob aliquam necessitatem, non valeat alienatio, cõmun. vide per Duen. sub regul. 40. in 14. ampliatione. & dixi in collec. mea.*
18 *ver. Vasallus. nu. 41. & non semper dominus † tenetur consentire vasallo feudum alienare volenti nisi in quatuor casibus, de quibus vide apud Afflic. in decisio. 265. nu 68.*

l Quod sic.] *Item feudum † quando sit alienabile, vide*
19 *Riminal. Iun. in cons. 55. item quod feudum † absque consensu domini possit alienari per vasallum proximiori im-*
mediate successuro, solidam & indubitatum esse conclusionẽ attestatur Rol. in consi. 74. n. 19. & consi 2. nu. 36. vol. 3. & dixi in collec. mea, Feudum, nu. 65. Gigchar.

QVAESTIO XXXII.

SVMMARIVM.

1 QVæro, nunquid possit vasallus sine domini consensu alium subinfeudare de feudo quod ipse habet. Respond. quod sic. ita tenet glo. in cap. quia ... ecclesiarum, in verbo Alienandi facultum, de constit. quam dicit esse communiter approbatam Gotzad. consi. 92. nu. 5. & est communis conclusio vt attestatur Curt. Iun. de feud. in q. 4. principali, in vltima causa priuationis feudi, in prima q. primæ regulæ. Et hoc veruslis, & nostris moribus receptum est, vt dicit Zas. de feud. in 9. parte, versicu. 2. fallit. Non tamen potui hactenus reperire apud Doctor. aliquam bonam rationem, cur stante generali prohibitione alienationis feudi, sit permissa subinfeudatio, cum tamen nulla videatur subesse causa specialitatis satis concludens.

2 Et hæc quidem conclusio de plano procedit in feudo sæculari: Sed quid in Ecclesiastico? Respond. Bald. in c. 1. §. præterea de ea. Conrad. loquendo per verbum forte, tenet quod non possit subinfeudari. Contrariam autem opi. quod imo possit subinfeudari, tenent Iac. de Beluis. in cap. 1. in prin. qui feudum dare poss. & hæc opin. est magis communis, vt dicit Soc. consil. 66. post nu. 3. Zasius de feud. in 4. parte, ver. 2. fallit. Licet enim ecclesia in multis sit priuilegiata, in hoc tamen non videtur posse allegari probabilis ratio diuersitatis inter Ecclesiam & priuatum: merito eodem iure censeri debet.

3 Sed quid si sit feudum decimarum, nunquid laicus canonice inuestitus ab Ecclesia de aliquibus decimis, poterit alium laicum de ipsis decimis subinfeudare? Resp. quod non, etiam si accederet auctoritas, & cõsensus episcopi. ita tenet Inno. in c. prohibemus de decimis & ita sentiunt communiter Doctores, vt ait Abbas in eodem cap. prohibemus, nume. 4. quem refert Iacob. in verbo In feudum, post nume. 40. Ratio autem differentiæ inter feuda decimarũ; & alia feuda ecclesiastica est, quia laici non possunt decimas retinere sine periculo animarum suarum: ideo Ecclesia omni studio conatur eas ex eorum manibus extirpare, quæ causa non militat in alijs feudis, quæ licite etiam à laicis retineri possunt. In contrarium tamen facere videntur ea quæ dixi supra q. 14. versicu. sed quæro.

4 Scias tamen, quod ad hoc vt huiusmodi subinfeudatio, quæ fit per primum vasallum, valeat, tria requiruntur: Primum, quod vasallus hoc faciat bona fide, & sine fraude: Secundum, quod ille cui subinfeudatur, sit eiusdem conditionis & qualitatis, cuius est ipse vasallus: Tertium, quod subinfeudet cum eisdem pactis & conuentionibus, cum quibus ipse tale feudum

tenebat. ita dicit glo. in d. c. 1. §. præterea, in glo. magna, circa fin. quæ in hoc est communiter approbata, vt atte statur Iacob. in verbo, & cum pacto de non alien. post num. 2. & in verbo, Ita etiam quòd ipsi, post num. 3. & dicunt Modern. in consuet. Paris. feud. §. 32. numer. 18. quòd omnes Doctores illam sequuntur.

5 Sed circa huiusmodi subinfeudationem est aduertendum, quia principaliter concernere potest & præiudicium domini, & etiam præiudicium agnatorum: puta si vasallus non habens filios inuestiat alium habentem filios: quo casu, cum per eius mortem esset aperiendum feudum domino, vel agnatis, iuxta qualitatem feudi, nulli dubium est quin talis subinfeudatio resultet in eorum omnium præiudicium: & ideo aliqui dicebant quòd feudum subinfeudatum non debet remanere penes secundum vasallum, & eius descendentes, plusquam remansisset penes primum vasallum, & eius descendẽtes: & hoc siue feudum esset aperiendum domino, siue agnatis. Alij dicebant quòd quatenus tractaretur de præiudicio domini, feudum debet remanere penes istum secundum vasallum, etiam post finitam lineam primi: secus autem quatenus concerneret præiudicium agnatorum. *d* & pro hac opi. videtur tex. expressus, quem ad hoc ponderat Curt. iun. in loco supra allegato in c. 1. §. 1. quali. olim. feud. pote. alien. vbi dicitur quòd quomodocunque primus vasallus esset feudo priuandus, non potest feudum adimi secundo vasallo, si sit paratus illud ab ipso domino recognoscere, & illi seruire. In practica tamen credo quòd non posset sustineri. Quãtum verò sit ad præiudicium agnatorum, omnes ferè conueniunt, quòd quando feudum est antiquum siue paternum, non durat apud secundum vasallum, nisi donec viuit vasallus, qui subinfeudauit, vel eius descendentes: eo autem mortuo, resoluitur subinfeudatio, venitque proximior agnatus ad feudum. Ita dicit Specul. de feu. §. quoniam, vers. 39. & est communis opin. vt dicit Alex. cons. 15. num. 9. lib. 5. quem refert Ruin. consi. 37. num. 18. lib. 1. & consil. 213. post num. 2. eod. vol. Cùm enim feudum illis agnatis debeatur ex pacto & prouidentia primi concedentis, meritò non potest vasallus aliquo modo eis præiudicare per huiusmodi subinfeudationem. & ita volunt communiter Doctores, vt dicit Berous q. 95. num. 5.

6 In proposito huius conclusionis quæro, Pone quòd iste secundus vasallus, cui feudum fuit subinfeudatum, velit illud alienare, nunquid requiratur consensus prioris & supremi domini, an autem consensus domini immediati, qui subinfeudauit. Respon. quòd requiritur consensus prioris & supremi domini, non autem consensus domini immediati. ita dicit glo. in c. imperialem, §. illud, in verbo, Nisi requisitus, de prohib. feu. alien. per Fride. & est magis comm. opin. vt attestatur Iacob. in verbo, Et cum pacto, de non alien. num. 21. & seq. Cagnol. in l. consilij, §. socij mei, num. 9. ff. de regul. iur. Zas. de feud. in 9. parte, versic. Sed occurrit. Nam apud primum vasallum, post factam subinfeudationem non remanet neque directum neque vtile dominium, sed solummodo quædam reliquiæ vtilis dominij, quæ tanquam modici momenti, non attenduntur, sed attẽditur prima & potior causa, quæ est dominium directum remanens apud primum dominum: Quod nota: quia cũ hæc quæstio semel contigisset de facto, aliqui, qui prædicta non viderant, responderunt contrarium.

ADDITIONES.

a Subinfeudare.] *Fallit si sit appositum pactum de non alienãdo, per* Cæphal. *cons. 197. n. 26. Item quòd vasallus possit irrequisito domino infeudare alium vasallũ de feudo, quod ipse habet atque recognosci à domino, commune vt per Duen. sub regu. 40. uer. limita primo ubi communem attestantes retulit & in fi. citat Curt. sub limitantem. & dixi in collec. mea com. opi. uer. uasallus, num. 42.*

b Possit infeudari.] *Pone factam esse subinfeudationẽ. Modo quæritur, quid si secundus committat feloniam, cui deuoluatur res, an primo domino, an uero primo feudatario ut per Alex. in l. possideri, §. ex contrario ff. de acquir. possessio.*

c Tria requiruntur.] *Adde ut per* Iacob. *qui etiam idem tenet, atque ista tria cõmemorat in suis quæstionib. feud. q. 30. sub nu. 38. & de duob. primis requisitis ut per* Soc. *commune attestantẽ tam in feudo habito a laico, quàm in feudo habito ab ecclesia in cons. 66. col. 2. & post num. 5. uol 3 & dixi d. collec. mea nu. 34. & 35.*

d Agnatorũ.] *Item quod mortuo infeudante proximior agnatus admittatur ad reuocationem ipsius infeudationis, etiam si sine fraude facta fuisset dicta infeudatio per* Rolan. *cons. 67. num. 17. Giacbar. I V C.*

QVAESTIO XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini feudum alteri locare.*
2 *Et an dare ad libellum. ver. Pariter etiam.*
3 *An concedere in emphyteusim. ver. Idem etiam.*
4 *Quid de consuetudine. ver. Scias etiam.*
5 *Locatio prælati prædecessoris, quando obliget successorem.*

1 QVæro, an vasallus possit sine consensu domini feudum alteri locare. Respond. de locatione ad modicum tempus, *a* res omni caret difficultate: Sed de locatione ad longũ tempus *b* dicendũ est quòd non potest vasallus id facere absque consensu domini. & ad hoc allegatur Bald. in c. 1. §. aut si libellario, quib. mod. feu. amit. quem omnes sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Et cum pacto de non ali. nu. 15. & est communis conclusio vt dicit Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa amissionis feudi in 1. regula, quæst. 3. Bertr. consil. 2. num. 4. libr. 2. in 2. parte. Est enim talis locatio species alienationis, vt dixi infra §. Locatio.

2 Pariter etiam non potest vasallus sine domini consensu rem feudalem dare alteri ad libellum. text. est clarus in c. imperialem in. princ. de prohib. feud. alien. per Fride. & ita expressè determinant Doctores, vt dicit Iac. in verbo. Ita etiam quòd ipsi, num. 9.

3 Idem etiam dicendum est in emphyteusi, eadem ratione, vt scilicet non possit vasallus sine consensu domini rem feudalem dare alteri in emphyteusim. ita tenet gl. in c. Imperialem, in prin. in verbo, Seu alienare, circa fin. Et est magis communis opinio, vt dicit Curt. iunior in d. 4. par. in 2. quæst. primæ regulæ.

4 Scias tamen quòd quicquid sit in puncto iuris, hodie ex generali consuetudine vasalli pascua, terras incultas, & eremos feudales in emphyteusim concedũt: Et de hac consuetudine attestatur Petrus Iacob. & post eum Io. Rayn. in d. cap. imperialem, §. 1. Io. Faber. in §. adeo, Insti. de locat. quem refert Curt. iun. in d. 2. quæst. Quod nota: quia hæc consuetudo ita tolerata excusaret vasallum à pœna priuationis, quam de iure incurrisset, propter talem concessionem emphyteuticam factam de re feudali.

ADDITIONES.

a Ad modicum tempus.] *Et de locatione facta a prælato ad tempus non longum quòd valeat, licet non* 5 *obligat succes-*

successorem. nisi facta sit pro vtilitate ecclesiæ commune vide per Gabriel Eugubin. conf. 82. num. 82. & in collect. mea comm. opin. verb. locatio. nu. 4.

b Ad longum tempus.] *Item de locatione ad longum tempus facta per prælatum & capitulum ex iusta causa, & cum debita solennitate quod valeat, commune vt. per Rol. in cons. 96. nu. 10 & omnino in d. coll. c. mea sub nu. 8. vbi de constitutione Pauli Veneti Papæ II. memini, quæ contrarium disponit, & de illius extensione facta in rebus ecclesiasticis. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit renuntiare feudum in manibus domini ipso inuito.*

2 *Et an post talem renunciationem possit offendere dominum, ver. Sed posito.*

3 *Et an possit talem renunciationẽ facere in præiudicium agnatorum vers. Et hæc quidem.*

4 *Vassallus renuncians feudum in manu domini non præiudicat filys.*

1 QVæro, an vasallus possit renunciare feudum in
a manibus domini, ipso domino inuito. a Respon. quod super hoc articulo variæ sunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenent, quod uasallus possit, etiam inuito domino, feudum renunciare, dummodo id ipsius domini non intersit: & videtur text. in cap. 1. de vasallo qui contra constit. Lothar. & dicit Abb. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 19. de constit. quod ita communiter tenent Doctores. Hanc etiam esse communem cõclusionem attestatur Cur. iun. de feu. in 4. parte in vltima causa. amissio. feu. in 31. q. primæ regulæ. Quia cum principaliter feudum concedatur fauore inuestiti, merito videtur ei licere debere fauori suo renunciare. Cõtrariam autem opin. scilicet quod immo non possit, tenet Bart. in l. is cum quo. circa prin. ff. de aqua plu. arc. & dicit Ale. in l. si quis vi. §. fi. nu. 14. in fi. ff. de acquir. pos. quod ita magis cõmuniter tenetur, licet super isto articulo multa scribantur: Et hæc opinio mihi magis placet. Cum enim feudum sit contractus nominatus & vltro citroque obligatorius, non debet esse in facultate vnius, alio inuito, ab eo recedere. Esset tamen forte tutius tenere distinctionem quam sensit gl. in c. 1. in glo. fin. de ca. qui cur. vend. vt scilicet dicamus, quod quando pro feudo præstatur certum seruitium, eo casu non possit vasallus inuito domino ipsi feudo renunciare. si vero feudum sit cõcessum simpliciter ad seruitiũ incertum, tunc possit renunciare. & illam glo. in hoc esse cõmuniter approbatam attestatur. Iacob. in verbo. Qui quidem inuestitur. nu. 29. & in verbo. Et vnus ex dictis. nu. 1. Ita etiam communiter teneri affirmat Albertin. in l. cum fructuarius. ff. de vsufructu, Felin. in d. c. quæ in ecclesiarum, nu. 78. & seq. Dicunt etiam Moder. in consuet. Parif. feud. §. 1. gl. 5. nu. 2. quod ita distinguunt cõmuniter Doc. idem dicit Zas. de feu. in 1?. parte in prin. 2. particulæ, qui etiam in 12. particula: vers. secunda conclusio, dicit hanc esse communem opi. & ideo licet vasallus derelinquat rem feudalem, non tamen propterea liberabitur a præstatione seruitij, quod pro ipsa re præstare tenebatur. & ita esse commu. opi. attestatur Alb. in l. sed an ultro. §. is autem. vers. Itẽ alleg. ff. de neg. gest.

2 Sed pone quod possit renunciare, quæro nunquid poterit vasallus post talem renunciationem offendere dominum. Respon. quod nullo modo debet eum offendere, propter reliquias præcedẽtis vasallagij, & amicitiæ: & si secus faciat, debet puniri. ita dicunt omnes Doctores vt dicit Iacob. in verbo, Et vnus ex dictis. nu. 1. in fin.

3 Et hæc quidem omnia procedunt quatenus ipsa renunciatio potest concernere interesse ipsius domini directi, vel præiudicium ipsius vasalli renunciantis: sed nunquid talis renunciatio præiudicabit agnatis ipsius uasalli, quando scilicet feudum est antiquum, seu paternum? Respon. quod non præiudicat. ita tenet Bald. in c. 1. in prin. nu. 3. de alien. feud. pater. quem omnes sequũtur. vt dicit Iacob. in verbo, Et unus ex dictis, post n. 8. ver. addit in quartũ. Non. n. potest vasallus tollere agnatis ius illis quæsitũ ex tenore primæ inuestituræ, prouenies ex pacto & prouidẽtia primi acquirẽtis, vt sæpius dixi. & ideo, dato, etiam quod huiusmodi renunciatio feudi valeret, non tamen amplius durat in præiudiciũ agnatorum, quàm ea non facta feudum remansisset penes ipsum renũciantem. & in hoc omnes concordant, vt dicit Cuman. cons. 167. num. 2. Et sic eueniente casu, feudum nihilominus aperitur agnatis. quam si per illũ uasallum aliqua renunciatio facta non fuisset.

ADDITIO.

a Domino inuito.] *Adde atq; vt per Tiraquel. de retrac. muni. § 34. gl. 1. sub nu 6. limita etiam, nisi vasallus iurasset ad sancta Dei Euangelia; non contrafacere, & non contrauenire, quia tunc non posset refutando se liberare ab homagio seu fidelitate. ita per Bal. in c. quæ in ecclesiarum, de constitut. quem refert & sequitur Iacobi. de S. Geor. in trac. de Rhoyd. seu operis, num 42. 43. Item quod feudum vasallus possit renuntiare inuitis dentibus domini tradit etiam Iacob. de S Geor. in suis quæstionibus feudalib. q. 14. nu. 22. & vid. per Cassan. Pute. in addit. ad præ. Papien. tit. feudum. gl. nec superstitibus, quia refutatio. vbi quid in Feudo ligio, & quid in franco, & quid in emphyteuta vel vasallo, & quid iuratum fuit & promissum non contrauenire & de alijs vide & de vasallo protestante & renunciante iuri vasallagij propter retardatam seruitiorũ remunerationem vt per Affli. decis. & O. si. va*
4 *sallus † tamen renuntians, feudum in manibus domini haud præiudicat filys ad quos post renuntiãtis obitum redire, debet. per Ceph. cons. 29. num. 2. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit rem feudalem sine consensu domini pignorare, vel hypothecare.*

1 QVæro, nunquid uasallus possit rem feudalem alteri pignorare, a vel hypothecare sine cõsensu do-
a. mini. Respon. quod nõ tex. est clarus in ca. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. Et licet alias licita esset pignoratio feudi usq; ad dimidiam, vt habetur in c. 1. in princ. de alien. feu. pater. hodie tamen indistincte & in totum est prohibita: & in hac sententia resident communiter Doctores, vt dicit Aluar. in d. c. 1. in prin. nu. 2. de alie. feud. pater. Intellige tamen quod propter simplicem pignorationem, seu hypothecam feudi, non incidit vasallus in caducitatem, nisi etiam procedat ad traditionem, vt etiam dictum est in alienatione, supra q. 31. versiculo, sed nunquid.

ADDITIO.

a Pignorare.] *Ibi scias reg. esse rẽ feudalẽ pignori dari extraneo nõ posse absq; consensu domini, vt. Dec. reg. 210 Giachar. I. V. C.*

QVAE-

QVAESTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini.*

1 QVæro, nunquid feudum possit dari in dotem sine consensu domini. Respon. hæc quæstio potest dupliciter contingere: Primo quando vasallus habens filiam, vult ipsi filiæ, vel potius genero, dare in dotem ipsum feudum, & de hoc est textus expressus in capitulo §. donare, qual. olim. feud. alie. pot. quod non potest illud dare in dotem. & hæc est communis Doctorum sententia, ut dicit Zas. de feudis in 9. parte, nu. 49. quem refert Io. Iacob. de Leon. inter consilia feudal. Bruni cons. 114. nu. 86. Si enim non est permissum vasallo alienare feudum propter propriam necessitatem, etiam famis, vt dixi supra, q. 31. vers. pone vasallus, multo minus debet licere illud in alium transferre, pro filia sua dotanda. Secundò modo potest contingere, si ipsamet mulier, quæ est vtilis domina feudi, velit se ipsam de feudo dotare. & de hoc pariter videtur tex. in ca. primo de inuest. quam, Titius accepit &c. quod possit se ipsam dotare de feudo. & hæc est communis conclusio modo duo concurrant: primo, quod det feudum in dotem insinuatam: secundò, quod non apponat pactum de lucrando. & ita esse communem conclusionem attesta. Curt. iun. de feu. in 4. parte principali, in prima regula, q. 4. Re uera ubi etiam hæc duo concurrerent in dotatione filiæ facienda per patrem, difficile esset allegare concludentem rationem diuersitatis. Tamē in practica sequenda esset communis opin. pro qua forte posset dici in hoc differre patrem a filia, quia filia dans in dotem, non videtur alienare feudum, sed tantum commoditates ipsius feudi, quarum alienatio est vasallo permissa, vt dixi supra, q. 31. vers. successiuè: quibus tamen etiam ipsa fruitur, ex quo deseruiūt oneribus matrimonij. Præterea licet proprie possessio rei dotalis dicatur esse apud maritum, cumq; etiam mulier dicatur esse apud maritum, ideo etiam mulier dicitur quodammodo possidere fundum dotalem: secus autem est in patre, Sed quidquid sit, tutius esset in vtroque casu requirere domini consensum, prout fieri debere consuluit Alua. in d. §. donare, quem refert Curt. iun. in loco præallegato.

ADDITIONES.

a Dari in dotem.] *Imo secundum Inno. in c. nuper. de dona. inter uir. & ux. & doct. in cap. ex parte quos retulit Anguis. in cons 46. in fine speciale est in dote ut feudum dari possit in dotem. Aduerte, quia forte hallucinatur Anguis. quoniam in lib. meo non reperitur istud dictum suum. de feu. tamen obligato pro dotis restitutione saluo Regio assensu, uide Afflic. decisio. 111. & per Cas. Orsil. ad eum.*

b Domini consensum.] *ad idem, quod uasallus haud possit filiæ suæ dare in dotem feudum sine consensu domini. commun. uide per Duen. sub reg. 40. in uers octauo limita. & dixi etiam in collect. mea commun. opi. uerbo vasallus, nu. 39. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini constituere seruitute in re feudali.*

2 *Et an possit constituere usumfructum, uer. Sed nunquid*

1 QVæro nunquid possit vasallus sine consensu domini constituere in re feudali seruitutem, vel aliquod aliud onus imponere. Respon. Aut loquimur quantum ad præiudicium ipsius constituentis: & res non habet difficultatem: potest enim proculdubio vasallus ad sui præiudicium constituere seruitutem realem in re feudali sine consensu domini, vt est textus expressus in c. 1. §. quid ergo, de inuesti. in re aliena facta. & est communis conclusio, vt attestatur Cur. iun. de feud. in 4. parte in vltima caus. amis. feudi, q. 14. & seq. Quo vero ad præiudicium domini, non potest vasallus seruitutem, vel aliquod onus feudo imponere: & ideo eueniente casu, quo feudū domino aperiatur, extinguitur omne onus illi impositum per vasallum. Idem etiam dicendum est quantum ad præiudicium agnatorum, qui successuri sunt in feudo. Non enim potest vasallus aliquam seruitutem, vel onus constituere super feudo in præiudiciū eorum, qui succedere debent in feudo ex prouidentia primi acquirentis. & ad hoc per Doctores allegatur gl. quam tamen ego in libro meo non reperio, in c. 1. in verbo, Alienationes, de cap. Conrad. & illam gl. dicit esse communiter approbatam Alex. cons. 18. post num. 5. lib. 5. quem refert Picus in repe. §. Titia, post nu. 79. ff. de leg. 2. Pari. cons. 88. nu. 4. lib. 2. Et hanc opin. dicit esse communem Berous q. 95. nu. 1.

2 Sed nunquid poterit vasallus sine domini consensu constituere alteri vsumfructum in re feudali? Respondeo quod non. Et ad hoc pariter allegatur illa gl. quam ego non inuenio, vt supra dixi, & ita est communis cōclusio, vt attestatur Curt. iun. in d. quarta parte quæst. 15. Est enim vsusfructus pars dominij: meritò cum vasallus prohibitus sit alienare vtile dominium, neque etiam posse debet alienare eius partem.

ADDITIONES.

a Aliud onus imponere.] *Item quod vasallus haud possit sine consensu domini in rebus feudalibus constituere vsumfructum vel miles onus imponere, aut seruitutem aliquam addere in præiudicium eorum qui succedere debent in feud. comm. vide per Card. Parisien. in cons 98. numero 4. volumine secundo, & in dicta collect. mea numero 47. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini de feudo transigere.*

1 QVæro, an vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere. a Respon. quod Aut vasallus transigendo transfert feudum in alium & hoc facere non potest sine licentia domini: Aut retinet feudum penes se, & tunc potest transigere. ita distinguit Bald. in cap. primo, nu. 16. de controuer. inter vasal. & alium. & in hanc sententiam inclinat communis mens Doctorum, vt ait Cur. Iun. de feud. in 4. parte, in vltima causa amis. feud. quæst. 7. Hanc etiam opinionem dicit esse magis communem Paris. consilio primo, nu. 134. lib. 1. Donec enim vasallus retinet feudum penes se, non dicitur inferre domino aliquod præiudicium.

ADDITIO.

a Transigere.] *Adde vt per Cephal. in consi. 133. nu. 50. item transigere absque consensu domini de feudo, si modo id sincere agat. & bona fide processit, cons. 3. nu. 116. vt au*

item

item possit ad praeiudicium successorum transigere oportet rem esse liquidam, vel de facili posse liquidari, alioquin diceretur donatio, vid. per eund. cons. 155. num. 35. Giacbar. I.V.C.

QVAESTIO XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit facere compromissum de re feudali sine consensu domini.*
2 *Fructuum causa an possit compromitti.*

1 SVccessiue quaero, nunquid possit vasallus de re feu-
a dali a facere cōpromissum sine domini consensu. Resp. respectu compromissi faciendi in arbitratorem, omnes conueniunt quod vasallus id facere non possit procedit enim arbitrator nullo iuris ordine seruato: merito non debet vasallus, cui interdicta est omnis feudi alienatio, posse facere actum, ex quo resultare posset alienatio. Haec autem ratio non videtur militare in arbitro, qui tenetur sequi iura. Et ideo multi tenuerunt, quod in arbitros possit vasallus de feudo compromissum facere; quod etiam expresse concedere videtur tex. in c. 1. §. si inter, de lege Conradi. Et licet per dispositionem c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid. videatur prohibita omnis alienatio feudi, tamen ex quo in specie non fit in eo text. mentio de compromisso, nō videbatur dicēdum quod text. in d. §. si inter, cum sim. esset correctus, & ita quod per d. cap. imperialem, non sint correcta in hoc iura antiqua, dicit videri communem mentem Feudistarum Cur. iun. de feu. in quarta parte, in materia alienationis feudi, quaestione octaua, subdens quod ita sentiunt communiter Scribentes in materia iurisdictionis feudalis. Dicit tamen Curt. ibi in fine, quod haec decisio est multum dubia, & periculosa: & bene dicit: quia re uera contraria opin. quod scilicet vasallus non possit etiam in arbitros facere compromissum de re feudali, est iudicio meo tutior, & etiam magis communis, prout attestatur Socin. iun. cons. 77. nu. 16. & seq. lib. 1. Pro qua facit, quia regulariter, de qua re non potest quis libere disponere, neque etiam potest de ea facere compromissum. Posset tamen & forte non impertinenter ad hanc quaestionem accommodari distinctio facta in praecedenti quaestione, vt scilicet possit vasallus de feudo compromissum facere, modo ex tali compromisso, vel arbitramento superinde ferendo, non possit sequi quod feudum in aliū transferatur, vt dictum est de transactione, cui etiam iuxta cōmunes iuris regulas aequiparatur compromissum siue arbitramentum.

ADDITIO.

a De re feudali.] *Hic cadit pulcherrima dubitatio, causa*
2 *feudalis non est compromittenda. An causa † fructuum sit compromittenda, quod sic, facit decis. Affl. 43. Item an vasallus possit compromittere de re feudali in alium quā dominum vide per Ale. remissiue in l. 1. §. & post operis, ff. de oper. no. nun. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO XL.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit in suo testamento de feudo disponere.*
2 *Et quid in feudo simpliciter haereditario, ver. Sed quia.*
3 *Quid in feudo nouo, vers. Sed quaero.*
4 *An possit illud legare pro anima, ver. Ex hac cōclusione.*
5 *An possit plura assignare vni ex filijs suis quam alteri de ipso feudo, ver. Secundo.*
6 *Quid in feudo nouo ver. Qua omnia.*
7 *Inuestiturae tenor inspiciendus.*
8 *Testari quando quis possit de feudo.*

1 QVaero, nunquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere. Resp. quod dispositio te-
a statoris de feudo nullo modo valet, a text. est in c. 1. de successione feudi, ibi, Nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. & haec est communis regula, vt dicit Socin. Iun. consil. 72. post nu. 40. lib. 1. Cur. Iunior de feud. in 4. parte principali; in 1. regula, in penult. quaest. Cum enim vasallus non sit dominus feudi, nisi donec vixerit, meritò non debet posse de eo disponere in praeiudicium eorum, quibus ex prouidentia primi acquirentis post eius mortem feudum debetur.

2 Sed quia haec materia à doctoribus aliquantulum confusè tractatur, ideo distinguendi sunt aliqui casus pro eius intelligentia. Aut enim loquimur in feudo simpliciter, & absolute haereditario: & tunc dicendum, est quòd potest testator de eo disponere ad sui libitum, & illud relinquere cui voluerit. ex quo enim tale feudum est alienabile & transitorium ad quoscunque haeredes, etiam extraneos, nihil prohibet quominus etiam de eo in specie possit vasallus in testamento suo disponere, vide quae dixi sup. q. 9. vers. hoc praemisso, & sup. q. 31. vers. vlterius quaero. Aut verò, & secundo, loquimur in feudo mixto, quod scilicet est haereditarium, & est etiam ex pacto, & prouidentia, prout est feudum receptum pro se, & filijs, & haeredib. & hoc casu dicunt aliqui, quod ex quo filius non potest habere feudum, nisi etiam sit haeres, vt dixi in ead. q. 9. vers. quandoq; & termino: haeres autem non potest contrauenire facto defuncti: propterea dispositio testatoris de ipso feudo ualebit, quia per ipsum haeredem infringi non poterit. Sed hic est aduertendum quia haec conclusio, dato quod esset vera, procederet solummodo vbi ageretur de praeiudicio filiorum vel agnatorum: sed quo ad praeiudicium ipsius domini directi, non habetur in consideratione an feudum sit simpliciter ex pacto & prouidentia, an mixtum; uel an sit nouum, vel antiquum: & ideo modo feudū nō sit simpliciter & absolute haereditarium, tene quòd omnis dispositio de feudo facta per vasallum testantem, quo ad praeiudicium domini est nullius valoris & momenti. Propterea haec conclusio etiam quò ad praeiudicium filij, vel agnati, non videtur vera, saltem quando filius, vel agnatus adiuissent haereditatem vasalli de feudo testantis, cum beneficio inuentarij, nam talis confectio inuentarij conseruat filio vel agnato haeredi iura sua, vt possit non obstante aditione, alienationem de feudo factam per defunctum reuocare, etiam quod tale feudum esset haereditarium, secūdum vnam opi. quā ego tenui infra quaest. 42. vers. successiuè. Tertio etiam haec conclusio non satisfacit; nam solummodo haberet locum in filio vasalli, qui omnino cogitur acceptare haereditatem patris, si vult feudum retinere; de quo tamen dixi infra, q. 76. Secus autem in agnato; sufficit enim quòd agnatus sit haeres primi recipientis; neque requiritur quòd sit haeres vasalli vltimo loco defuncti, vt dixi in sup. allegata q. 9. vers. sed quaero. & sic in eo cessat fundamentum conclusionis.

Facienda est ergo generalis regula quòd siue feudum sit simpliciter ex pacto & prouidentia; siue mixtum, non potest vasallus in praeiudicium agnatorum de feudo testari. Benè verū est, quod si filius vel agnatus adirent haereditatem vasalli, qui de feudo testatus est, sine beneficio inuentarij, non possent talem alienatio-

nem

nem in testamento factam reuocare: quia eo casu non possent facto defuncti contrauenire; & hoc non quia alienatio per aditionem conualidetur, sed quia iste adeundo sibi præiudicasset. Et nota: quia hoc est maximi effectus. nam cùm ista aditio non præiudicet nisi adeunti, posset filius, vel agnatus adeuntis, ad quem feudum spectaret virtute inuestituræ ipsa aditione non obstante, alienationem ipsam reuocare.

3 Sed quæro, nunquid hæc cõclusio ita declarata, quæ habet quod vasallus non potest de feudo testari habeat locum generaliter in omni feudo, scilicet siue sit antiquum, siue sit nouum, id est acquisitum ab ipso vasallo testante. Resp. quod quantum ad præiudicium domini, vt supra dixi, non habetur in consideratione an feudum sit antiquum, vel nouum; quia vtroque casu non potest vasallus alienare sine consensu ipsius domini; Sed quantum ad præiudicium filiorum vel agnatorum multum interest: nam Si est feudum antiquum vel paternum, non poterit vasallus de eo testari in præiudicium eorum, qui sunt vocati ex tenore inuestituræ; Si verò sit nouum, vtique poterit de eo testari, interueniẽte consensu domini. Est enim generalis regula, quòd potest vasallus de feudo nouo ad libitum suum disponere, sub quocunque tenore receptum sit, etiam in præiudicium filij, vel agnati, qui ex tenore inuestituræ successurus fuisset in feudo, vt dixi infra q.41. versic. & hæc quidem,

4 Ex hac conclusione, quod vasallus non potest de feudo testari; Primò infertur quod non poterit testator illud legare, etiã pro anima. tex. est in c.1. §. donare, qualiter olim feud alien. po. Sed quæro, an legato feudo, debeatur saltem æstimatio, prout debetur quando legatur res aliena. Resp. quòd non debetur neque res, neque æstimatio. ita tenet Bald. in d. §. donare, num. 3. & est communis opin. vt dicit Soci. Iun. cõsi. 72. nu. 60. lib. 1. & consil. 74. nu. 20. & seq. eod. vol. Quando enim aliquis habens ius in re, quod est morte periturum, illam legat alteri, censetur legasse solummodo illud ius quod habebat; neque debetur aliqua æstimatio, vt dixi supra lib. proximo, §. legatum.

5 Secundo infertur, quòd non poterit pater habens plures filios, plus assignare in feudo vni ex filijs quam alteri. & ita est communis opin. vt dicit Zas. de feud. in 8. parte, in 5. particula, vers. & hanc partem. Est enim ex prouidentia legis constitutum, vt omnes filij æqualiter in feudis succedant. Multo minus ergo poterit totum ipsum feudum prælegare vni ex filijs suis. Dicit Alex. in l. apud Iulianum, quam legit cum l. cum seruus, §. si quis alicui, nu. 4. in fi. ff. de lega. 1. quod magis communis opin. videtur inclinare in hanc partem. Et hanc opin. tenere communiter Doctores attestatur Io. Ray. in c. imperialem, §. habito, col. 7. de prohi. feu. alie. per Fri. quem refert Iaco. in verbo, Et cum pacto quod de ipso feudo, num. 2. in fi. Hanc etiam dicit esse communem Rui. cons. 25. nu. 13. lib. 1.

6 Quæ omnia de plano procedunt in feudo antiquo, & paterno. illud enim proculdubio non potest pater vni ex filijs suis prælegare. & ita esse communem opin. dicit Ruin. cons. 9. in fi. li. 1. & hoc pro indubitato præsupponit Soc. Iu. consi. 160. nu. 44. lib. 2. Cum enim tale feudum virtute inuestituræ debeat ad omnes eius filios æqualiter peruenire ex prouidentia concedentis, merito non potest vasallus per suam dispositionem alterare naturam feudi in præiudicium aliorum, & sic illud relinquere vni ex filijs suis, etiam si sit ex comprehensis in inuestitura, & ita solet communiter concludi, vt dicit Soci. Iun. in d. consil. 72. nu. 33. Sed quid in feudo nouo, id est acquisito per ipsummet vasallum testantem, pro se, & filijs; vel pro se & liberis? Et in hoc variæ sunt Doctorum opiniones, quas late refert Curt. Iun. de feud. in 4. parte in vltima causa amissionis feudi, q. 30. vers. ex prædicta regula. Aliqui enim dicunt quod etiam feudum nouum non potest pater vni ex filijs prælegare. & hanc opi. dicit videri magis communẽ Soc. Iun. in d. cons. 72. nu. 35. & cons. 160. nu. 44. li. 2. Alij vero dicunt quod potest: & hanc dicit videri cõmunem Barb. inter consi. Alex. cons. 55. col. pen. vers. & si quispiam, lib. 4. quæ etiam mihi magis placet. Est enim valde rationabile, vt quod iure meo quæsiui, etiã arbitrio meo alienare possim. Et certè mirum est, quod Doctores in hoc articulo adeo inter se repugnẽt. Nam Aut loquimur quo ad præiudicium domini: & certum est quod quãdo prælegatur vni ex comprehensis in inuestitura, non dicitur agi de aliquo præiudicio ipsius domini. Aut loquimur quantum ad præiudicium aliorum: & pariter non videtur agi de aliquo eorum præiudicio. Si enim vera est decisio And. de iser. quam retuli in d. q. 41. vers. & hæc quidem, quod scilicet vasallus de feudo nouo possit cum consensu domini ad sui libitum disponere, nescio videre qua ratione, si vasallus posset tale feudum alienare, etiam in extraneum, non possit etiam illud vni ex filijs suis prælegare. Et ita, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem. Vide tamen in hoc proposito ea quæ dixi supra hoc eod. lib. §. emphyteusis, quæst. 16.

ADDITIO.

a Nullo modo.] *Pro & contra, diuersa consi. omnino vi. inter consilia Feudal. consil. 41. Et adde nisi ex tenore inuestituræ appareret illi fuisse concessam potestatem testandi ita per Iacob. de S. Georg. tract. de feu. in verbo. Marchio in Italia, sub nu. 2. vbi dat istam maximam in mate-*
7 *ria feu. quod a † tenore inuestituræ non est recedendum. Item quod inuestituræ tenor semper inspiciendus sit, habetur late per Ceph. in consilio 3. numero 1. Et eius qualitas omnino seruanda per eund. consi. 133. num. 4. & eius tenor plurimum intueri debet, ibi num. 46. qui omnino est sequendus per eund. in consi. 150. num. 4. Et primæ inuestituræ tenor est inspiciendus per eund. in consil. 152. nu. 60. Et ille est attendendus per eund. consil. 173. num. 32. & potius inspiciendus est tenor quam feudi natura. ibid. nu. 16. Item quod vasallus haud possit testari de rebus feudalibus etiam pro anima, cõmun. per* Rolan. *vide in consil. 1. nu. 4. vol. 4. & plene in collec. mea cõmu. opin. in verb. vasallus, nume. 11. idem etiam vide per* Rolan. *consil. 79. volum 2. colu. 1. & 2. & in consil 71. num. 10. & 11. eod.*
8 *vol. Fallit in inuestito † de feudo franco, quia de eo potest disponere, & fideicommissum inducere. Idem in illo qui habet feudum cum clausula, pro se & hæredibus quibuscunque; quia potest hæredem instituere & substituere, & fideicommissum facere de feudo, adeo ut uenit in restitutione fideicommissi. vide per* Rolan. *in consi 10 in secundo capite consultationis uolum. 3. Giacbar. I V C.*

QVAESTIO XLI.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit cum consensu domini alienare feudum in præiudicium agnatorum.*

2 *Et quid si feudum sit antiquum, uersicul. Et hæc quidem.*

3 *Et quid si sit hæreditarium, ver. Sunt autem.*

4 *Fraus in alienatione feudi quomodo & à quo probanda.*

1 Dixi supra q. 31. in princ. quòd non potest vasallus feudũ alienare sine cõsensu domini, quæro nunc

1 an possit vasallus cum consensu domini feudum aliena re in præiudicium agnatorum. *a* Respon. quòd non: & est communis cõclusio; vt attestatur Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima particula, in prima regula, colum. 3. vers. stat ergo ex præmissis.

2 Et hæc quidem regula de plano procedit in feudo antiquo seu paterno. nam tale feudum proculdubio nõ potest per vasallum alienari in præiudicium agnatorum, etiam cum domini consensu, & hæc est commu. opi. vt attestatur Alua. in c. 1. post nu. 4. vers. oppono ab extra. quemad. feud. ad fœ. pert. Et clarius post eum collegium Bonon. inter consilia Curt. Sen. consil. 50. num. 21. refert & sequitur Paris. consil. 17. num. 16. li. 1. Cum enim sit ius quæsitum descendentibus, ex tenore primæ inuestituræ: meritò non potest tolli per aliquem ex successorib. primi inuestiti. & hæc est communis omnium conclusio, vt dicit Curt. iun. cons. 171. nu. 5. Et est valde rationabile vt in huiusmodi feudis, quæ à maiorib. suis proueniunt, non possit vasallus aliquo modo filijs suis præiudicare, qui ad feuda ipsa veniunt non ex facto ipsius patris, sed ex antiquorum suorum prouisione. Ita dicit And. de Iser. in cap. 1. §. quid ergo, de inuesti. de re alien. facta. Et hæc est verissima, communis, & ab omnibus approbata conclusio, vt dicit Soc. iun. cons. 112. numer. 1. libr. 2. subdens quòd hoc est apud Doctores nostros indubitatum. Sed in feudo nouo secus est: nã feudum nouum sub quocunque tenore receptum sit, nisi fuisset expresse receptum contemplatione alicuius filij, specialiter & proprio nomine in ipsa inuestitura nominati, semper potest ad libitum alienari per feudatariũ cum consensu domini: nec requiritur consensus filij primogeniti, vel alterius agnati, qui successurus esset in feudo. Et hæc est decis. Andr. de Iser. in c. 1. nu. 3. de alie. feudi pater. quam dicit esse per omnes approbatam Sigismum. consi. feu. 52. num. 1. vbi etiam subdit quòd omnes eam sequuntur nemine discrepante, quia id quod ego acquiro, possum pro mea volũtate alienare. Et hæc decisio semper mihi placuit, licet Doct. super hoc articulo varie scripserint.

3 Sunt autem nonnulli, qui non ita passim admittunt hanc conclusionem, quòd vasallus non possit de feudo
b antiquo, *b* seu paterno disponere in præiudicium agnatorum: sed putant distinguendum esse inter feudum hæreditarium, & feudum non hæreditarium; dicentes quòd in feudo non hæreditario bene procedit supradicta conclusio: & ideo si feudum sit receptum pro se, & descendentibus masculis, quòd non poterit vasallus de eo disponere in præiudicium descendentium masculorum, & hanc dicit esse communem omnium conclusionem Curt. iun. in d. cons. 171. num. 6. Sed in feudo hæreditario, etiamsi sit antiquum, tenent quòd possit vasallus præiudicare agnatis; & sic quòd in feudo recepto pro se, & hæredibus, factum vnius ascendentis, tempore, quo feudum est apud ipsum: præiudicet non solum sibi, sed etiam posteris suis hæredibus, cùm censeatur quid hæreditarium. Et dicit Alex. cons. 13. num. 11. libr. 5. quòd hæc est communis conclusio Doctorum vbique, quam etiam post eum dicit esse communem Paris. consil. 16. num. 44. libr. 1. Ias. cons. 56. col. fi. vers. Secundò respondetur, lib. 3. Tu vero hic aduerte. Nam si loquimur in feudo simpliciter & absolutè hæreditario, puta recepto pro se, & hæredibus quibuscunque vel pro se, & quibus dederit, vera est conclusio, quòd potest alienari etiam in extraneum sine consensu domini, & sine consensu agnatorum: quia tale feudum æquiparatur bonis allodialibus, & transit ad quoscunque hæredes, vt sæpius dixi: & in tali feudo non consideratur vtrum sit antiquum, vel nouum. Si verò loquimur in hæreditario mixto, puta, recepto pro se & filijs, & hæredibus; non est hæc conclusio absolutè vera, per ea quæ dixi supr. q. 40. vers. sed quia. quæ hoc loco non repeto, quia optime possunt accommodari ad hanc conclusionem.

ADDITIONES.

a Alienare in præiudicium agnatorum.] *Hic cadunt etiam multæ pulcherrimæ dubitationes; prima est, an liceat*
4 *vni alienare partem sui feudi per † fraudem, vt scilicet ex proposito impediret agnatos in eo succedere. Secunda, An fraus sit probanda, & quomodo. Tertia, an sufficiat quòd fraus sit commissa ex sola persona alienantis. An etiam requiratur ex parte emptoris, de his plene vi. nouissime. per Menoc. consi. 226. vbi etiam an respectu prædior. pro quibus decimæ præstantur in alijs, sit necesse habere licentiam ab ipsis, qua haud obtenta, an prædia di. deuoluantur ad ipsos, vel ad agnatos.*

b De feudo antiquo.] *Quicquid sit de hac quæstione, aduerte ad vnum quòd si vasallus alienet feudum remotiori agnato poterit proximus secundum communem illud reuocare, dummodo reuocatio fiat intra annum à die scientiæ, alias lapso anno excluditur à reuocatione, vide per Rolan plene alios allegantem, & de commune attestantem, in consi. 57. num. 67. 68. vol. 3. qui num. 69 admonet agnatos ne patiantur labi annum, quia per illius lapsum excluduntur à dicta reuocatione; vide per eum. & dixi in dicta collect. mea, verbo, uasallus nu. 51. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO XLII.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi facta per vasallum in præiudicium agnatorum an sit ipso iure nulla, vel detur agnatis reuocatio.*
2 *Et quid in feudo mere hæreditario, ver. Sed quia.*
3 *Quid quando feudum dicatur alienari iure permittente, ver. Est etiam.*
4 *Quid si alienatio fiat in agnatum proximiorem, & qui omnino erat in feudo successurus. uer. Hoc præmisso.*
5 *Quid si fiat in remotiorem. uer. Aliquando, & secundo.*
6 *Nunquid agnatus proximior possit reuocare etiam uino alternante, uer. Sed nunquid.*
7 *An eo casu teneatur precium emptori restituere, uersic. Sed an in præmissis.*
8 *Quid si uasallus alienans habeat filios, uer. Sed pone.*
9 *Quid si alienatio facta sit in penitus extraneum, uersic. Aliquando & tertio.*
10 *Infra quantum tempus possit hoc casu fieri reuocatio, uersic. Scias tamen.*
11 *An pendente hoc termino ad reuocandum, stet etiam in pendentis tempus petendi inuestituram à domino, uersi. Quæ autem.*
12 *Quid si agnatus proximior consentiat alienationi an talis consensus præiudicabit eius filijs, uer. Dixi quod.*
An præiudicet agnatis insequentis gradus, uersicul. Sed maior.
An filius uel agnatus ipsius uasalli admittantur ad huiusmodi reuocationem etiam si sint hæredes ipsiusmet uasalli alienantis, uer. Successiuè quæro.

1 Dixi supra quæst. 1. quòd non potest vasallus alienare feudum antiquum in præiudicium proximioris agnati, sine ipsius consensu: quæro modò, nunquid si illud alienet, talis alienatio sit ipso iure nulla. Respondeo quòd quatenus alienatio rei feudalis est in præiudicium domini facta sine eius consensu, nulla est difficultas,

tas, quin sit ipso iure nulla. text. est in c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. Sed quatenus respicit præiudicium agnatorum, non est ipso iure nulla, sed bene potest per filios vel agnatos alienantis reuocari. & in hac materia habemus text. notab. in c. 1. §. Titius filios, si de feudo defun. contentio fuerit, quòd filius vasalli potest alienationem feudi per patrem factam reuocare, etiam ipso patre viuo: sed tenetur eo casu restituere pretium emptori. Agnatus autem non tenetur pretium restituere, sed sine pretio reuocat, mortuo tamen prius alienante, vt ibi.

2 Sed quia hæc materia habet plura capita, ideò distinguendum est. Aut enim loquimur in feudo merè hæreditario: & non datur aliquo modo reuocatio, quia vt sæpius dixi, tale feudum est alienabile ad instar bonorum allodialium. Aut loquimur in feudo simpliciter ex pacto & prouidentia, vel etiam mixto: & tunc, aut feudum est nouum, & non datur reuocatio, quia licitè potest per vasallum in quemcunque alienari, vt dixi supra q. proxi. vers. & hæc quidem. aut est feudum antiquum, seu paternum: & hoc casu potest per agnatos alienantis reuocari: & sic habes pro absoluto in hac materia præsupponere, quòd nunquam admittitur agnatus vel filius, ad reuocationem alienationis feudi, nisi hæ duæ qualitates concurrant, scilicet quòd feudum sit ex pacto & prouidentia, vel absolute, vel mixtim; & quòd sit feudum antiquum.

3 Est etiam pro intelligentia præmittendum, quòd feudum aliquando dicitur alienari iure permittente, aliquando verò dicitur alienari iure non permittente. Iure permittente alienatur feudum, puta si interueniat cõsensus domini: nam hoc casu valet alienatio ipsius feudi. Item alienatur iure permittente, quando vasallus illud alteri in feudum concedit: quod quidem facere potest, etiam sine domini consensu, vt dixi supra q. 32. Itẽ quando vasalla nubens dat feudum in dotem: quod pariter ei permissum est, vt dixi supra, q. 36. Iure autem nõ permittente, dicitur feudum alienari, quando alienatur sine domini consensu, in casibus à iure vel consuetudine feudorum non permissis.

4 Hoc præmisso, explicandi sunt plures casus, prout pluribus modis potest hæc quæstio contingere. Aliquando enim vasallus alienat feudum in agnatum proximiorem, & qui omninò post mortem alienantis esset in feudum successurus: & tunc alijs agnatis non datur reuocatio: quia eorum nihil interest, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat peruenturum in illum. ita dicit Iacob. de Beluis. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. & hanc conclusionẽ firmant Doctores, vt dicit Iacob. de feu. in verb. Et cum pacto, de non alie. num. 33.

5 Aliquando, & secundò, vasallus alienat feudum in agnatum remotiorem: & tunc distinguendum est. nam, Aut iste vasallus alienans habet filios: & possunt ipsi talem alienationem reuocare; sed si volunt eam reuocare viuo patre, tenentur pretium emptori restituere; mortuo autem patre, possunt etiam sine pretio feudum recuperare. a d. §. Titius filios. Si verò vasallus nõ habeat filios, potest agnatus proximior reuocare talem alienationem, vt ibi.

6 Sed nunquid poterit agnatus proximior huiusmodi alienationem reuocare, etiam viuo agnato, qui alienauit? Respondeo quòd, si alienatio est facta iure permittente, non potest illam reuocare, nisi post mortẽ ipsius alienantis: Si verò sit facta iure non permittente, poterit agnatus eam reuocare etiam ante eius mortem, vt in d. §. Titius filios. quando autem dicatur facta alienatio iure permittente, vel non, dixi supra, versicul. est etiam. Et hæc conclusio procedit sine difficultate, tenẽdo illam opinionem, quòd feudum antiquum propter alienationem non aperiatur domino, sed agnatis: quam ego teneo tanquam veriorem, infra quæst. 66. vers. sic. sed quid si vasallus.

7 Sed an in præmissis casibus tenebitur iste agnatus proximior pretium emptori restituere? Respond. quòd non. d. §. Titius filios. Ex quo enim in omnem casum feudum ad ipsum agnatum deuoluebatur ex prouidentia primi inuestiti, non videretur æquum, vt ipse teneretur rem suam pretio redimere.

8 Sed pone quòd iste vasallus alienans feudum in remotiorem agnatum habeat filios: quæro, quis erit præferendus in huiusmodi reuocatione, an filius ipsius alienantis, an verò alius agnatus proximior? Respondeo quòd si alienatio facta fuit iure permittente, tunc filius præfertur agnato: si verò facta fuit iure refragãte, agnatus præfertur filio. & ista conclusio approbatur à doctoribus, vt dicit Iaco. in d. verbo, Et cum pacto de non alienando, numer. 35. & dicit Curtius iunior de feud. in quarta parte, in 3. regula, versic. Quartò circa præmissa, quòd ita intelligunt & declarant communiter Feudistæ. Et sic vides quòd quando alienatio est facta iure permittente, melior est conditio filij, quàm agnati; nam (vt dixi) filius potest, etiam viuo patre, eam reuocare restituto pretio: agnatus autem non potest, nisi secuta morte alienantis. Econuersò autem, quando alienatio est facta iure non permittente, melior est conditio agnati, quàm filij: quia agnatus in reuocatione præfertur filio, vt supra dictum est. Et harum decisionum difficile est, iudicio meo, assignare aliquam concludentem rationem, nisi quia ita vetustis feudorum moribus receptum est, licet Doctores in hoc multum laborent.

9 Aliquando, & tertiò, alienatio fit in penitus extraneum: & tunc dicendum est quòd pariter admittuntur filij, & etiam agnati, ad reuocandam huiusmodi alienationem, prout quando facta est in agnatum remotiorẽ. Et in hoc proposito intellige. Extraneum eum, qui non sit ex comprehensis in inuestitura, dato quòd aliàs esset agnatus ipsius alienantis.

10 Scias tamen: quòd in vno differt hic casus ab illo: quia quando alienatio fit in agnatum remotiorem, tunc si proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo: sed si alienatio facta sit in extraneum, tunc ad hoc vt proximior agnatus excludatur, requiritur cursus saltem triginta annorum. ita tenet glo. in d. §. Titius filios, in verbo, per annum. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alexand. consil. 15. num. 10. libr. 5. Dec. consilio 395. in fin. Iac. in verbo, Et cum pacto de non alien. numer. 18. Balb. de præscript. in 4. parte prin. q. 12. numer. 19. in fin. Et dicit Dec. consil. 238. num. 4. quòd Doctor. illam communiter sequuntur. Dicit etiam Aluaro. in d. §. Titius filios, post numer. 4. vers. oppo. cum gl. fin. quòd ita tenetur per Doct. cõmuniter. Idem dicit Præpos. in d. §. Titius filios, col. 9. vers. oppo. cum glo. Facilius enim præsumitur consensus inter coniunctos, quàm inter extraneos.

11 Quæ autem sit ratio, cur sit præfixum tempus anni agnato proximiori ad reuocandum alienationem feudi factam in remotiorem, & non maius, vel minus tempus, multa dici possent: sed fortè melior ratio est, vel saltem magis colorata, quia intra illud tempus anni tenetur vasallus petere à domino inuestituram, vt dixi infra, quæstio. 49. vnde, ex quo intra illud tempus non reuocat, neque petit inuestituram, meritò excluditur à feudo.

Sed quæro, an pendente hoc tempore ad reuocandum, fiet etiam in pendenti tempus ad petendam inuestituram à domino. Respondeo quòd non, sed omnino debet petere inuestituram à domino intra annum à die alienationis: aliàs cadit à feudo. ita sentire videtur Bald.

Bald. in d. §. Titius filios, in fin. verbis. Et hanc opin. dicit esse communem Goza. consil. 71. nu. 3. Quæ tamen mihi semper visa fuit dura, tanto magis, quia regulariter tempus anni ad petendum inuestituram, non currit, nisi possidenti, vt dixi infr. q. 49. vers. item quid si forte vasallus. Et forte etiam intentio Bald. non fuit hæc, ad quam allegatur: sed pro nunc nihil determino.

Dixi, quòd si agnatus proximior tacuerit per annū, vel per triginta annos, quando alienatio est facta in extraneum, excluditur per hanc taciturnitatem, ex qua resultare videtur tacitus consensus: certè multò magis, si agnatus expressè alienationi consenserit, censebitur à feudo exclusus, neque poterit illam alienationem reuocare. & hoc parum habet difficultatis. Et ideò cautela est, quòd vasallus volens feudum alienare, faciat quòd

b agnati consentiant alienationi. *b*

12 Sed quæro, pone quòd agnatus proximior consenserit alienationi feudi factæ per vasallum: nunquid talis consensus præiudicabit filio ipsius consentientis, quò minus possit ipsum feudum recuperare? Resp. Aut iste filius est hæres patris, qui consensit, vel est aliquid habiturus ex eius hæreditate: & hoc casu cum non possit retractare defuncti voluntatem, non poterit talem alienationem reuocare: Si verò non est hæres patris, neque aliquid est habiturus ex eius hæreditate, vtique poterit, non obstante consensu per patrem præstito, feudum alienatum recuperare. ita solent Feudistæ communiter distinguere, vt dicit Curt. Iun. in dict. 4. parte, in vltima causa amissionis feudi, in 3. reg. vers. secunda cadit. Quod tamen intellige, vt dicam inf. in vers. successiuè.

13 Sed maior videtur dubitatio, si extent agnati, proximiores, remotiores, & medij gradus ipsius alienantis, & agnatus proximior consentiat quòd feudum alienetur in remotiorem, an talis consensus præiudicet agnatis medij gradus, quò minus possint ipsi talem alienationem reuocare. Est ardua quæstio, in qua aliàs inter se contrarium consuluerunt collegium Mediolanen. & collegium Bonon. Sed tenenda est opin. quòd talis consensus eis non præiudicet. cum enim eis sit ius quæsitū ex tenore primæ inuestituræ, non debet posse illis auferri sine eorum culpa, aut facto. & hæc est etiam magis communis, vt dicit Curtius iun. in d. 4. parte, in vltima causa amissionis feudi circa princip. tertiæ regulæ; subdens quòd iudicio suo non habet multum dubitationis.

14 Successiuè quæro, nunquid filius vel agnatus ipsiusmet vasalli alienantis, admittantur ad huiusmodi reuocationem, etiamsi sint hæredes ipsius vasalli? Respond. quòd si adiuit hæreditatem sine beneficio inuentarij, non poterit talem alienationem reuocare: tunc enim proprie repræsentat personam defuncti: & ideo non potest eius facto contrauenire. Sed si fecit inuentarium, bene poterit reuocare. ita tenent communiter Feudistæ, vt dicit Curt. iun. in d. tertia regula, colum. 3. versicul. limitare prædictam, quē refert Paris. consil. 10. num. 8. libro 1. Nam beneficium inuentarij conseruat hæredi omnia iura sua, & actiones, perinde ac si non adiuisset hæreditatem. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando feudum non est hæreditarium: nam eo casu proculdubio potest filius vel agnatus hæres, facto inuentario, reuocare huiusmodi alienationem. & ita concludunt omnes, vt dicit Decius consil. 185. numer. primo, circa fin. nam hoc casu vasallus habet feudum ex simplici prouidentia primi inuestiti, non autem tanquā hæres. Sed quid si sit hæreditarium, quo casu non potest habere feudum, nisi tanquam hæres? Respondeo quòd in hoc Doctores sunt varij. Nam aliqui tenent quòd inuentarium nihil prosit ad hoc vt possit alienationem ipsam reuocare. & hanc opinio, tanquam communem sequitur Gratus consil. 9. num. 18. libro primo, vbi etiam refert Curt. Iun. consil. 138. col. 6. attestantem Iulij Clari Sentent. Pract. Ciuil.

illam esse magis communem, sed ego non reperio Curt. in allegato consil. maxime, num. 16. vbi loquitur in hoc proposito attestantem de communi. Aliqui verò tenēt, quòd imò etiam in tali feudo hæreditario, possit filius vel agnatus hæres vasalli cum beneficio inuentarij, reuocare alienationem feudi per eum factā; & hanc opinio. videtur admittere tanquam veriorem, & magis cōmuniter approbatam, Soc. iunior cons. 112. nu. 13. libro 2. Re uera, si loquimur in feudo merè hæreditario, credo quod confectio inuentarij nihil prosit ad reuocandum, quia (vt supra dixi) in tali feudo non datur reuocatio. ex quo de eo iudicatur, vt de alia quacunque re hæreditaria; sed si loquimur in feudo, quod est partim hæreditarium, & partim etiam est ex pacto, & prouidētia, mihi magis placet secunda opinio, quòd scilicet cōfectio inuentarij conseruet ius reuocandi alienationē. vocatur enim eo casu agnatus ad feudum, non simpliciter tanquam hæres vasalli, qui alienauit, sed etiam ex pacto & prouidentia primi inuestiti. Quæ opin. multo magis tenenda esset, vbi iste agnatus, qui vult feudum alienatum reuocare, posset dicere se hæredem primi acquirentis, aliter quàm mediante persona illius vasalli, qui alienauit: quod sufficeret secundum opin. quam tenui supra q. 9. versic. sed quæro. nunc enim, ex quo posset habere feudum alia via, & sic tanquam hæres istius alienantis, crederem omninò confectionem inuentarij ei prodesse debere.

ADDITIONES.

a Recuperare.] *Intellige intra annum a die scientiæ, vt dixi in q. præced.*

b Consentiant alienationi.] *Adde quia tunc sibi præiudicat. commune dixi in colle mea com. opin. in verbo, feudum, num 77.*

QVAESTIO XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis an teneatur creditoribus paternis satisfacere de ipso feudo, vel emphyteusi.*

2 *Et quid si adijt paternam hæreditatem, vers. Sed quid si adijt.*

1 QVæro, nunquid filius, penes quem est feudum paternum, vel emphyteusis, teneatur creditorib. paternis satisfacere de ipso feudo vel emphyteusi? Respō. quòd si quidem filius paternam hæreditatem non adijt, non tenetur illis satisfacere: & hoc est iudicio meo, indubitatum.

2 Sed quid si adijt. Resp. quòd hoc casu distingoēdum est inter feudum vel emphyteusim, quæ sint hæreditaria, & inter non hæreditaria. Nam filius accipiens feudum aut emphyteusim non hæreditariam, & simul ēt hæreditatem patris adiens cum beneficio tamen inuentarij, non tenetur vltra vires hæreditatis paternæ creditoribus satisfacere ex ipso feudo vel emphyteusi: quia habet feudum ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, non autem tanquam hæres, nec aditio hæreditatis debet ei obesse, ex quo confectio inuentarij omnia iura sua integra conseruat, ut dixi in quæstione præcedenti uersicul. successiuè. Secus autem si feudum aut emphyteusis sit hæreditaria: nam eo casu ex quo illam habet tanquam hæres, meritò etiam si solenniter inuentarium confecerit, tenetur ipsis creditoribus ex ipso feudo uel emphyteusi satisfacere. &

ita communi omnium consensu receptum esse attestatur Didac. libro 2. resolutionum capit. 17. post numerum 4. versic. Octauò infertur. Et hæc quidem conclusio, si intelligatur vt procedat in feudo simpliciter & absolutè hæreditario, mihi satis placet: nam cùm tale feudum sit ad instar aliorum bonorum hæreditariorū allodialium, certum est quòd in bonis hæreditarijs confectio inuentarij nihil prodest hæredi. Sed si esset feudum non absolutè hæreditarium, sed etiam ex pacto & prouidentia primi acquirentis, teneo quòd confectio inuentarij prodesset hæredi, prout etiā tenui in quæst. præcedenti in allegato vers. successiuè.

QVAESTIO XLIV.

SMMMARIFM.

1 *Feuda an possint diuidi.*
2 *Et quid de consuetudine obseruetur, uer. Scias tamen.*
3 *Feuda sunt indiuidua.*

1 QVæro, nunquid feudum possit diuidi. *a* Respō. φ
a feuda maiora, prout est feudum Ducatus, Marchiæ, vel Comitatus, quod habet dignitatem annexam, non possunt diuidi, etiam consentientibus consortibus.
b & ita se habet communis opinio, *b* vt attestatur Socin. cons. 67. post numer. 25. vers. Tertiò confirmatur, lib. 1. quod est duplicatum in cons. 165. libr. 2. Idem etiam dicit Socinus consilio 278. nu. 1. lib. 2. Et dicit Cur. iun. de feud. in quarta parte principali, in vltima causa priuationis feudi, q. 30. in princ. quòd ita concludunt omnes in hoc absque disputatione. Et videtur tex. in c. 1. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. Inferiora autem feuda, quæ non habent dignitatem annexam, vtique diuidi possunt, vt est text. in d. §. præterea ducatus; & hoc etiamsi huiusmodi feuda inferiora sint feuda iurisdictionis. ita tenet Specula. de feudis, §. quoniā. ver. 34. Et est communis opinio, vt dicit Soc. in allegato cons. 67. post nu. 45. vers. Septimò dato. Et hoc videtur inductum in fauorem, & honorem Imperij, ne scilicet feuda maiora, quorum dignitatis titulus prouenit ab Imperatore, diminuantur, & ad destructionē deducantur: quæ ratio non militat in feudis inferioribus non habentibus dignitatem annexam.

2 Scias tamen, φ quicquid sit de iure, cōiter in Italia, & in certis partibus Alemaniæ, & cæterarum prouinciarum, omnia feuda, etiam dignitatum, præter regales diuiduntur: de qua consuetudine attestatur Io. And. in additio. ad Spec. de feud. super rub. colum. penul. vers. non omittam, quem refert Gratus cons. 4. n. 29. libr. 1. Et hæc consuetudo seruanda esset in illis tantum feudis, quæ supra essent diuidi. non autem in alijs.

ADDITIONES.

a Possit diuidi.] *Hic scias, in diuisione feudi idem ius esse, quod in emphyteusi, qua irrequisito domino bene potest fieri magis commune ex Alex. attestatur* Rol. *in consil. 80. nu. 74. & dixi in collect. mea com. opin. in verb. feudum sub nu. 6. vbi etiam retuli Soc. regu. 189. ponentem*
3 *regulam negatiuam, quod † feuda sint indiuidua, cum fallentijs, quas vide apud eum.*

b Et ita se habet communis opinio.] *Adde atque de ista communi vide in d. collect. mea num 67. cum duob. seq. et do. Soc. d. cons. 278. ponit quinque casus, in quibus permittitur diuisio. Nec potest vasallus etiam disponere vt vnus filior. habeat duas partes in feudo, alter vero tertiam. vt per* Rolan. *cons. 1. num. 14. vol. 3. item quòd feuda Ducatus,* Marchionatus, *& Comitatus secundum generalem consuetudinem* Italia *diuidantur, vt. plenius per* Roland. *cons. 80. nu. 9. alios citantem. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XLV.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an præscribi possit.*
2 *Et an contra dominum, ver. Si autem.*
3 *Quid inter priuatos, ver. Sed quid inter.*
4 *Quid si sit alienatum sine consensu domini, versicul. Vt uides.*
5 *Dominus an possit præscribere ius compellendi subditos ad Roidas.*
6 *Mala fides nullam præscriptionem potest ualidare.*

1 QVæro, an feudum præscribi possit. *a* Hæc est intri
a cata quæstio. propterea procedendo per singulos casus, dic, Aut quæritur de præscribendo directo dominio; vel per vnum dominum contra alium, vel per priuatum contra dominum: & in hoc remitto te ad ea, quæ dixi inf. libr. 7. §. præscriptio. Aut quæritur de præscribenda concessione feudali per priuatum contra dominum: & dico quòd si quis diuturno tempore, id est per decennium, possedit aliquam rem, vt feudalem, præsumitur per talem cursum decennij præcessisse solennis concessio feudalis, vt dixi supr. q. 9. vers. sed pone. Aut verò quæritur de præscribendo titulo vasallagij per dominum contra priuatum: & non sufficit cursus decennij, sed requiritur tempus 30. ann. vt dixi in alleg. q. 19. in princ.

2 Si autem quæritur de præscribendo vtili dominio contra dominum, puta quia vasallus habens feudum, illud alienauit, & ille in quem feudum fuit alienatum, illud possedit; nunquid si postea dominus velit recuperare feudum tanquam sibi apertum propter alienationē sine suo consensu factam, poterit iste vasallus possessor feudi opponere decursam esse præscriptionem? Respō. quòd alienatio est adeò nulla, quòd nō potest feudum etiam longissimo tempore præscribi. Ita colligitur ex tex. in c. imperialem, ibi, Nullius temporis præscriptione, de prohib. feu. alien. per Frider. vbi hoc expresse tenet Andr. de Isern. quem sequuntur cōiter Doctores, vt ait Cur. iun. de f. u. in 4. parte in vltima causa amissionis feu. col. 1. ver. prima ergo, & in l. 1. in fi. verbis. C. de ser. fugit. Et licet gl. in c. 1. §. præterea, in verbo, præscriptione, de cap. Conra. tenuerit, quòd illa verba, Nulla præscriptione obstante, non comprehendant præscriptionem 40. ann. tamen illa glo. cōiter reprobatur, vt dicit Afflict. ibi, num. 24. & seq. Et sic tene quòd possessor rei feudalis alienatæ irrequisito domino, non potest illam præscribere contra dominum, nisi concurrat tēpus centum annorum. Et ratio est, quia possidens cui ius commune resistit, non est audiēdus, etiam si alleget præscriptionem, nisi de legitimo titulo constet.

3 Sed quid inter priuatos, nunquid poterit vnus priuatus contra alium præscribere vtile dominium ipsius feudi? Respò. quòd sic, modò concurrant tempus 30. ann. & bona fides præscribentis. & ad hoc pariter allegatur glo. in d. §. præterea, in verbo, Præscriptione. Et dicit Paris. cons. 15. nu. 13. lib. 1. quòd in hoc omnes Scribentes illam sequuntur: quam etiam opin. attestatur esse communem idem Paris. cons. 27. numer. 91. lib. 1. & cons. 1. nu. 123. eod. vol. vbi dicit, quòd ita communiter tenetur: & refert Baldum, de præscript. pariter attestantem hanc esse communem opin. vt ibi per eum.

Vt vides, Doctores in hoc articulo variè loquūtur:
4 Aliqui enim intelligunt illam glo. loqui inter dominum & priuatum: aliqui inter duos priuatos: cum tamen appareat eam loqui quando priuatus opponit præscriptionem contra dominum; aliàs enim non posset applicari ad illum text. qui loquitur de reuocatione alienationum facienda per dominos. Quidquid sit, mihi

placet

placet hæc resolutio, quam etiam credo esse magis communem, quòd scilicet contra dominum non possit vtile dominium alienatum præscribi spatio 30. nec 40. annor. sed solummodo per cursum centum annorum: Sed inter priuatos, quòd currat præscriptio feudi, interueniente bona fide cum spatio 30. annorum, cum alijs requisitis in c. 1. §. si quis per triginta, si de feudu defuncti, &c. Quæ conclusio non multum haberet difficultatis, vbi feudum peruenisset in istum vasallum cum consensu domini: secus autem si sine domini consensu. Nã cùm eo casu prohibita sit omnis alienatio, & præscriptio rei feudalis, non videtur audiendus allegans præscriptionem, siue agatur inter dominum, & priuatum, siue inter priuatos; & ita videtur iudicasse consilium Neapol. vt per Afflict. decis. 254. Ego tamen prima facie sentio contrarium. nam illa constitutio annullans omnem alienationem, & præscriptionem rei feudalis sine consensu domini, fuit facta in fauorem domini, nõ autem in fauorem priuatorum: & ideò videmus quòd alienatio feudi sine consensu domini, licet sit nulla, quo ad præiudicium ipsius domini, valet tamen in præiudicium agnatorum, nisi intra debitum tempus illam reuocauerint, vt dixi supr. q. 42. Merito omni casu crederem teneri posse, quòd inter priuatos vtile dominiũ feudi possit spatio triginta annorum præscribi, vt supra dixi.

ADDITIONES.

a Præscribi posse.] *Adde & vid. per Iacob. de S. Geor. in suis quæstionib. feudalib. q. 38. num. 48. & quæ dixi sup. q. 19. Item si quis per triginta annos tanquam vasallus, et feudatarius alicuius principis præstiterit seruitia debita pro re ab eo possessa, tale ius seu feudum videtur præscripsisse, text. est in c. 1. §. si quis per triginta. si de feud. defun. & vid. per Mari. Anguissol. in consil. 79. per totum.*
5 *Et an ex consuetudine vel temporis † diuturnitate acquiratur domino ius compellendi subditos ad* Roidas, *siue* Rosa, *& similes, vide plura in materia, per Ambros. Vignat. inter cons. Feud. diuersorum, consil 54. octauo dubio.*

b Contra alium.] *Et istam communem, vide etiam in collec. mea in verbo, vasallus, num. 43. & numer. sequent. li-*
6 *mitationem posui, quòd mala † fides nullam præscriptionem potest validare. & nu. 45. sublimitaui alias in bona fide, quæ præsumitur propter possessionem longissimam etiam sine titulo, & eo magis quando non apparet alius antiquus possessor. commune ex eodem Paris.*

c Sed solummodo cursu centum annorum.] *Adde & vi. per* Rolan. *in cons. 3. nu. 98. vbi non competere restitutionem in integrum* Marchioni Saluciarum *dicit, & loquitur de præscriptione 40. annorũ, uel in præscriptione immemoriali, in qua nullus Doctor in mundo reperitur, qui aliter tenuerit. nec quis sani esset capitis, qui auderet attentare dari restitutionem aduersus eam. Giacb. I. V. C.*

QVAESTIO XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an imputari debeat filio in legitimam.*
2 *Et quid si sit ex pacto, & prouidentia, uer. Quæ quidem conclusio.*

1 QVæro, nunquid feudum imputetur filio in legitimam. Resp. Hæc quæstio potest dupliciter cõsiderari. Primò an filius cui feudum defertur, puta quia ex tenore inuestituræ feudum spectet primogenito, teneatur illud imputare in legitimã, siue portionẽ sibi contingentem ex hæreditate, seu bonis paternis. Secundò, an feudum sit computandum in bonis defuncti, quando tractatur de assignanda legitima, siue eius supplemento, alicui ex filijs, cui non debeatur pars feudi, an autem sit detrahendum, prout etiam detrahitur æs alienum, quod habebat defunctus. Dicunt ergo Doctores, quòd si feudum est paternum, scilicet acquisitum ab ipso patre, de cuius hæreditate agitur, tenetur filius illud in legitimam imputare. Si verò feudum prouenit ab auo, tunc ex quo censetur quid aduenticium, non debet imputari, & hanc conclusionem dicit esse communem Ruin. in rep. l. in quartam, post nume. 17. vers. Prima conclusio. ff. ad l. Fal.

2 Quæ quidem conclusio de plano procedit, vbi feudum fuisset concessum patri simpliciter, pro se & hæredib. quo casu dicitur feudum hæreditarium, & proculdubio est in legitimam imputandum. Et ita sentit Bart. in l. 1. §. nec castrense, numero 6. ff. de collat. bonorum, & dicit esse communem sententiã Ripa in d. l. in quartam, nume. 178. & seq. Sed quid si fuerit concessum pro se, & liberis, quo casu dicitur absolutè ex pacto & prouidentia? Resp. quod nihilominus, si est quæsitum à patre, debet in legitimam imputari, & de eo debetur legitima, secundum magis communem opi. vt attestatur Alex. cons. 29. post num. 4. libr. 5. dicens, quòd ita etiam est de mente Bar. in d. §. nec castrense, si bene aduertatur, & ratio est, nam cùm feudum acquisitum à patre, dicatur feudum nouum, & sic de eo pater liberè disponere poterat, etiam in extraneum, siue esset quæsitum pro se, & hæredibus, siue pro se, & filijs, vt dixi supra quæst. 41. ver. & hæc quidem: meritò filij illud habere dicuntur beneficio paterno, & sic debent illud in legitimam imputare. Qua ratione etiam dicendũ est, quòd si esset feudum simpliciter & absolutè hæreditarium, puta quia esset quæsitum pro se, & hæredibus quibuscunq; vel pro se, & quibus dederit: esset proculdubio imputandum in legitimam, & de eo detrahenda legitima: quia de huiusmodi feudo iudicatur, vt de cæteris reb. hæreditarijs, & allodialibus, vt sæpius dixi; & hoc siue esset quæsitum à patre, siue ab auo, vel etiam superiori ascendente: quia in vtroque casu militat eadem ratio.

QVAESTIO XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit incidere arbores fructiferas in fundo feudali.*

1 QVæro, nunquid vasallus possit incidere arbores
a fructiferas in fundo feudali? Respon. quòd non: ita tenet Bart. in l. diuortio, §. si fundum, in final. verbis, ff. solut. matrim. & cum Bart. tenent omnes antiqui, & Moderni, vt dicit Ias. in d. §. si fundum, post nu. 3. versi. circa secundam. Licet enim vasallus sit dominus vtilis rei feudalis, non tamen est absolute, & irreuocabiliter dominus: quia post mortem tenetur feudum restituere successori, qui ex tenore inuestituræ vocatus est ad feudũ: Et hinc infero, quòd in casu, in quo vasallus posset absolutè de feudo disponere; puta quia feudũ esset absolute & simpliciter hæreditariũ, vel quia esset feudum nouum, posset etiã incidere arbores fructiferas. nã cui licet quod est plus, multo magis licere debet quod est minus. Et hæc omnia intellige quantum ad præiudiciũ filiorum, vel agnatorum, qui successuri essent in feudo: Sed quo ad præiudicium domini directi, caueat vasallus ne male versetur in re feudali, quia ex causa poterit feudo priuari, vt dixi infr. q. 56.

ADDITIO.

a Incidere arbores fructiferas.] *Vide plene per Tiraqu. de retract. conuentio. §. 3. glo. 1. numer. 25. vsque ad fi. per tot. & commune per* Rol. *in conf. 40. num. 9. vol. 4. & dixi in colle. mea com. opin. in verbo, vasallus, nu. 7. vbi ampliaui, & limitaui. Giacbar I. V. C.*

QVAESTIO XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus committens adulterium cum vxore domini priuatur feudo.*

2 *Et quid si post mortem domini cum ipsa vidua stuprũ committat.*

3 *Vasallus commiscens se concubinæ, vel pedissequæ domini, an amittat feudum.*

Prima Causa.

1 TV scis, quòd vasallus committens adulterium cũ vxore domini directi, priuatur feudo, text. est ex-
2 pressus in capit. 1. §. 1. quib. mod. feud. amitt. Quæro, quid si post mortem domini committat stuprum *a* cum eius vxore vidua, an pariter sit feudo priuandus. Respondeo quòd sic: ita tenet Andr. de Iser. in d. §. primo, & est magis communis opin. vt dicit Io. Garo. in l. prima, C. de secun. nupt. in textual. num. 61. Videtur enim ipsa adhuc esse in primo matrimonio. Propterea dicunt Doctores, quòd si transisset ad secũda vota, & vasallus cum ea coiret, non caderet à feudo, cessat enim eo casu ratio reuerentiæ, quam vasallus domino præstare tenetur.

ADDITIO.

a Stuprum.] *Item quòd vasallus feudum; amittat si cum vxore domini viui siue mortui concubuerit, commune dicit* Osasc. *decis. 77. num. 17. Idem si commiserit stuprum cum relicta domini, magis commune, vide & milita per* Rolan *cons 86. num. 40. volum. 2. Et de istis duab. dixi in collect. mea com. opi. verbo, vasallus item stuprum. quid si committat incestum, quod perdat feudum, mox dixi. Adde, & vi. per Bald. in l. prima, ff. de rerum diuisio. vbi etiã licet Papa dispenset quo ad matrimonium, tamen vasallus haud recuperabit feudum, per allegata ibi per eum cuius quæstionem reassumit Baldus sequens* Iacobi. *de Sancto Georgio. in suis quæstionib. feudalib. quæst. 17. & nu-*
3 *mero 25. quid † si se commiscuerit cum concubina domini. Item, quid si cognouerit pedisequam domini. vide per eundem* Iacob. *de feu. in vers. qui quidem inuestiti, num. 19. 20. & quibus causis debeat vasallus feudo priuari, vide ibid. per totum. Giacbar. I. V. C.*

QVÆSTIO XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus tenetur infra annum, & diem à morte domini petere renouationem inuesturæ.*

2 *Et quid in militibus vasallis vers. Intellige tamen.*

3 *An hoc tempus currat a die sententiæ, ver. Scias etiam.*

4 *An currat impuberi, ver. Item scias.*

5 *An minor aduersus lapsum huius termini possit petere restitutionem in integrum, uer. Sed quæro.*

6 *An requiratur sententia declaratoria, ver. Item quæro.*

7 *Quid si dominus inuestituram concedere noluerit, versi. Sed quid si vasallus.*

8 *Quid si vasallus eo tempore non possidebat feudum, uer. Item quid si forte.*

9 *An vasallus possit purgare moram, ver. Sed nunquid.*

10 *Quid si dominus post annum, & mensem recepit vasallum ad solita seruitia, an censeatur illi remisisse, versi. Sed pone.*

12 *Quid si dominus reliquerit plures hæredes, an teneatur vasallus ab omnibus petere inuestituram, ver. Quæro nunc.*

13 *An ille qui prius habebat partem feudi, si aliam acquirat, teneatur pro ea nouam inuestituram petere, versi. Præterea quæro.*

14 *An iuramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem, ver. Successiue quæro.*

15 *Vbi tempus est de substantia, illud debet probari.*

17 *Impuberi non currit tempus appellandi, & prosequẽdi.*

17 *Vasallus non petens renouationem inuestiture an amittat feudum ipso iure.*

Secunda Causa.

1 MOrtuo domino tenetur vasallus intra annum, & diem a morte ipsius domini, petere ab eius successore renouationem inuesturæ, & debitum fidelita-
a tis iuramentum exhibere: aliàs priuatur feudo. *a* Idẽque si domino superstite vasallus moriatur, tenetur eius filius intra dictum tempus idem facere: aliàs cadit à feudo, tex. est expressus in cap. 1. in prin. quæ fue. pri. causa benef. amitt. Et est communis conclusio, vt dicit Curti. iun. de feud. in 4. parte, in 23. causa amiss. feud. Quæ tamen non seruatur in hoc ducatu Mediolan. vt ibi. Ratio autem huius conclusionis est secundum communiter Scribentes, vt dicit Cur. ibi, quia petere inuestituram, est signum deuotionis, & reuerentiæ, quam vasallus domino debet. Ego verò alia ratione dicebam illud fuisse introductum, quia scilicet virtus iuramenti non transit ad hæredes, neque egreditur personam iurantis: ideo hæc renouatio iuramenti, & recognitionis fuit necessaria ad hoc vt specialius, & magis efficaciter ex proprio iuramento filius domino obligaretur. Nam licet vasallus mortuus iurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis, adhuc est necessaria renouatio iuramenti fidelitatis, & ita tenent communiter Canon. vt dicit Curt. iun. in d. 4. parte, in 24. causa priuationis, vers. Secundò extende. Sic etiam respectu successoris in directo dominio, nisi specialiter præstetur iuramentum domino, & eius successoribus, non obligatur vasallus successori, nisi renouetur iuramentum. Bene verũ est quòd si iuramentum fuisset præstitum domino, & successoribus, non esset necessaria renouatio iuramenti; sed bene esset renouanda inuestitura in signum recognitionis, vt scilicet, vasallus agnoscat illum in dominum, & iste illum in vasallum. Ratio autem cur præfixum sit tempus anni, & diei, non autem maius nec minus tempus, nulla potest, iudicio meo, melior assignari, quàm quia ita moribus receptum est.

2 Intellige tamen illud, quod dictum est de termino anni & diei, quia locum habet solummodo in priuatis
b vasallis: Milites *b* autem vasalli habent annum, & mensem, tex. est expressus in capit. 1. quo tempore miles: & ita concludunt omnes Scribentes, vt dicit Curt. in di. 23. causa, vers. Tertiò limitanda. Et dicit Aluar. in d. c. 1. post num. 7. versi. oppono cum gl. quòd ita tenent Doctores communiter omnes.

3 Scias etiam, ꝙ hoc tempus *c* non incipit currere nisi
c à die scientiæ probabilis, ita tenet glo. in d. c. 1. in glo. 2. quo tempore miles, quam omnes sequuntur vt dicunt Moderni in consuet. Paris. feud. §. 1. gloss. 7. numer. 4. Et sic iste annus à principio est vtilis, & post scientiam continuus. Addunt etiam dicti Moderni ꝙ non currit nisi à die hæreditatis aditæ: sed hoc gloss. illa non dicit, neque credo quòd sit verum, licet multi hoc teneant; maximè si essemus in feudo, quod agnatus, vel etiam filius, posset habere, etiam si non esset hæres vasalli vltimo loco defuncti. Propterea ego dicerem hunc an-

num

num & diem esse computandum à die quo vasallus adeptus est possessionem ipsius rei feudalis, & probabiliter sciuit, vel scire potuit ipsam rem esse feudalem. & nisi hæc duo concurrerent, facile eum excusarem ab amissione feudi, ob non petitam inuestituram.

4 Item scias, quòd hoc tempus non currit impuberi. text. est in cap. si minori, secundum communem intellectum, si de feudo defuncti, &c. Et sic requiritur, quòd vasallus sit maior 14. ann. Sed quid in fœmina, nũquid hoc tempus illi currere incipiet, statim post pubertatẽ, & sic post 12. annum? Respond. quòd non, sed solum post 14. an. sicut in masculo. ita dicit Bald. in c. Imperialem. §. præterea, si quis nu. 2. de prohib. feu. alie. per Frid. Cuius opi. sequũtur cæteri Scribẽtes, vt ait Iac. de feu. in verbo, qui quidẽ inuestiri. nu. 43. Debet. n. latior fieri interpretatio, vbi agitur de euitanda pœna priuationis.

5 Sed quæro, pone quòd vasallus minor 25. annis non petierit huiusmodi renouationem inuestituræ intra tẽpus debitum: nunquid poterit petere restitutionem in integrum aduersus lapsum huius termini à lege præfixi? Respond. quòd sic. ita tenet gloss. in d. §. præterea si quis, in verbo, Annis. & est communis opinio, vt attestatur Brunus cons. feud. 100. numero 1. & dicunt Moder. in consuet. Paris. feuda. §. 1. glo. septima, nu. 2. quòd ita tenent omnes.

6 Item quæro, an ex hac causa non petitæ renouationis inuestituræ, vasallus cadat ipso iure à feudo, an autem requiratur sententia declaratoria. Resp. quòd requiritur sententia. ita tenet Paulus de Castro, consi. 84. nu. 3. lib. 2. Et dicit Cur. iun. cons. 242. num. 11. ꝙ ita tenent communiter Feudistæ. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Soc. iun. cons. 115. nu. 22. libr. 2. Guid. Papæ, cons. 38. num. 14. in fi. Vide quæ dixi inf. q. 62.

7 Sed quid si vasallus intra debitum tempus petierit à domino renouationem inuestituræ, dominus autem illam facere noluerit: nunquid hoc oberit vasallo? Resp. quòd non. ita tenet glo. in c. 1. in gl. in fine, ver. quid ergo, per quos fiat inuestitura: vbi plus dicit, quòd fortè dominus propter hoc priuabitur proprietate feudi. Et hanc opin. quòd dominus hoc casu priuetur feudi proprietate, omnes sequuntur, vt dicit Guido Papæ decisi. 168. nu. 2. Dicit etiam Iacob. de feud. in verbo, qui quidem inuestiri, post num. 40. quòd hæc est cõis conclusio, quæ tamen mihi videtur nimis rigorosa, tãto magis cum pœna priuationis, secundum communes regulas, non debeat imponi, nisi in casibus à iure expressis.

8 Item quid si fortè vasallus intra dictum tempus anni & diei non possideat feudum: an si non petierit inuestituram, erit nihilominus feudo priuandus? Respon. ꝙ non. ita determinat Guliel. de Arimi. in l. solennibus, C. de rei vend. quem sequuntur communiter Scribentes, vt ait Cur. iun. in d. 23. causa, vers. Septimò limitanda. Et pro hac opin. videtur facere text. in c. 1. per quos fiat inuestit. qui expresse loquitur in possidente. Vide tamẽ quæ dixi supra, q. 28. vers. quæ autem.

9 Sed nunquid vasallus, qui per annum & diẽ fuit negligens in petẽda renouatione inuestituræ, poterit breui tempore purgare moram, ad exemplum emphyteutæ? Respond. quòd non. ita tenet Bald. in d. cap. primo, in princip. numero 5. quo tempore miles, cuius opin. cæteri sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, qui quidem inuestiri, num. 37. Ego tamen, si casus contingeret, facile inclinarem in contrariam partem, quæ est æquior, & ex quacunque causa excusationis admitterem vasallum, ad purgandam hanc moram intra breue tempus, non obstantibus argumentis, quibus Bald. mouetur, ad quæ faciliter posset responderi, tanto magis præsupposito quòd pœnam priuationis hoc casu non incurrat ipso iure, sed requiratur sententia, vt dixi supr. versicul. item quæro.

10 Sed pone quòd dominus post annum & mensem, recipit vasallum ad solita seruitia, & secundum visum consuetum: nunquid censebitur illi remisisse hanc quasi ingratitudinem? Respon. quòd sic. ita tenet glo. in d. c. primo, in verbo, Et mense m, & in glo. f. quo tempo. miles & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Aluarot. in eod. c. col. 4. quem refert Curt. iun. in d. 23. causa, vers. Sextò limitatur, & in d. consil. 142. num. 14. Hanc etiam gl. dicit esse communiter approbatam Alex. cons. 14. post num. 10. versic. ergo quæstionem, libr. 2. Socin. consil. 67. post num. 19. versic. Sextò ista, libr. 3. Et hanc opin. dicit esse communem Socin. iun. in d. consil. 115. nu. 12. libr. 2. Videtur enim dominus illum recipiendo vti vasallum, tacite iuri suo renunciasse.

11 Quæro nunc in proposito huius materiæ, Pone, dominus feudi decessit relictis pluribus hæredibus, nunquid tenetur vasallus ab omnibus petere inuestituram, & omnibus præstare iuramentum fidelitatis? Respond. in hoc articulo variæ fuerunt opiniones. nam glo. in l. si cuius. §. 1. qui in libro meo non est §. sed lex, incipiens. si vsusfructus, in verbo, Oportere, ff. de vsufructu. tenet ꝙ omnibus hæredibus domini faciendum sit iuramentum fidelitatis. & hanc opin. dicit esse communem Zas. de feud. in 7. parte, vers. cæterum si dominus; dicẽs quòd illam cum Pyleo tenet glos. in cap. 1. §. oẽs filij, si de feudo defuncti, &c. Sed in hoc iudicio meo fallitur: quia imò glos. in d. §. omnes; in fin. residet in alia opin. quòd scilicet non teneatur facere fidelitatem nisi vni: quam dicit esse communem Alber. in dict. l. si cuius, in prin. vers. vltimò. Et hanc sententiam, quòd non teneatur nisi vni iurare, & quòd sit in electione vasalli cui iuret, dicit Aret. in l. 2. §. ex his, in secundo notabili, ff. de verbor. oblig. quòd sequeremur in practica, quia est cõmunis: quem refert, & dicit esse magnum verbum Iaso. in l. de pupillo, §. si plurium, numero 6. ff. de oper. nou. nunci. Dicit etiam Iaco. in verbo, qui quidem inuestiri, num. 28. quòd hæc sententia, quòd vni tantum ex pluribus hæredibus sit præstandum iuramentum fidelitatis, tanquam magis cõmunis seruatur in practica. Hanc etiam dicit esse cõmunem Apostill. ad Dec. in l. ea quæ in partes, ff. de regulis iuris. Et dicunt Moderni in consuc. Paris. feu. §. 2. glo. 4. num. 35. in fin. quòd ita obseruamus. Et ita etiam seruari in specie apud Germanos attestatur Zasius in loco supra allegat. Ego semper vidi seruari, quòd vasallus vnum tantum habet dominum, neque plures habere cogi potest, vt dicit text. in ca. imperialem, §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. quia vt plurimum illi domini supremi, vel vnũ ex pluribus filijs relinquunt hæredem in eorum titulo supremo, & iure superioritatis, vel si plures relinquunt, adiudicant singulis suas prouincias, vel ciuitates, cum iure superioritatis eis spectante occasione illius prouinciæ, vel ciuitatis: ita quòd quilibet eorum vasallus habiturus est suum certum dominum. Et nunquam vidi plures hæredes possidere tale ius superioritatis pro indiuiso. Si tamen casus contingeret; credo quod posset vasallus ab eis petere, quòd vnus tantum ex ipsis sibi assignaretur in dominum: & si id non facerent, posset deinde ipse, quem mallet ex eis, sibi in dominum eligere, & ei iurare, iuxta communem opinio. de qua supra. Sed quòd ipse, nulla præcedente requisitione, possit vnum ex pluribus quem ipse malit eligere, non credo esse in iure verum, neque seruari in practica, saltẽ in istis regionibus. Tamen vbi ita seruaretur, non esset recedẽdum à communi obseruantia.

12 Præterea quæro, pone quòd vnus agnatus transfert partem suam feudi antiqui in alium agnatum habentem partem eiusdem feudi: nũquid iste tenebitur à domino petere inuestituram pro ea parte, quam de nouo acquisiuit? Respon. Aut iste agnatus acquirit portionẽ

alterius agnati per ius accrescendi, puta, quia agnatus nondum agnita sua portione feudi decessit, vel ob non petitam intra debitum tempus inuestituram illam amisit: & hoc casu non tenetur pro ista portione facere se inuestiri, ex quo enim est potius augmentum, quàm noua portio, idem iudicari debet de augmento, quòd de principali. Aut verò isti duo agnati iam receperant à domino inuestituram de eorum portionibus & præstiterant domino iuramentum fidelitatis: & hoc casu acquirens partem consocij, tenetur infra annum & diem pro ea petere nouam inuestituram. Est enim noua portio, & ideo pro illa etiam est præstandum iuramentum fidelitatis. & hæc distinctio traditur communiter per Scribentes, vt dicit Curt. iun. in d. 4. part. in vltima causa amissionis feudi, in 3. regula colũ. 3. versic. circa hanc tertiam: quæ quidem mihi placet quantum, ad hoc, vt vasallus post factum excusaretur: sed ante factum consulerem quòd vasallus, qui pro parte tantum fuisset à domino recognitus, & pro ea iurasset, quumodocunque ei noua portio deferretur, pro ea procuraret tempore debito recognosci, & inuestiri, & offerret nouum fidelitatis iuramentum pro ea domino præstare.

14 Successiue quarto, an iuramentum fidelitatis possit
n præstari domino à vasallo per procuratorem. *n* Respõ. quód sic. Ita tenet Bald. in c. 1. §. 1. num. 6. quo tempore mil. & est magis communis opin. vt dicit Iacob. in verbo, Qui quidem inuestiri. num. 10. Quam ego etiam sequor, dummodo iste procurator habeat ad hoc speciale mandatum ab ipso vasallo, prout est de mẽte omnium Scribentium in hac materia, & prout etiam dicit esse magis communem opinionem Iacobi. *in* dicto verbo, Qui quidem inuestiri, num. 22. in fine, & ita vbique obseruatur.

ADDITIONES.

a Priuatur feudo.] *Hic cadunt septem pulcherrimæ dubitationes & prima. An uasallus non possidens. si renouationem inuestituræ haud petierit feudo priuari debeat ui. Iacob. eod. tract. uerbo, qui quidem inuestiri, num. 32. Secunda est, An ignorans rem esse feudalem ueniat feudo priuandus si intra annum & diem inuestituram non petat, uide per eund. ibid. numer. 41. Tertia est, si uasallus, qui debebat petere renouationem inuestituræ decessit intra tempus anni & diei, forsitan in nono mense utrũ successor illius habebit integrum annum & idem ad petendum renouationem, an autem solum illud tempus quod superat defuncto, uide ibi. num. 34. ubi distinguit, & uera est sua distinctio, & rationes per eũ allegatæ concludunt. Quarta est sub qua forma debeat uasallus petere à domino renouationem inuestituræ, & an debeat offerre fidelitatem numero 39. Quinta est, utrum uasallus intra tempus statutum ad petendum renouationem inuestituræ teneatur præstare seruitium domino, & si interim non præstet, uel offendat dominum feudo priuetur, ui. ibid. nu 44. Sexta est, quid si adfuit filius præteritus, ui. nu. 45. Septima est, An uasallo non petente inuestiri feudum, deuoluatur ad ipsius uasalli agnatos, an uero ad feudi dominum. ui. per eun. ibi. nu. 46.*

b Milites autem.] *uide etiam per Iacobin. ubi sup. nu. 33. fusius, ibiq; dicit se habuisse de facto. Item uasallus haud tenetur petere inuestituram a domino directo minore carente curatore, per Affli. in c. 1. § sancimus, sub num. 66. quo temp. mil. & per Rol consi 64. nu 26.*

c Tempus.] *Hinc aduerte, quòd vbi tempus est † de sub-*
15 *stantia, illud debet probari, vide per Rol. in cons. 11. nu. 21. l 4. vide cons. 44. nu. 8 lib 3.*

d Impuberi.] Adde, *etiam, quod ei haud currit † tem-*
16 *pus appellandi & persequendi, per Iacobin. in l. fin. nu 3. C. si aduer. rem iudica.*

e Minor.] *Adde, & vi per Iacobin, vbi sup. num. 43 vbi quod possit petere restitutionem in integrum, & respondet contrarijs.*

f Vigintiquinq; anno.] *Quinimo quod restituatur ad petendum inuestituram aduersus lapsum di. temporis, communem dixi in collec mea verb. vasallus, nu. 28.*

g Sententia.] *Item an vasallus non petens inuestituram,*
7 *seu † renouationem inuestituræ intra annum & diem amittat feudum ipso iure, an vero requiratur sententia priuatiua. Adde atque vide per Iacobi. de feud. in verb. qui quidem inuestiri. nu. 41.*

h Est communis conclusio.] *Adde & vid. illius limitationem per eundem Iacob. ibi, & pro communi vi. per Ceph. consilio 241. colum 5.*

i Quod non.] Adde *vt per Iacob. vbi sup. in prin. Item quod vasallus qui nõ petit inuestituram intra annum & diem excusetur si vsus sit diligentia in recuperando feudum a tertio possessore, quia in eo non est dolus, qui requiritur in amissione per* Rol. *d. cons 40. nu 15.*

K Admitterem.] *Dicit tamen Afflic. relatus a* Rol. *cõs. 18 nu 20 quod uasallus impeditus ob inimicitias, ipsis cessantibus si steterit post annum, & diem priuabitur feudo.*

l Remisisse.] *Add. vid. atque limita per Iacobi. vbi sup. nu. 38. Item vide supra. §. Emphyteusis. q. 10. per tot. vbi plenius.*

m Iacobin.] *Vide omnino per eundem quia istam communem comprobat, deinde concludendum esse dicit cum opi. Ian.* Raz. *quam illic recitat, quæ mihi mirum in modum quadrat, & est palpabilis, rectis oculis intuentibus & secundũ eam alias consului, in casu tamen in quo haud aderant considerata ab authore hic.*

n Per procuratorem.] *Dixi supra sub q. 53. sed an qui semel iurauit teneatur iterum iurare successori domini mortui. omnino vide per Iacobin. vbi supra col. 11. qui n. 36. dicit, quod quamuis vasallus iurasset fidelitatem pro se, & successoribus suis. tamen mortuo ipso vasallo, eius successor tenetur iterato iurare, ex quo iuramentum eius respectu est personale. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO L.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus alienans feudum sine consensu domini, an priuetur. feudo* Remissiue.

Tertia Causa.

1 QVæro, an vasallus alienans feudum sine domini consensu, priuetur feudo. Respond. quod sic. Dixi late sup. q. 31.

QVAESTIO LI.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus cessans per triennium a solutione pensionis an cadat a feudo.*
2 *In feudis, in quibus præstatur annus cursus, succedunt surdi & muti.*

Quarta Causa.

1 QVæro aliquis habet feudum, pro quo tenetur præ-
a stare certam pensionem: *a* nunquid si cessauerit per biennium vel triennium a præstatione huius canonis, vel pensionis, cadet a feudo, ad exemplum emphyteutæ. Respon. quod non: ita tenet Specul. de emphyt. §. nunc aliqua, versic. 85. Est communis opinio, ut dicit Alex. consi. 9. nu. 3. lib. 3. quem refert Mars. sing.

446. ma-

446.magna profecto,& Cassiodor.decisio.2.de iureiurand. nume. 6. licet in libro meo ambo illum corruprè sub alio numero allegent. Hanc etiam dicit esse communem Dec.in auth.qui rem,num.7.C. de sacrosanct. eccles.& consi. 138.nu.5.Curt. Iun. de feud. in quarta parte,in 23. causa priuationis feudi,in quarta limitatione,Ias.in præludiis feudorum,nu.57.& seq.Hæc enim causa priuationis non est à iure posita in vasallo. Cum ergo ita non sit iure cautum, neque nos id dicere debemus.Est enim feudum de sui natura concessio gratiosa, & species beneficij, quod his caducitatis regulis recipientem non adstringit.

ADDITIO.

a Certam pensionem.] *Obiter hic scias, quod quando pro*
2 *feudo haud præstatur seruitiū personale,sed† census annus,puta certa quantitas pecuniæ vel frumenti, vel una spalla porci.vt faciunt Lombardi.qui non curant de seruitijs personalibus ,sed de redditibus bursalibus, quod tunc in huiusmodi feudo succedit etiam mutus,& surdus vide per Bal. de pact.constan.vide libellariū & Iac. de S. Geor.in l.si filiusfam.nu.3 ff si certum pet. Giacb.I.V.C.*

QVAESTIO LII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non alens dominum, an priuetur feudo. Remissiue.*

Quinta Causa.

1 QVæro, nunquid vasallus non præstans alimenta domino egeno,vel eum in carceribus,vel captiuitate existentem liberare non curans,priuetur feudo. Dixi sup.quæst.23.& 24.

QVAESTIO LIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus faciens contra iuramentum fidelitatis priuatur feudo.*
2 *Et quid si habeat feudum à pluribus, & delinquat tantum contra vnum,ibid.*
3 *Vassalli an possint præscribere ius non præstandi iuramentum.*
4 *In sacramento fidelitatis an cōprehendatur aliud,quam illud,quod habetur.*

Sexta Causa.

1 TVscis, quod vasallus qui delinquendo facit con-
a tra cōtenta in iuramento fidelitatis,a potest feudo
priuari,ita dicit gl.in cap. 1.§.similiter.in verbo Sciens,
quibus.mod.feud.amitt.quæ est communiter approba-
ta,vt dicit Alexand.consilio 18.nume.16.lib. 6. Modò
2 vnus vasallus habens rem in feudum à pluribus,delin-
quit contra vnum ex dominis; quæro, an cadat in to-
tum à feudo,an autem pro parte tantum.Respon.quod
cadit pro parte tantum.ita colligitur ex tex.in capit. 1.
de vas.qui contra constitutionem Lothar.&c.& ita cō-
muniter dicitur, vt ait Alex.in l.communis,num.10.ff.
de in ius vocand. Videtur enim solum pro parte deliquisse, ex quo eum tantum offendit, quem pro parte duntaxat in dominum recognoscit: & ideò vbi teneret feudum à pluribus in solidum, res non transiret sine difficultate.

ADDITIO.

a Fidelitatis.] *Quid si vltra 150. annos recepit iuramen-*
3 *tum à subditis,† quod postea per annos 100. non est petitum nec præstitum.nunquid præscribatur, vt vasalli non teneantur,vide per Bal consi.538 Hic cadit alia dubita-*
4 *tio, vtrum in sacramento fidelitatis† comprehendatur aliud,quam illud quod habetur in to. 5. tit. de forma fide. ac in c.1.de noua for.fide per Iaco. in suis quæst. feudal. q.39. Et an possit præstari per procuratorem? quod non, & quare.vi.per eund.ibi quæst.25.qui in hoc fuit sibi parum constans. Giacb.I.V.C.*

QVAESTIO LIIII.

SMMARIVM.

1 *Vasallus an possit feudo priuari propter amicitiam contractam cum inimicis domini.*

Septima Causa.

QVæro, an vasallus possit feudo priuari propter
amicitiā contractā cū inimicis domini.Resp. quod
1 sic.a ita dicit gl.in c.primo,in verbo,Concubue
a rit,quib.mod.feud.amitt.& in l.1.§. cum patronus, in
verbo,cum inimicis.ff.de offi.præfect.vrb. quas glossas sequuntur communiter Doctores, vt ait Gratus consil. primo,num.81.lib. 1. Non enim videtur domino fidelis,qui cum eius inimicis amicitiam contrahit.Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat quando talis amicitia fuit per vasallum contracta in perniciem domini: alias autem propter solam amicitia contractam cum inimico domini ad alium effectum, non esset vasallus feudo priuandus.ita dicit glo.in ca.1.§.porrò, in verbo Assalierit,quæ fuer. prima causa benef. amitt. & in cap.1.in verbo,Scienter, hic potest esse titu. quibus mod.feu.amit. quam sequuntur communiter Feudistæ, vt dicit Cur.Iun.de feu.in 4. parte, in 15. causa priuationis feudi.

ADDITIO.

a Quod sic.] *Ad idē adde ēt per Iac. de S. Georg. in suis quæstio feudalib.q.15. num.23. ubi tamen hoc limitat, nisi uasallus ita fecisset iusto timore motus, nam tunc excusatur, ut per eum. Item ad excusationē vi. per Rolan. consi.1.uol 3.in 2 c.per totum.ubi tamen nu.82. 83. declarat feudo uasallum priuari ob amicitiam conflatam cum inimico domini, si sic contracta amicitia in perniciē, seu damnum domini,alias secus. Adde vt per Afflic. decis.301.num.28. Giacb.I.V.C.*

QVAESTIO LV.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus relinquens dominum in prælio,an priuetur.*

Octaua Causa.

a QVæro,an vasallus relinquens a dominum in præ
1 lio,priuetur feudo.Resp.qđ sic, si dominus non
sit mortuus,nec ad mortem vulneratus.text est.
in c.1.in princ.quib.mod.feud.amit. tenetur enim vasallus dominum adiuuare.dixi supr.quæst.21.

ADDITIO.

a Vasallus relinquens.] *Et quod uasallus teneatur sequi dominum in bello,si uult esse saluus. siue moueat bellum*

siue

fine monetur sit illicite. uide per Roland. consi. 48. n. um. 42. 43. uol. 4.

QVAESTIO LVI.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus deteriorans rem feudalem, an possit feudo priuari.*

Nona causa.

1 QVæro, si vasallus notabiliter abutatur re feudali, illam deteriorando, nunquid erit sufficiens causa, vt possit feudo priuari. Respon. quòd sic: & ita tenent omnes, vt dicunt Moderni in consuetu. Paris. feud. §. 8c. numer. 166. moti exemplo emphyteutæ, qui propter deteriorationem potest à re emphyteutica expelli. Hæc tamen conclusio nunquam mihi placuit, quia argumentum de emphyteuta ad vasallum nō procedit ad infligendam pœnam priuationis, vt dicunt omnes Docto. per me allegati supra in q. 51. Ideo nisi vasallus dissiparet, vel dilapidaret maiorem vel meliorem partem rei feudalis, tenerem quod non posset feudo priuari. Est enim feudum quasi donatio, saltem respectu vtilis dominij: meritò non debet esse in consideratione etiam notabile detrimentum quod vasallus faciat in re feudali, circa tamen præiudicium ipsius directi dominij.

ADDITIO.

a Quæro.]*Adde uidendum per Roland. consi. 40. per totum, vol. 4.*

QVAESTIO LVII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus sciens imminere periculum domino, si eum non certiorauerit, an cadat a feudo.*

2 *Et quid si non potuit illum certiorare, versiculo. Hac tamen.*

3 *Quid si potuit obuiare periculo domini, & non fecit, vers. Sed quid.*

Decima Causa.

1 QVæro, nunquid vasallus sciens imminere periculum domino, siue circa personam siue circa grauem iacturam bonorum, si dominum non certiorauerit, possit feudo priuari. Resp. quòd sic: & de hoc est tex. expressus in cap. 1. §. præterea, quæ fuerit prima causa benef. amitt.

Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt procedat, quando vasallus potuit dominum certiorare, & non fecit: aliàs autem si non potuit dominum certiorare, non est puniēdus. ita colligitur expresse ex verbis illius tex. dum dicit, quàm citius potest. Et ita concludit glos. ibi in verbo, Certiorare, quam dicit esse communiter approbatam Cur. Iun. de feud. in d. quarta parte; in 26. causa, versicu. Secundò limita. Valdè enim iniquum esset, vt pro eo quòd quis absque culpa facere omisit, puniretur.

2 Sed quid si tunc quidem cùm sciuit, non potuit certiorare, postea verò potuit facere resistentiam, & obuiare huiusmodi periculo, aut damno domini & non fecit? Resp. quod hoc casu non est excusandus à priuatione feud. ita dicit glo. in d. §. præterea, in verbo certiorare: & ita sublimitant communiter Scribentes, vt dicit Cur. Iun. dicta 26. causa, in fi.

3 Videtur enim quodammodo consentire delicto, qui cùm posset delinquere volenti resistere, non resistat. & licet regulariter quis non teneatur obuiare delicto, tamen quando id commode facere potest, & sine sui periculo, vtique tenetur, vt dixi infra libr. 5. §. fi. quæst. 87. vers. dictum est. & in proposito huius conclusionis videnda sunt quæ dixi in ea. q. 87. circa prin.

ADDITIO.

a Vasallus sciens.]*Hic scias, quod vasallus sciens domino imminere magnum periculum, & ei non præstans auxilium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur esse in mora. per Mari. Anguiss. consil. 27. sub numero 6. Et de vasallo conscio de morte domini sui, vel de turbatione ciuitatis suæ, vel de alio commisso in ciuitate sua, quod puniatur pœna vltimi supplicij, & in confiscatione bonorum, ob non reuelationem. quando tamen coniuratio nem probare poterat, alias non, vide per Rolan. plene in consi. 88. volumine secundo.*

QVAESTIO LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus occidens seipsum, an priuetur feudo.*

Vndecima Causa.

1 QVæro, nunquid vasallus occidens seipsum, priuetur feudo. Resp. quod non. ita determinat Bald. in cap. 1. quib. mod. feu. amit. prout illum refert Iacob. de feu. in verbo, Dictiq; vasalli promiserunt, il primo, nume. 19. vbi dicit, quod cæteri Doctores eum sequūtur. Est enim hoc delictum vasalli nullo modo concernens offensionem domini: meritò propter illud non debet vasallus, neq; eius hæredes feudo priuari.

QVAESTIO LVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit priuari feudo sine causa.*

2 *Vasallus negans tenere feudum a domino, illud amittit, versi. Adde quod.*

3 *Et quid si neget tantum partem an cadat a toto, versicu. Sed quid si vasallus.*

4 *Quid si simpliciter negauit narrata, prout narrantur, ver. Sed quaero.*

5 *Negans se vasallum perdit ius, quod habet.*

1 QVæro, an vasallus possit feudo priuari sine causa. Resp. quod non, etiam de plenitudine potestatis. & ista est communis resolutio Doctorum, vt dicit Crauetta de antiqui. tempo. in 1. parte, sectione 1. num. 17. Cum enim vasallus sit vtilis dominus feudi, non potest princeps, etiā Imperator, illud dominium sine causa ei auferre; tanto magis: cum feudum sit contractus, & secundum communes regulas, princeps ex contractu obligetur, sicut priuatus.

2 Vndecim autem causas propter quas potest vasallus feudo priuari, vidistis supra in proximis quæst. Adde quod vasallus negans tenere feudum à domino amittit feudum. tex. est in c. 1. §. vasallus si feudū, si de feu. defun. conten.

3 Sed quid si vasallus neget tantum partem feudi, vel certa prædia, nunquid cadet à toto feudo, an autem tantum à parte negata? Resp. quod cadet tantum à parte vel re negata. ita tenet gl. in d. §. vasallus si feudum, an verbo Scienter. Et licet Pet. de Ceruolis tenuerit contra-

rium

rium quod ſ.cadat à toto feudo,tamen eius ſententia ab
omnib.Feudiſtis reijcitur,vt dicunt Mod.in cõſue.Pa-
riſ feu.§.30.num.6.
4 Sed quarto, pone, Vaſallus non negauit in ſpecie
feudum.ſed litem conteſtando,negauit narrata, prout
narrantur &c. vt ſolet fieri: nunquid dicitur negaſſe
feudum,ita quod incidat in pœnã priuationis? Reſpon.
quod non,argumento eius quod dicit Bar.in l.ſi dubite-
tur.§.ita demum,in fi.ff. de fideiuſſor. & ita tenet Iaco.
de feu.in verbo,Dictiq; vaſalli,il 1.nu.35. & ita practi
catur,vt dicunt Mod.in d.§.30.num.8.

ADDITIONES.

a Sine cauſa.] *Adde & ui.per Rol.conſi.3.ubi dicit.num.*
136.iſtud procedere de ordinaria principis.poteſtate nõ au
tem de abſoluta,ſecundũ quam Imperator haud ligatur.
b Negans.] *Item quod negans ſe uaſallum perdat ius,*
5 † *quod habet,uide per Ias.in prælu.feu.col. 19. in fi. &*
dixi etiam alibi. Giachar.I.V.C.

QVAESTIO LX.

SVMMARVM.

1 *Quot teſtes requirantur ad probandum ingratitudinem,*
ſiue felloniam contra vaſallum.
2 *Hæredes domini an & quando poſſint priuare uaſſallum*
feudi ob felloniam.
3 *Felloniam committenti confiſcantur quæcunque bona.*

1 QVæro,quot teſtes requirantur ad probandum in-
a gratitudinem, ſiue feloniam a cõtra vaſallũ Reſp.
de hoc habemus tex.expreſſum in capitu.1. quot teſtes
ſint neceſ. ad proban. &c. quod requiruntur quinque,
qui ſint omni exceptione maiores. Sed punctus eſt,
quia Moderni Pariſ.poſt nonnullos alios dicunt,quod
ille tex.non eſt authenticus,& non ſeruatur: Tu dic,ꝙ
imò eſt authenticus, & eſt lex, & pro lege ſeruari de-
bet. & ita tenent omnes Scribentes, vt dicit Iacob. in
verbo,Dictiq; vaſalli,il 1.nume. 55. Et dicit Bertrand.
conſi.115.num.31.lib.2.in 2.parte,quod ita tenent cõ-
muniter Doctores.

ADDITIO.

a Felloniam.]*Hic ſcias quod tametſi vaſallus † commiſe-*
2 *rit felloniam contra dominum, non tamen hæredes domi*
ni poſſunt eum feudo priuare ſi dominus illam ſciebat ſe-
cus ſi ignorabat.per Mari.Anguiſ.in conſi.42.nume. 22.
& vi.ſup.queſt.31.ſub apoſtil.ſignata littera B,priuatur,
& ſimiliter ſi pater vaſallus commiſit felloniam,eius hæ
res haud poteſt priuari,per Iaſ.in l. fin. vltimo not. C. de
iur. emph. vbi clericus venit priuandus propter proditio-
nem factam contra dominum, tunc nec pares curiæ, nec
alius iudex ſecularis poßunt de tali proditione cognoſce
re,ſed ſulus ordinarius clerici.per Rol.conſi.4.nu.35. 36.
37.vide tamen inf.q.ſi. verſ. & hæc quidem. Hic etiam
3 *ſcias,quod felloniam † committenti confiſcantur nedum*
bona allodialia.ſed etiam feudalia etiam in præiudicium
agnator. quoniam delictum tam graue officit nedum de-
linquentibus & filijs, uerum etiam agnatis per Rolan.
conſi.1.col 2 uol.3. Giachar.I.V.C.

QVAESTIO LXI.
SVMMARIVM.

1 *Vaſallus qui coactus aliquid fecit contra dominum, an*
debeat feudo priuari.
2 *Et quid ſi illud fecit per metum, uerſic. Sed quid ſi illud.*

QVæro,vaſallus fecit aliquid,propter quòd eſt feu
1 do priuandus; nunquid ſi illud fecit coactus, de-
bet nihilominus feudum amittere? Reſp. quod non.ita
dicit gloſ.in capi.1.§.porro,in verbo,Perdit. quæ fuer.
prima cauſa benefi.amit. quam ſequuntur communiter
Scribentes,vt dicit Gratus conſi.5.nu.23.lib.1.Non.n.
dicitur delinquere,qui aliquid coactus facit.
2 Sed quid ſi illud fecerit per metum? Reſp.quod pari-
ter excuſabitur.ita ſentit gl.in cap.1.§.ſimiliter, in ver-
bo,Priuabitur, de con ſuet. recti feud. quam ſequuntur
communiter Doctores, vt ait Grammat.conſ.13. num.
30.Quod tamen intelligo vt procedat in iuſto metu,&
qui cadit in conſtantem virũ.Dico etiam, quòd ſi ceſſa
ret vis,aut cauſa metus,& vaſallus nihilominus perſe-
uerarer in offenſione domini, tunc reputaretur volun-
tarie delinquere: & ideo non eſſet excuſandus à priua-
tione feudi.

ADDITIO.

a Per metum.] *Adde commune etiam per Rolan.conſi.1.*
poſt num.10.& dixi in collec.mea com. opi. in uerb. va-
ſallus,nume.18. Giachar.I.V.C.

QVAESTIO LXII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus propter ingratitudinem,vel aliam cauſam pri*
uationis, an cadat ipſo iure a feudo, uel ſit ſententia
priuandus.

QVæro,an in caſibus, in quibus vaſallus incurrit
1 pœnã priuationis feudi,priuetur feudo a ipſo iu
a re,an autem requiratur ſententia.Reſpon. quod regula
riter non priuatur feudo ipſo iure, ſed poſt commiſſam
culpam,& ſic ſecuta ſententia.ita tenet glo.in capitu.1.
in verbo,iure feudi.quib.mod. feud. amitt. quæ in hoc
eſt communiter approbata, vt dicit Alex.conſi.124.nu.
4.lib.1.Et eſt communis opin.vt ait Curt.Iun. de feud,
in 4. parte, in vlt. particula in 1. dubitatione, Zaſ. de
feud.in 19.parte,in fin.primæ particulæ. Et dicunt Mo
derni in conſue.Pariſ feud.§. 30. numer. 23. hanc eſſe
communem,& veram omnium ſententiam,quod pro-
pter quamcunque cauſam amittendi feudum, ſiue pro-
pter negationem, ſiue propter non petitam inueſtitu-
ram infra tempus debitum, ſiue etiam propter feloniã,
nunquam amittitur feudum ipſo iure, ſed tantum poſt
ſententiam, excepto ſolo caſu alienationis & traditio-
nis factæ,domino irrequiſito,quo caſu feudum amitti-
tur,& ad dominum reuertitur ipſo iure.

ADDITIO.

a Priuetur feudo.] *Hic ſcias etiam,quod uaſallus qui cõ-*
miſit felloniam lege feudi ſolum priuatur feudo, vi. per
Cæphal.in conſi.18.num.43. an & quando bonis uaſalli
publicatis bona feudalia comprehẽdantur in bon.publica
tione vi.per Boſ.tit.de bono publicatio.ſub nu.53. quod
dixi alias & plenius. Giachar.I.V.C.

QVAESTIO LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus recipiens ſeruitia à uaſallo,an cenſeatur illi re*
mittere caducitatem,quam prius incurrerat.
2 *Emphyteuta recipiens canonem an & quando cenſea-*
tur remiſiſſe caducitatem.

QVAE-

1 QVæro, nunquid dominus, qui post ingratitudinē vasalli recepit ab eo seruitium, censeatur illi remisisse ingratitudinem, & pœnam. Respond. quòd si ignorabat vasallum à feudo cecidisse, non censetur illi remisisse caducitatem, & hoc approbant communiter Doctores, vt ait Gratus consi. 2. num. 75. lib. 1. nam ignorantis nulla est voluntas. Si verò sciebat eum cecidisse, tene quòd censetur remisisse, nisi in receptione seruitij
a fuerit protestatus *a* se id recipere saluo iure caducitatis. Vide in hoc proposito quæ dixi sup. q. 49. vers. sed pone.

ADDITIO.

a Fuerit protestatus.]*Hic etiam nota quod si dominus re*
a *cipiat ab emphyteuta † canonem reseruando sibi ius caducitatis, ipsum ius caducitatis sibi conseruatur. per Ias. in l. si post moram, colum. 8. circa fin. ff. de eo quòd cer. loco. si vero receperit pro eo anno, pro quo ratione solutionis, vult rem ipsam ibi incidisse in commissum, sibi præiudicat, communiter dixi plene in mea collecta, in verbo dominus, uide ibi. Giacb. I.V.C.*

QVAESTIO LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ius priuandi vasallum feudo an transeat ad hæredes domini.*
2 *Et quid si culpa erat talis propter quam uasallus ipso iure cecidisset a feudo. uer. Sed quidem si culpa.*
3 *Princeps licet non possit disuestire uassallos potest tamē in feudo nouum modum succedendi adhibere.*

1 POne, Vasallus cōmisit causam, propter quam poterat feudo priuari: dominus autem priusquam querelaret, decessit: quæro nunquid ius priuandi vasallum
a transeat ad hæredes *a* ipsius domini. Respō. quòd si dominus in vita non querelauit, tale ius non transit ad hæredes. ita dicit glo. in capitu. 1. §. 1. in verbo, Concubuerit, quibus mod. feud. amitt. & est communis Doctorū sententia, vt dicit Curt. Iun. de feud. in 4. parte, in vltima particula, in 2. dubitatione. Hanc etiam sententiam dicit esse communiter receptam Ripa in l. fi. num. 237. C. de reuo. dona. Quæ tamen intelligenda est vt procedat quando dominus sciuit culpam vasalli, & de ea conquestus non est: secus autem si non sciuisset: nam eo casu vtique transit ad hæredes, & hæc fuit doctr. Iacob. de Belui. in d. §. 1. quam omnes Doctores sequuntur, vt ait Iac. in verbo, Dictique vasalli, il 1. num. 51. faciunt quæ dixi sup. q. præcedenti.
2 Sed quid si culpa erat talis, pro qua vasallus esset ipso iure priuatus feudo? Respon. quod idem dicendum est. adhuc enim si dominus sciens, querelam non fecerit, sed tacuerit, non transmittit ad hæredem ius reuocandi feudum. & ita tenent omnes Scribentes, vt dicūt Moderni in consuet. Paris. feud. §. 30. num. 127. in fin. Nam conclusio Doctorum solummodo fundatur in coniecturata mente domini, qui, ex quo non querelauit, videtur remisisse; quæ ratio pariter militat, siue ipso iure, siue per sententiam priuetur feudo. Et ideo vbicunque appareret de voluntate domini in contrarium, puta quia reuocasset iniuriam ad animum, vel huiusmodi, tenendum esset, quod transmitteret ius priuationis ad hæredes.

ADDITIONES.

a Transeat ad hæredes.]*De ista communi opi. vi. etiam per senatum Pedemon. dec. 77. num. 11.*

b Secus.]*Aduerte, quod vbi † princeps haud potest disue-*
3 *stire vasallos: quod potest tamen in tali feudo nouum modum & formam succedendi adhibere. per Rolan. in cons. 3. numero 137. & 138. lib. 1. Item aduerte, quòd vbi vasallus commisit delictum ob quod feudum reuertitur ad dominum immediate, si post declaratoriam restituatur a principe, quod intelligatur restitutus ad feudi recuperationem. per Alexand. in l. Gallus §. quid si tantum, ante numerum 20 ff. de liber. & posthum. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO LXV.

SVMMARIVM.

1 *Ius priuandi uasallum feudo an transeat contra hæredes.*

1 QVæro, nunc quid e conuerso. Pone, Vasallus cōmisit feloniam, vel aliquid aliud, propter quod ceciderat a feudo: sed tamen priusquam dominus querelam contra eum instituerer, decessit: nunquid poterit dominus huiusmodi querelam proponere contra hæ-
a redem *a* ipsius vasalli, & eū feudo priuare? Resp. quod non, nisi essemus in casibus, in quib. vasallus priuatur feudo ipso iure, vel ex dispositione iuris, vel ex forma
b pacti appositi in inuestitura: *b* tūc enim bene posset querela proponi contra hæredem, ita dicit Bald. in c. imperialem. §. insuper, nu. 6. de prohi. feu. alie. per Fed. quē omnes sequuntur, vt dicit Iaco. de feu. in verbo, Dictique vasalli, il 1. numer. 53. circa fi. Quam opi. ego sequerer, vbi delictum esset adeò notorium & inexcusabile, quod nullo pacto negari aut defendi posset. Sed si egeret aliqua probatione, vel posset aliquo colore excusari, mihi nunquam placuit quòd feudum posset hoc casu ab hærede vasalli reuocari: est enim valde iniquum, vt de delicto mortui, qui se defendere non potest, agatur ad præiudicium hæredis, qui non deliquit. Et cum semel iste casus in facto contigisset, ita consului. Dicebam etiam, quòd licet ille esset casus, in quo vasallus erat ipso iure priuatus feudo, neq; requirebatur sententia: tamen ex quo agebatur contra hæredem, vel agnatum qui erat vocatus ex tenore inuestituræ, nō poterat ab eo auferri feudum, nisi præcedente sententia, & processu, ex quo iste est tanquam tertius possessor: Et tandem post longam litem res fuit composita, feudo remanente apud filium ipsius vasalli, qui deliquerat.

ADDITIONES.

a Contra hæredem.]*Dixi sup. quæst. 60. sub 1. apostilla ex Ias.*

b Pacti appositi in inuestitura.]*Insurgit hic vna pulcherrima quæst. Pone vasallus alium constituit in eadem re. Et secundus vasallus feloniam committit, vel culpam priuatione feudi dignam. modo quæritur ad quem eorum reuertatur feudum. dic ad primum, vide per Alex. in l. possideri, §. ex contrario, nu. 38. ff. de acquiren. poss. Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, priuato vasallo, an aperiatur domino uel agnatis.*
2 *Et quid in feudo nouo, ver. hæc quidem.*
3 *Quid si sit antiquum, ver. Sed si feudum.*
Quid in agnatis collateralibus ipsius vasalli delinquentis, ibid.

5 *Quid*

4 *Quid si feudum sit concessum pluribus aeque principaliter uers. Sed in omnem.*
5 *Quod si uasallus priuetur feudo, ex aliquo delicto non concernente directo personam domini. uer. Aut uero.*
6 *An aperiatur omnibus agnatis indistincte, uer. Sed quaero.*
7 *Quid si priuetur propter alienationem ipsius feudi domino irrequisito factam, uer. Sed quid si uasallus.*
8 *Quid si priuetur ex eo, quod fueris contumax in associatione Imperatoris Romam proficiscentis ad suscipiendam coronam Imperij, uersic. Non omitto.*

1 QVaero, quando vasallus priuatur feudo, cui aperiatur ipsum feudum, scilicet an domino, vel agnatis. Respond. Debes scire quòd quatuor modis principaliter feuda finiũtur, scilicet morte vasalli, siue fine lineae, renunciatione, delicto, & alienatione. Si feudum finitur morte vasalli, quia scilicet eius linea, seu progenies in ipso deficiat, nulli dubium est quòd aperitur domino. An autem agnati proximiores vasalli defuncti possint petere se de ipso feudo inuestiri, dixi infra quaest. 87. Si finitur renunciatione vasalli, cui eo casu feudum aperiatur, dixi supra quaest. 34. Restat ergo vt videamus quando feudum finitur delicto, vel alienatione, cui applicetur. Et hoc casu, secundum Doctores, distinguendum est inter species delicti. Nam si culpa aut delictum propter quod vasallus priuatur feudo, est tale quod de directo offendat dominum, tunc feudum reuertitur ad ipsum dominum, exclusis filijs, vel agnatis ipsius vasalli delinquentis.

2 Et haec quidem conclusio de plano procedit, quando feudum est nouum. nã hoc casu proculdubio aperitur domino, exclusis agnatis & descendentibus ipsius vasalli. & in hoc consentiunt omnes Doctores, vt dicit Aluarot. in cap. primo. §. denique, post num. 8. versicul. & prima conclusio, quae fuit prima causa benef. amit. Et dicit Iacob. de feud. in verbo, Dictiq; vasalli, il 1. num. 58. quòd hanc conclusionem communiter sequuntur Doctores. Dicit etiam Curt. Iun. de feud. in quinta parte, in 1. conclusione, quòd in feudo nouo haec conclusio est per omnes indifferenter approbata; quem refert Paris. colum. 1. num. 17. lib. 1.

3 Sed si feudum sit antiquum, tunc si quaeratur de filijs, aut descendentibus ipsius vasalli delinquentis, ferè omnes in hoc conueniunt, quòd eis exclusis, feudum reuertatur ad dominum: & est magis communis opin. vt attestatur Alex. consi. 30. nu. 4. libr. 6. quod est duplicatum consi. 60. lib. 3. Sed in agnatis collateralib. vasalli delinquentis, Doctores sunt varij, nam multi tenuerũt quòd hoc casu feudum nõ aperiatur domino, sed agnatis. & ita tenuit And. de Isern. in d. §. denique. Multi verò tenuerunt contrarium, quod scilicet etiam huiusmodi feudum, hoc casu aperiatur domino, non agnatis, & haec est communis conclusio, vt attestatur Curt. Iun. in d. 1. conclusione, quem refert Gratus consil. 2. numer. 25. libr. 1. Hanc etiam esse communem & veram doctrinam affirmat Io. de Ana. consi. 32. nu. 5. Dec. consil. 44. nu. 30. Gozad. consi. 84. nu. 3. Haec tamen opi. mihi nunquam placuit. Videtur enim iniquũm quod vasallus possit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito virtute primae inuestiturae, absque aliquo eorum facto aut culpa. Nihilominus in practica, forte propter auctoritatem Doctorum, illa obtineret.

4 Sed in omnem casum ista conclusio non haberet locum, quando tale feudum ita esset concessum Titio, & eius haeredibus, de vno ad alterum reuertendo, vel Titio, Seio, & Caio, omnibus principaliter, vel in solidũ, vel Attentis meritis singulorum, nam his casibus, ex quo vnusquisque de per se principaliter consideratur, vnius culpa alijs nocet, ita sensit Bald. in d. §. denique. num. 1, quem post omnes sequuntur; vt ait Iacob. in d. verbo Dictiq; vasalli, post nume. 58. versic. Quartò limitabitis: Et post eum dicit Zasius de feud. in 10. parte, in 2. particula, conclusione 4. versiculo Tertio fallit, quòd hanc doctrinam tenent communiter Doctores.

5 Aut verò vasallus priuatur feudo ex alio delicto, vel culpa non concernente directò personam domini: & hoc casu si feudum est nouum, applicatur domino, & in hoc nemo discrepat, vt dicit Curt. Iun. in d. 5. par. in 2. concl. Si verò est antiquum, reuertitur ad agnatos, non autem ad dominum. ita tenet Andr. de Isern. in d. §. denique. Et ista conclusio est per omnes approbata, vt dicit Cur. Iun. in d. 5. parte, in tertia conclusione. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus, colum. 15. ff. de damno infect. prout illum refert Dec. consi. 252. post nume. 6. licet ego non reperiam Alex. ibi hoc attestantem. ita etiã dicit communiter teneri Praepositus in d. cap. 1. §. pen. quem refert Zasius de feu. in d. 10. parte in 2. particula, in 5. conclusione.

6 Sed quaero, an hoc casu aperiatur omnibus agnatis indistinctè. Respon. quòd non: sed excluduntur filij & omnes descendentes, item etiam transuersales agnati, intra quartum gradum. ita tenet Iacob. de Beluis. in ca. 1. §. si vasallus culpam, si de feudo fue. contro. Et est cõmunis opin. vt dicit Ruin. consil. 23. nume. 32. libro 5. Quae opinio mihi semper visa fuit dura, vt dixi supra versi. sed si feudum. Tamen praesupposito quòd sit vera, recipit vnam singularem limitationem, vt scilicet nõ procedat, nisi in feudo simpliciter recepto, quod aliqui appellant informem: pura, Concedo tibi hoc castrum in feudum. Secus autem si feudum fuisset receptum à patre vel auo ipsius delinquentis, expresse pro se, & liberis, vel pro se, & filijs, vel huiusmodi. nam eo casu admittuntur indistinctè omnes agnati, & filij ipsius delinquentis. ita tenet Cy. in l. 2. C. de liber. & eorum lib. quẽ in hoc caeteri Scribentes sequuntur: vt dicit Ale. in d. §. si vectigalibus, num. 29.

7 Sed quid si vasallus cadat à feudo, eo quia ipsum feudum irrequisito domino alienauerit: nunquid hoc casu feudum deuoluetur ad dominũ, an autem ad agnatos? Respond. in hoc articulo variae fuerunt Doctorũ opin. nam Aliqui simpliciter dicunt quòd defertur domino, non autem filijs, vel agnatis: & hanc opinionem dicit esse magis communem Arc. consilio 14. post nume. 11. versicul. venio ad secundum: quem refert Socin. Iun. consi. 77. numero 139. libro primo. Alij verò distinguunt inter filios & agnatos: & dicunt quod factum vasalli alienantis irrequisito domino, nocet filiis, sed non nocet alijs agnatis, & hanc opi. dicit esse communem Ruin. consil. 214. numero 16. libr. 1. & consi. 112. nume. 10. lib. 4.

Alij verò aliter distinguunt, scilicet inter feudum nouum, & feudum antiquum: & dicunt quod si feudũ est nouum, reuertitur ad dominum: si verò antiquũ, reuertitur ad agnatos. & hãc opin. dicit Curt. Iun. in d. 5. parte, in 4. conclusione, quod tenet glo. in cap. 1. §. hoc quoque, de succes. feudi, quàm dicit esse per omnes approbatam. Et haec quidem distinctio satis bona ratione sustinetur. nam in feudo nouo ex quacunq; causa vasallus eo priuetur, etiamsi non concernat iniuriam domini, tamen ipsum feudum semper ad dominum reuertitur, exclusis descendẽtibus, & agnatis omnibus: & haec est clara & expedita conclusio, vt dicit Curt. Iun. in d. 5. parte, in secunda conclusione; subdens quod ab ea nullum inuenit discrepantem. Pro qua facit conclusio And. de Iser. de qua supra pluries facta est mentio, maxime in quaest. 41. versicul. & haec quidem, quod scilicet de feudo nouo potest vasallus ad sui libitum disponere in praeiudicium agnatorum: ergo & delinquendo, vel

vel alienando poterit eis præiudicare. Secus autem est in feudo antiquo: in quo vasallus non potest agnatis alienando aut delinquendo præiudicare, vt dixi supra. Ideo si illud alienet, nõ domino, sed ipsis agnatis deferri debet. & hanc opi. quod scilicet deferatur agnatis, nõ autem domino, quam (vt dixi) tenuit gloss. in d. §. hoc quoque, dicit esse veram, & magis communem Bald. in d. capitul. primo, §. denique, quæ fue. pri. causa benef. amit. prout illum refert Ruin. consi. 166. nume. 5. libro primo. Ego tamen non reperio Baldum ibi attestari de communi, licet dicat quòd hæc opinio vera est. Hanc etiam opin. dicit esse magis communem Ioan. Rayn. in capitul. Imperialem, §. pœna, de prohib. feu. alien. per Frid. quem refert Iacob. de feud. in verbo, Et cum pacto de non alien. nume. 50. Alex. consil. 30. num. 17. in fin. lib. 1. quod est duplicatum consil. 2. in 5. vol. quem refert Ruin. consil. 7. num. 12. lib. 1. & consi. 45 nume. 19. eod. volum. Curt. Iun. in d. quarta conclusione, in fin. verb. Ruin. consi. 2. post nume. 2. lib. 1. Zas. de feud. in 10. parte, in 2. particula, vers. quarta conclusio: vbi dicit quod ita communiter tenetur. Et hæc conclusio, nedũ habet locum si talis alienatio facta sit per vasallum in actu inter viuos, sed etiam si facta sit per viam legati. & ita hanc opin. dicit esse magis communem Alex. in d. consi. 30. numer. 17. Hanc etiam opin. quod scilicet deferatur agnatis, sequitur Soc. Iun. consi. 112. nu. 2. lib. 2. dicens istam esse communem & verissimam conclusionem, quòd feudum antiquum alienatum per vasallum sine consensu domini, non ipsi domino aperitur, sed filijs aut agnatis ipsius vasalli, vt sic ipsi saltem post mortem alienantis possunt illud recuperare. Quam conclusionem attestatur esse magis communiter approbatam idem Soc. Iun. in d. consi. 77. nume. 121. lib. 1. & consil. 101. num. 6. lib. 2.

Ego aliàs in illa causa, de qua supra mentionem feci, consului quòd indistinctè & ex quacunque culpa, vasallus feudo priuetur, tam alienationis, quàm fellonia, vel alia, si feudum est tale, de quo vasallus possit liberè disponere in præiudicium agnatorum, semper feudum aperitur domino, non autem filijs, vel agnatis: Si verò vasallus non potest de feudo in præiudicium agnatorũ disponere, nunquam feudum aperitur domino, sed ipsis agnatis, quibus iam ex tenore inuestituræ erat ius quæsitum. Neque scio videre aliquam bonam rationem differentiæ, cur qui non potest mihi præiudicare alienando, etiam cum consensu domini, debeat posse mihi præiudicare alienando sine eius consensu, vel aliter delinquendo. Et text. in d. §. denique, posset euitari tenendo quod procedat solummodo in feudo antiquo informi, scilicet concesso simpliciter alicui nulla facta mentione filiorum, aut descendentium Secus autem in feudo antiquo quod esset expresè ex pacto & prouidentia. Et hæc opin. iudicio meo, est verior, & æquior, licet fortè propter communem opin. Doct. difficile esset illam sustinere in practica.

8 Non omitto etiam, quòd est vnus casus, in quo delictum siue iniuria non respicit principaliter dominum, & tamen vasallus priuatur feudo, & feudum deuoluitur ad dominum exclusis agnatis omnibus, quãdo scilicet vasallus requisitus vt associet Imperatorem proficiscentem Romam pro suscipienda Corona Imperij, fuit contumax & inobediens. ita dixit glos. in capitulo primo, §. fin. in glos. fi. de pace iuramen. firman. licet in libro meo sit sub rubrica de allodijs, & male: quam glo. sequuntur communiter omnes Scribẽtes, vt dicit Curt. Iun. in d. 5. parte, in prima, conclusione, colum. secunda, versicu. hanc primam: quam tamen ego non sequeter in feudo antiquo, quod esset ex pacto & prouidentia, vt sup. dixi.

QVAESTIO LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ingratitudo prælati an noceat ecclesiæ.*

1 QVæro, an propter ingratitudinem *a* prælati feudũ
a concessum Ecclesiæ, reuertatur ad dominum. Respon. quod sic. solummodo tamen ad vitam ipsius prælati ingrati, & quatenus spectabat ab eius mensam. ita tenent omnes Scribentes vbique, vt dicunt Moderni in consue. Paris. feu. §. 30. nume. 62. vbi etiam dicũt quod ita obseruatur. & est, iudicio meo, ratione consentaneum; ne Ecclesia & successor sine culpa ob alterius ingratitudinem damnum patiantur.

ADDITIO.

a Propter ingratitudinem.] *Aduerte ad vnum quod nec pares curiæ, nec iudex secularis possunt esse iudices, dixi sup. ad q. 60. in contrarium tamen vi. per Clar. infr. q. 90. ver sed quid si dominus. Giach. I. V. C.*

QVAESTIO LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, qui non facit iustitiam vasallo, an priuetur proprietate feudi.*

1 QVæro, nunquid dominus, qui non facit iustitiã vasallo, priuetur proprietate feudi. Respon. quod sic: ita tenet gloss. in capitul. primo, §. item qui domino in verbo, Iustitiam, quæ fu. prima causa benefic. amitt. & illam glo. Doctores sequuntur, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Dictiq; vasalli, il 1. numero 24. Ex quo enim ex tali causa vasallus priuatur feudo, vt est text. expressus in d. § item qui domino, pariter etiam dominus debet proprietate priuari: quod tamen argumentum mihi non placet, vt sæpe dixi.

QVAESTIO LXIX.

SVMMARVM.

1 *Dominus negans inuestire vasallum de feudo an cadat a proprietate feudi. Remissiuè.*

1 QVæro, an dominus denegãs inuestire *a* vasallum,
a Qui tempore debito petijt ab eo inuestituram, cadat a proprietate feudi. Dixi supra quæst. 49. versic. sed quid si vasallus.

ADDITIO.

a Dominus denegans inuestire.] *Occurrit notab. quæst. An Imperator possit imponere onera locis prius infeudatis, retenta fidelitate: & maxime quando imponit onera pro necessitate belli. vide per* Cephal. *consilio* 154. *Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO LXX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an teneatur iurare fidelitatem vasallo sicut vasallus domino.*

1 QVæro, nunquid dominus teneatur iurare fidelitatem vasallo, vt uasallus domino? Respond. qd non: & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Qui quidem inuestiti numer. 16. Licet enim dominus æquiparetur vasallo tamen

men hæc æquiparatio non semper procedit, vt in nonnullis exemplis ibi demonstrat Iacob. Cum ergo non reperiatur iure cautum, quod dominus vasallo fidelitatem iuret, neque nos id dicere debemus, & ita seruat totus mundus.

QVAESTIO LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Dominus alienans vasallos inuitos in alium, an priuetur proprietate feudi. Remissiue.*

1 QVæro, an dominus alienans vasallos inuitos in alium priuetur proprietate feudi. Dixi supra q. 28. vers. sed quæro.

QVAESTIO LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur.*

1 QVæro, quando dominus propter aliquam eius culpam priuatur proprietate feudi, cui illa applicetur, an vasallo, an superiori domino, an agnatis ipsius inferioris domini. Respon. quod in hoc variæ fuerunt opin. Doctorum: sed gloss. in cap. 1. in glo. 1. qualiter do. feud. prop. priuc. tenet quod directum dominium consolidetur cum vtili, & sic quod applicetur vasallo. Et dicit Sylua. de feudi recognit. quæstio. 32. quod hæc videtur receptior opi. Ego credo quod hæc opinio nõ sit vera, & forte etiam non sit communis, neque obseruetur in practica: & ideo semper tenui quod si iste dominus haberet alium dominum superiorem, applicetur il li domino superiori, nisi adessent agnati ipsius domini inferioris, qui essent vocati ad ipsum feudum ex tenore inuestituræ: nam eo casu crederem feudum ad ipsos deuolui. Si verò non adessent neque agnati, neque dominus superior, bene posset procedere illa opin. quod scilicet consolidaretur directum cum vtili. Et superioribus annis cum quidam Marchio fuisset priuatus feudo propter inhumanitatem erga subditos, consuluerunt multi Doctores quod feudum erat applicandum agnatis, qui erant vocati ex tenore inuestituræ, non autem Cæsari. & ita credo fuisse iudicatum per Consilium Cæsareũ.

QVAESTIO LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina an succedat in feudo.*

2 *Et quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem & iurisdictionem. vers. Sed quæro.*

3 *Et quid si expressè sint vocatæ fœminæ in inuestitura, vers. Item quæro.*

4 *Quid intersit an inuestitura concepta sit per verba masculis & fœminis vel masculis cum fœminis. ver. Et in b c proposito.*

5 *Et quid si feudum fuerit a principio concessum fœminis ver. Præterea quæro.*

6 *Et quid in feudo empto. vers. Sed quid in feudo.*

7 *Quid in feudo pro quo nullum seruitium præstatur. vers. Vlterius quæro.*

8 *Quid si seruitium ita possit præst. i per fœminam sicut per masculum vers. Item quid si feudum.*

9 *Et quid si statuto, vel consuetudine introductum fuerit, vt fœminæ in feudis succedant, ver. Sed quid si adsit.*

10 *Fœmina pluribus rationibus excluditur a feudo quam clericus.*

1 QVæro, an fœmina a succedat in feudo. Resp. quod regulariter non succedit. text. est in c. 1. §. hoc autem de iis qui feud. dare poss. & est communis regula, vt dicit Dec. consi. 139. vers. sed tamen. & ita moribus feudorum receptum est, vt ait Zas. de feud. in 8. parte, vers. super 2. partic. Ratio autem quare fœmina reputatur inhabilis ad feudum, est quia nõ potest dominum iuuare, nec pugnam facere: ita dicit gloss. in d. §. hoc autem, in verbo, A successione feudi: quæ in hoc est communiter approbata, vt ait Alexan. consi. 10. post num. 6. lib. 5. consilio 98. nume. 9 lib. 6. Ruin. consi. 18. num. 13. libro 1. quæ tamen ratio mihi plane non satisfacit prout etiam non satisfecit ipsi gloss. quæ propterea subdidit, quod fuit pro ratione voluntas.

2 Sed quæro quid si bona non sint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & administrationem cum mero & mixto imperio: nunquid fœmina erit eorum capax? Respon. quod non. ita tenet Bartol. in l. 2. circa med. ff. de reg. iur. & est communis opin. vt dicit Soci. Iun. consi. 68. num. 26. lib. 1. Ruin. consi. 99. post nume. 15. vers. solum igitur, lib. 1. Sed tamen quicquid sit de iure, videmus de consuetudine contrarium obseruari: quia mulieres quotidie succedunt in Comitatibus, & aliis dignitatib. & etiam in regnis.

3 Item quæro, quid si fœminæ expressè sint vocatæ in inuestitura, quia scilicet feudum concessum sit pro masculis, & fœminis? Resp. quod hoc casu deficientibus masculis, b fœminæ admittuntur: & ita omnes communiter concludunt, vt dicit Paris. consil 12. nume. 33. lib. 1. & hoc modicam habet difficultatem.

4 Et in hoc proposito aduerte ad vnum, super quo proximis diebus consului, quòd plurimum interest an inuestitura sit concepta pro masculis & fœminis; an autem pro masculis cum fœminis. quia Si feudum concessum sit pro masculis cum fœminis, veniunt ad successionem feudi, masculi & fœminæ simul, & semel: Si verò sit concessum pro masculis & fœminis, veniunt ordine successiuo, scilicet prius masculi: deinde, masculis deficientibus, fœminæ. ita dixit notab. Bald. in l. quoties, nume. 5. C. de suis & leg. & dicit Ias. in l. Gallus. §. quidam rectè, num. 22. ff. de libe. & posthu. quòd ita tenent omnes. Et hanc opin. dicit esse communem Paris. in d. consi. 12. num. 17. & seq. lib. 1.

5 Præterea quæro, quid si feudum sit maternum, siue fœmineum, scilicet a principio concessum vni fœminæ, nunquid postea ad tale feudum etiam aliæ fœminæ admittentur? Resp. quòd sic. ita probat text. in cap. 1. de na. success. feud. Sed hoc intellige vt procedat vbi masculi non extarent: & ita procedat text. qui videtur apertè contrariari, in c. 1. de benef. fœmin. secundum communem intellectum, vt dicit Curt. Iun. de feudis in 3. parte principali, in prima regula, versic. Secundò singulariter limitare, Zas. de feud. in 8. parte, in 2. particula, vers. supradicta conclusio: subdens quòd ita tenent coiter Doctores. Et ratio est, quia ex quo tale feudum in fœminis originem habuit, non est inconueniens quòd successiuè etiam fœminæ ad illud admittatur.

6 Sed quid in feudo empto, nunquid fœmina succedit? Respon. quòd in hoc sũt opin. inter Doctores: nam And. de Isern. in d. cap. 1. §. hoc autẽ, tenuit quod etiam c in feudo empto c fœminæ non succedant: & hanc esse communem opin. attestatur Brun. consil. feudali 18. nume. 7. Contrariam autem sententiam, quòd imò a successione huiusmodi feudi fœmina nõn excludatur, tenuit Odofr. in summa, qui possint succedere in feud. & hanc dicit esse communem Deci. consil. 390. nume. 7. Paris. consil. 4. nume. 39. lib. 1. referens Curt. Iun. ita attestari in dicta prima regula, versic. Sexto limitare. Et hæc opin. Odofr. mihi magis placet, quàm etiam credo esse magis communem, & verorem: quia

re uera tale feudum emptum non habet propriam naturam feudi, vt dixi sup. quæst. 16. versic. sed quæro. Quam tamen intelligo vt procedat, nisi ex inuestituræ ipsius tenore essent expresè vocari masculi, non autem fœminæ: nam eo casu crederem fœminas esse excludendas, etiam si masculi non extarent. principaliter enim in successione feudorum attendimus tenorem inuestituræ, in qua si solum essent nominati masculi, appareret de mente concedentis, quòd fœminæ non admitterentur. Addunt alij, quòd ad hoc vt fœmina possit in feudo empto succedere, duo requiruntur: Primum quod feudum fuerit iustò pretio emptum: Secundum, quòd pro ipso feudo nullum seruitium sit præstandum. & hanc dicit esse communem opin. Socin. Iun. consi. 65. post nume. 16. versi. vel tertio, lib. 1. Sed hæc declaratio in secundo requisito mihi non placet: quia eam tenendo, redditur omnino superflua & inanis prædicta conclusio: nam fœmina semper est capax feudi, quando pro eo nullum seruitium præstatur, siue sit emptum, siue non, vt statim dicam.

7 Vlterius quæro, an mulier sit capax feudi, pro quo nullum præstatur seruitium. Resp. quod sic: ita tenet Bald. in cap. 1. §. & quia, num. 19. qui feud. dare poss. Et hanc opi. dicit esse communem Curt. Iun. in d. prima regula, vers. quintò limitare, prout illum refert Paris. consilio 4. num. 19. lib. 1. & consil. 12. num. 27. eod. volum. & consi. 23. num. 30. eod. volum. nisi tamen verba inuestituræ repugnarent.

8 Item quid si feudum concessum sit pro certo seruitio, quod ita potest præstari per fœminam sicut per masculum, nunquid ad tale feudum fœmina admittetur? Resp. quod sic. ita tenuit Iac. de Belui. in cap. 1. §. qui nempe etiam, in titulo, Episcopum, vel abbatem: quem sequuntur omnes Feudistæ, vt dicit Gozad. consil. 56. num. 18. Et est communis limitatio, vt dicit Curt. Iun. in d. prima regula, vers. Nonò fallit. Et licet hæ duæ conclusiones fortè in puncto iuris paterentur aliquam difficultatem, ex quo non sola præstatio seruitij est causa excludendi fœminas à successione feudorum, tamen in practica non esset ab eis recedendum, nisi (vt dixi) verba inuestituræ repugnarent, vel consuetudo contrariam interpretationem recepisset, à qua, præsertim in causis feudalibus, nullo modo est recedendum, vt statim dicam.

9 Sed quid si adsit consuetudo in aliqua prouincia, vel statutum disponens, quod fœminæ possint in feudis succedere: nunquid in ipsa prouincia fœminæ erunt ad successionem feudorum admittendæ? Respon. quòd sic: & ita communiter concluditur, vt ait Paris. consil. 21. nume. 13. lib. 1. Nam in successione feudorum potissimè attendimus consuetudinem. Cùm enim feuda ipsa à principio introducta fuerint per consuetudinem, meritò debent etiam ab ipsa consuetudine regulari. Sed pone quod princeps, vel Imperator, velit dispensare quòd fœmina possit in feudo succedere: quæro an possit hoc facere in præiudicium agnatorum, qui successuri essent in feudo. Respon. quod non. & ita communiter concludunt Doctores, vt dicit Soci. Iun. consil. 76. nu. 18. lib. 1. non enim potest princeps auferre ius alteri quæsitum: sed dato quod posset, saltem non deberet hoc princeps facere.

ADDITIONES.

a Fœmina.] *Hic nota quod fœmina à feudo pluribus † ra-*
10 *tionibus videtur exclusa quam sit clericus vt per Soc. post alios quos citat in cons. 257. nu. 2. item quod fœmina excludatur cōmuniter a successione feudali quia incapax, cōmunem plene dixi in collec. mea comm. opin. in verbo, Fœ-* *num. 10. & 11. vbi limitaui, & quinque rationes ob quas regulariter fœminæ excluduntur a feudo, assignat Bal. in l. quoties, C. de suis & legit.*

b Deficientib. masculis.] *Adde vt per Ioan. Caph. in cons. 258. nu. 15. vbi concordantes.*

c Feudo empto.] *Vide per Rol. nouissime in consil. 41. vol. 4. & cons. 40. eo. vbi plenius & fœmina quando sit capax feudi empti, vi. per Caph. in cons. 171. nu. 15. vbi dicit feminas esse capaces, si feudum simpliciter esset emptū integro pretio, nec aliud seruitium esset præstandum, sed istud secundum requisitum non placet authori.*

d Nullum præstatur seruitium.] *Vide & plenius de cōmuni ista opinione per Rol. in cons. 25. nu. 10. qui sub nu. 12. firmat vbi requiritur iuramentum fidelitatis, & fusius nu. 35. cum iurib. seq. vbi loquutur in clerico beneficiato. Giacbar. I. V. C.*

QVÆSTIO LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Filius exhæredatus, an succedat in feudo.*
2 *Filius an & quando possit habere legitimam in feudis.*

1 a QVæro, an filius exhæredatus *a* possit in feudo succedere. Resp. secundum Iacob. Ardizo in sūma de successione feudi, sub rubric. an filius exhære. succe. in feudo, quod si filius fuit iniustè exhæredatus, potest in feudo succedere, rumpendo testamentū per querelam inofficiosi: si vero sit iustè exhæredatus, non succedit in feudo. & hanc opin. dicit esse communem Curt. iun. de feud. in 3. parte principali, in materia successionis descendentium, quæst. 3. quem refert Paris. cons. 1. nu. 7. lib. 1. Et in proposito facere videtur quod dicit Zas. de feud. in 8. parte, vers. de exhæredato, quod est consequentia in feudis recepta, Ex quibus causis filius potest exhæredari, ex eisdē potest etiam feudo priuari. c. 1. §. prædictis modis, quæ fuit prima cā benef. amit. Resolutio huius quæstionis pendet ab illa, nunquid filius possit feudum retinere sine hæreditate paterna: propterea dic; Aut exhæredatio est nulla, & non est in cōsideratione: Aut est valida, & tunc, aut sumus in casibus in quibus filius potest habere feudum, etiamsi non sit hæres patris: & pariter exhæredatio non est in consideratione quo ad successionem feudi? Aut sumus in casibus in quibus filius requiritur, quod sit etiam hæres ipsius patris: & tunc iste filius iustè exhæredatus non potest in feudo succedere. Neq; n. Prædictis modis, facit in proposito: quia aliud est dicere quod dominus potest vasallum feudo priuare ex omnibus causis, ex quibus pater potest filium exhæredare, vt ibi; aliud est dicere quod pater potest exhæredando priuare filium feudo: quia si esset feudum ex pacto & prouidentia maiorum suorum acquisitum non posset vasallus de eo aliquo modo in testamento disponere, vt dixi supra quæst. 40.

ADDITIO.

a Exhæredatus.] *Hic etiam scias q. filius non potest habere legitimam in feudis, in quib. primogenitus succedit, commune ui. per Card. Paris. in consi. 13. nu. 30. lib. 2. & in collec. mea com. opi. verb. filius, nu. 61. Giacbar. I. V. C.*

QVÆSTIO LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Filius fratrum in feudis, an succedant in stirpes, uel in capita.*
2 *Et quid si uocentur sine patruis, uer. Difficultas est.*

Quæro

1 QVarto vltimo loco, Moriens reliquit nepotes ex multis eius fratribus prædefunctis: nũquid isti filij fratrum succedent in capita, an autem in stirpes? Hæc quæstio in alijs successionibus ab intestato multum inter Doctores controuertitur, vt dixi supra lib. 3. §. primo, vbi tenui magis commun. in opin. esse quod succedant in stirpes, & nõ in capita. Sed quid dicemus in feudis? Respon. quod si isti filij fratrum veniant ad successionem feudi simul cum patruo, scilicet cum fratre vasalli defuncti, veniunt in stirpes, & nõ in capita. idemque; si veniant ad successionem aui simul cum patruo. & hoc est indubitatum secundum omnes, vt attestatur Aluarot. in cap. 1. in princ. nume. 2. de success. feud.

2 Difficultas est, quando vocantur sine patruis: a & hoc casu sunt opin. inter Doctores. nam Iacob. Ardiz. in summa, tenuit quod succedant in capita. & dicit Bal. in auth. cessante, post nume. 2. vers. sed hæc ratio, C. de leg. hær. quod ita communiter determinatur: quem refert Iacob. de feu. in verbo, Præsentes, & recipientes, nu. 13. Hanc etiam conclusionem, quod in feudis diuisio fiat secundum capita, dicit communiter teneri Rapha. Cuman. in authen. post fratres, la 2. C. de legit. hær. & post eum Corn. ibi, in fina. verbis. Contrariam autem opi. scilicet quod imò succedant in stirpes, tenuit Bald. in cap. 1. §. his verò, nu. 2. de succes. frat. vel de grad. succes. in feudo. & hanc opin. dicit esse communem Præpos. in cap. 1. §. & quia, de ijs qui feud. dare poss. prout illum refert Ruin. consil. 8. in fina. verbis lib. primo. Sed ego non reperio Præpo. ibi, maximè post nume. 73. vbi tractat hunc articulum, attestari in specie de communi opin. in materia feudali, licet ipse teneat hanc opin. & referat etiam aliquos attestantes de communi opin. in successionibus allodialibus. Tamen reuera ego credo quod Bald. in d. auth. cessante errauerit, dicendo communiter determinari in feudis, quod succedant in capita: & ita eum deridet Barb. in consilio posito inter consilia Alexan. in 4. vol. cons. 55. nume. 28. vbi dicit quod sciret libenter, quis spiritus reuelauerit Bald. quod Doct. ita cõmuniter teneant, &c. Ego dico quod si feudum esset hæreditarium, procederet de plano secunda opin. scilicet quod succederent in stirpes, quã in hoc casu videtur attestari esse magis communem Rui. consi. 25. nu. 23. lib. 1. & intelligo simpliciter hæreditarium. nam tale feudum reputatur pars hæreditatis, & de eo iudicandum est, vt de reliquo hæreditatis. Sed si esset feudum ex pacto, & prouidentia, vel absolutè, vel mixtim, fortè esset verior opin. Iaco. Ardiz. quia ad illud veniunt nepotes, non iure hæreditario, sed virtute inuestituræ, & sic cessat fundamentum tenentium contrarium. Hoc tamen absolute pro nunc non affirmo: quia eget pleniori discussione.

ADDITIO.

a Quando vocantur sine patruis.] *Adde & vi. per Rimin. Iun. in cons. 410. Giacbar I.V.C.*

QVAESTIO LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Filius vel agnatus, an possit repudiare hæreditatem & retinere feudum.*
2 *Et quid in feudo simpliciter recepto, ver. Aut est feudum.*
3 *Et quid in feudo mixto, vers. Aut vero.*

1 POne, aliquis vasallus decedit relicto feudo, & etiam relictis alijs bonis allodialibus: quæro nunquid poterit eius filius vel agnatus retinere feudum, & repudiare hæreditatẽ, quæ fortè esset onerata ære alieno. Resp. quod in hoc est differentia inter filiũ & agnatum. nam agnatus potest repudiare hæreditatem vasalli, & retinere feudum; filius autem cogitur vel acceptare vtrunque, scilicet hæreditatem, & feudum, vel vtrunque repudiare. & de hoc est tex. expressus in cap. 1. an agna. vel filius. Et sic in hoc sunt deterioris conditionis filij, quam agnati. Doctores multum laborant circa intellectum illius cap. Sed breuiter tu scias quòd varia sunt genera feudorum. Aut ergo feudum de quo agitur, est feudum nouum: & tene, quòd siue sit agnatus, siue sit filius, nunquam poterit repudiare hæreditatem, & retinere feudum; quia cum vasallus de huiusmodi feudo possit libere disponere, vt sup multoties dixi, maxime in quæst. 41. versic. & hæc quidem: successor dicitur habere feudum ex mero beneficio ipsius vasalli acquirentis: & hoc siue huiusmodi feudum ex tenore inuestituræ sit hæreditarium siue ex pacto & prouidentia: meritò non potest repudiare eius hæreditatem, & feudum retinere. Aut est feudum antiquum, sed mere & simpliciter hæreditarium: & pariter dicendum est quòd non poterit neque filius, neque agnatus hæreditatem repudiare, & retinere feudum: quia de huiusmodi feudo idem iudicatur, quod de cæteris allodialibus bonis vasalli, vt supra sæpius dixi. Aut est feudum antiquum informe, scilicet receptum simpliciter, nulla facta mentione filiorum neq; hæredum: & hoc casu dicendum est quòd habeat locum distinctio d. cap. vt scilicet filius non possit retinere tale feudum, & repudiare hæreditatem, agnatus autem possit. Et ita ab omnibus receptum esse attestatur Didac. libro secundo, resolutionum, capitulo decimooctauo, post numerum quartum, versicul. primum simpliciter. Et intellexi aliàs in Senatu conclusum fuisse, dispositionem illius cap. non habere locum, nisi in huiusmodi feudo informi. & ita tenendo cessarent fere omnes difficultates in hoc articulo per Doct. excitatæ. Aut verò feudum antiquum est mixtum, scilicet hæreditarium, & ex pacto & prouidentia; puta quia est concessum pro se, & hæredib. vel pro se, & filijs & hæredibus: Et hoc casu videtur quod non possit habere locum dispositio d. c. nam huiusmodi feudum siue sit filius, siue sit agnatus, non potest habere, nisi etiam sit hæres: nam vtraque qualitas requiritur, vt dixi supra in d. quæst. 9. versi. quandoque & tertio. Et propterea And. de Isern. in d. cap. 1. tenuit quod dispositio illius tex. procedat etiam in feudo non hæreditario, & sic absolute ex pacto & prouidentia, vt scilicet filius non possit illud retinere, repudiata hæreditate patris. & hanc opin. dicit esse communem Curt. Iun. consil. 138. nume. 29. Brun. consi. 24. in princ. Didacus libro 2. resolut. cap. 18. post nume. 4. vbi etiam versiculo 2. subdit quòd Sal. & Imola in locis, de quibus paulo post mẽtionem faciam, falsò testantur communem opin. esse in contrarium. Bald. autem in d. cap. 1. nume. 8. tenet contrarium, scilicet quòd imò dispositio illius cap. solũmodo locum habeat in feudo hæreditario, vel simpliciter recepto, non autem in feudo absolute ex pacto & prouidentia. Et dicit Sal. in l. 2. nume. 5. in fin. C. de liberi. & eorũ liber. quod ita se habet communis opin. Idem dicit Imola, in cap. ex parte, nume. 29. de feud. quem refert & sequitur Iacob. de feud. in verbo, Ita quod ipsi inuestiti, nu. 2. Et hanc ego sequor, tanquã veriorem. Neque obstat fundamentum tenentium contrarium, quia scilicet (vt ipsi dicunt,) aliter intelligendo, dispositio illius cap. esset elusoria, ex quo in feudo hæreditario, siue sit filius, siue sit agnatus, semper requiritur quod sit hæres ad hoc vt possit habere feudum quia licet verum sit, quod in tali feudo requiratur, quod volens succedere sit etiam hæres, non tamen est verum

quod requiratur volentem in tali feudo succedere, esse hæredem vasalli vltimo loco defuncti, sed sufficit quod sit hæres primi acquirentis, vt dixi in d. q.9. vers. sed quæro. & sic dispositio illius cap. operabitur quod in tali feudo pro se, & filijs, & hæredibus recepto, quod est hæreditarium, & ex pacto & prouidentia, filius non poterit repudiare hæreditatem paternam, & retinere feudum: Agnatus autem poterit retinere feudum, & repudiare hæreditatem vasalli vltimo loco defuncti, modo alias possit ex aliqua parte esse hæres primi acquirentis. Et hæc nota in practica: quia ista est notabilis & quotidiana quæstio.

A D D I T I O.

a Dicta.] *quæst.9. vbi dixi remissiue. Giachar. I.V.C.*

QVAESTIO LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi an habeat locum in feudis.*
2 *Et an in feudis concessis ab Imperatore vers. Scias tamen.*
3 *Et quid si cõcessa sint pluribus insolidum ver. Sed certè.*
4 *Et quid in feudis concessis ab alijs principibus vers. Et hæc quidem.*
5 *Et quid in feudis antiquis versi. Secundo principaliter.*
6 *Et quid si in diuisionibus totum feudum obuenit vni ex fratribus qui deinde decesserit sine liberis, an accrescet alteri fratri, ver. Sed pone.*

1 QVæro, an in successione feudorum locum habeat ius accrescendi. Hæc est quotidiana quæstio & valde vtilis. Pro cuius resolutione fac regulam quod in successione feudorũ non habet locum ius accrescendi, ita probat tex. in capit. 1. §. & quia vidimus, versic. sin autem vnus, de ijs qui feudum dare poss. & hæc est communis conclusio, vt attestatur Curtius Iunior de feudis in 2. parte principali, circa finem in 3. dubitatione principali circa materiam acquisitionis feudi. Nam feudum est contractus, vt dixi supra, quæstione 6. in contractibus autem non est locus iuri accrescendi, vt dixi supra lib. 5. §. ius accrescendi.

2 Scias tamen in primis, quod secundum aliquos, hæc conclusio non habet locum in feudo concesso ab Imperatore. nam in eo multi tenent quod habeat locum ius accrescendi. Et hæc limitatio per eos colligi videtur ex text. in l. vnica, C. si liberal. Imper. socius, lib. 10. vbi Imperator generaliter statuit, quod si quis ex ijs, quibus communiter aliquid ab eo donatum est, nullo hærede relicto decesserit, ad consortem potius quàm ad personam aliam, pars decedentis perueniat: de quo text. dixi in d. §. ius accrescendi. Sed punctus est videre an dispositio dict. l. vnicæ, quæ simpliciter loquitur in donationibus Imperatoris, habeat locum etiam in feudis, quæ communiter à principe aliquibus concessa sunt. Et in hoc variæ sunt opin. Doctorum. Nam Bald. in l. vnica, nu. 15. C. de cadu. tollen. tenet quòd sic: & hanc opin. dicit esse communem Ias. in l. si mihi, & Titio, num. 6. ff. de verbo. obl. & consil. 117. col. 6. versic. & tenendo, lib. 4. & consi. 136. nu. 4. eod. vol. Cur. Iun. in d. tertia dubitat. Gratus consi. 4. num. 14. lib. 1. Socin. Iun. consil. 73. num. 22. & seq. lib. 1. Contrariam tamen sententiam, quod scilicet etiam in feudo à principe pluribus simul concesso, non habeat locum ius accrescendi, tenuit Cyn. in l. vnica, circa fin. C. quando non per. par. quem multi sequuntur, quos recensent Modern. in apostil. ad Alexand. consilio 30. sub nume. 8. libr. 1. affirmantes, quòd imò quidquid dixerint alij, hæc est crebrior opin.

3 Sed certè credo, quòd prima opin. sit magis communis, & etiã verior, quod scilicet in feudis à principe simul concessis habeat locum ius accrescendi. Cùm enim in alijs concessionibus Principum ita reperiatur cautum de iure communi, illi standum est etiam in feudis, ex quo expresse non reperitur iure feudorum dispositum in contrarium. Quia tamen quæstio non est sine difficultate, ad euitandas opi. aliquando consului quod in inuestitura apponerentur illa verba. Et cuilibet eorum in solidum. Vbicunque enim inuestitura concessa est duobus, & vnicuique, vel cuilibet eorum, eo casu proculdubio vno deficiente, alter habebit totum. ita decidit Bald. in cap. 1. §. fin. num. 3. de success. feud. & est communis conclusio, quæ non habet contradicentem, vt ait Curt. Senior. consil. 49. num. 53. quem refert Bello. consil. 20. num. 3. Et dicit Sigismund. consil. 15. feuda. nu. 3. quod ita præcedens conclusio ab omnibus Doctoribus limitatur.

4 Et hæc quidem conclusio satis de plano procedere videtur in feudo concesso ab Imperatore, de quo loquitur tex. in d. l. vnica, C. si liberali. Imper. vt scilicet in eo locum habeat ius accrescendi. Sed quid si fuerit concessum ab alijs Principibus? Resp. quod idem dicendum est etiam in feudo concesso à Regibus, secundum Bald. in cap. 1. nu. 2. de duob. fratri. à cap. inuest. & etiam ab alijs Principibus non recognoscentibus superiorẽ. Et quod dispositio d. l. vnicæ procedat in quocunque Principe, qui superiorem non recognoscat dicit esse communem sententiam Curt. Sen. in d. consi. 49. post nu. 50. versic. modò sic. & ita etiam communiter teneri attestatur Socin. Iun. in d. consil. 73. num. 7. Et hæc opi. mihi placet. Quia quilibet princeps non recognoscens superiorem, habet in suo dominio idem ius, quod habet Imperator in toto orbe, vt dixi supra libr. 2. §. princeps.

Quando autem quis dicatur sine hærede decedere, ad hoc vt in feudo sit locus dispositioni d. l. vnicæ, dixi in d. §. ius accrescendi.

5 Secũdo principaliter scias, quod ista conclusio quæ habet, quod in feudis non habet locum ius accrescendi, est intelligenda vt procedat in feudo nouo. nam in tali feudo verum est, quod non habet locum ius accrescendi: & ista est communis regula, vt ait Par. cons. 16. num. 2. lib. 4. Gratus in d. cons. 4. nu. 51. lib. 1. Sed quando feudum est antiquum, tunc inter descendentes à primo acquirente procedit successio, non quidem ex iure accrescendi, sed ex iure inuestituræ paternæ. ita colligitur ex tex. in cap. 1. ubi glo. in verbo, Patris vel aui. de feu. March. & est communis opin. vt dicit Alexan. cons. 21. nu. 5. lib. 5.

6 Sed pone, duo fratres successerunt in feudo paterno: & in diuisionibus tale feudum obuenit totum vni ex eis, qui deinde decessit sine liberis. quæro nunquid feudum ipsum accrescet alteri fratri. Respond. Bald. in l. vnica, nume. 33. C. quando non per. part. tenet quod non accrescet fratri, ex quo apud eum nulla portio feudi reperiebatur. Contrariam tamen opinionem tenuit idem Bald. in l. 1. post num. 8. versic. 11. quæritur, ff. de rer. diuis. & hæc opi. est magis communis, vt attestatur Aretin. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. penul. versic. pro decisione huius quæstionis, ff. de verb. obl. quem refert & sequitur Rui. consi. 8. post nu. 11. lib. 1. & consil. 11. num. 14. eod. volu. Ego credo Bald. in d. l. vnica, bene dixisse, quod scilicet feudum alteri non accrescit: nam in iure accrescendi, portio accrescat portioni, non personæ vt dixi in d. §. ius accrescendi. Sed bene verum est, quod frater hoc casu nihilominus succedit in feudo, licet non per ius accrescendi, sed tenore inuestituræ. & ita procedit secunda opin.

Sed quid si frater in diuisionibus renunciasset omni iuri,

ni iuri, &c. nunquid hoc casu, non obstante renunciatione, poterit venire ad feudum, si frater sine liberis decesserit? Dixi infra hoc eod. lib. § renunciatio.

ADDITIO.

a Prima opin. &c.] *Et hanc opinionem tenet Alexan. in d. cons. 30. nu. 8. num. 18. vt per eum. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vel monachus, an succedat in feudo.*
2 *Et an ad hoc transeat perpetuo in ecclesiam, ver. Quae tamen.*
3 *Et quid in feudis maioribus. versic. Sed haec conclusio.*
4 *Et quid si praestetur seruitium personale, vers. De clerico.*
5 *Et quid in clerico constituto in sacris vers. Et haec omnia.*
6 *Comes factus episcopus an perdat castrum, quod obtinet ratione primogenituræ.*

1 QVæro, an clericus succedat in feudo. Hæc quæstio à Doctoribus satis confusè tractatur, non distinguendo casus, in quibus posset in practica contingere. potest enim esse quod habens feudum efficiatur monachus, aut clericus, vel quòd feudum ipsum ad aliquem iam clericum iure inuestituræ, vel aliter deuoluatur. Dic ergo quòd quando vasallus efficitur monachus, aut seruitium, quod præstatur pro ipso feudo, est reale, quia scilicet præstatur res, vel pecunia, siue etiam est personale, quod tamen potest à clerico honestè præstari per se, vel per idoneum substitutum; & tunc feudum durat, & transit in monasterium; aliàs autem feudum non durat, sed finitur, & ad dominum directum reuertitur: & ingressus à sacramento fidelitatis absoluitur. Et hanc distinctionem tenent communiter Doctores, vt attestatur Salyce. in auth. ingressi, nume. 11. C. de sacrosanct. eccles. quem refert Afflict. decisio. 320. nume. 2. & 3. & Dec. in cap. in præsentia, nume. 74. de probatio. & Curt. Iun. de feu. in 2. parte tertiæ partis principalis, quæst. 10. & Iacob. de feud. in verbo, Et quibuscunque hæredibus, nume. 4. Dicit etiam Alexan. consil. 10. nume. 8. libr. 5. quòd ita tenent omnes, quòd consilium est duplicatum in consil. 98. lib. sexto.

2 Quæ tamen opin. intelligenda est vt procedat non ad hoc vt feudum ipsum perpetuò remaneat apud monasterium, sed tantum ad hoc vt monasterium illud habeat durante vita feudatarij quò ad commoditates ipsius feudi. ita dicit Bald. in cap. 1. nume. 2. de mili. vasal. qui arma bellica &c. & in hac opin. non datur contradictor, vt ait Capic. decis. 1?. nu. 10.

3 Sed hæc conclusio mihi nunquam placuit, quod facilè feudum transeat in monasterium, si vasallus efficiatur monachus: quia hoc esset distrahere monachos ab instituto suæ religionis, quod est seruire Deo, & abstinere se à negotijs & administrationibus secularibus. Propterea dicerem, quod si superessent alij vocati ex tenore inuestituræ, illi deberent succedere in feudo, perinde ac si vasallus esset naturaliter mortuus; & si isti nõ superessent, quod feudum reuerteretur ad dominum directum. Et licet gloss. in cap. 1. §. 1. in versic. Postposuerit, de feud. vel beneficio fœmi. absolute dicat, quod hoc casu feudum ad dominum reuertatur, tamen illa gloss. debet intelligi vbi agnati non superessent, vel vbi feudum esset nouum. & ita illam intelligunt communiter Doctores, vt dicit Curt. Iun. in d. 10. quæst. in fin. Si tamen vellemus tenere cõmunem opin. illa esset iudicio meo, restringenda, vt procedat solummodo in feudis inferioribus, id est non habentibus dignitatem annexam. Sed si filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis, efficeretur monachus, non crederem quòd Regnum, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus acquireretur monasterio. & ita etiam de facto seruari attestatur Specul. de statu monach. §. 1. nume. 15. Saluo tamen semper iudicio Sanctæ matris Ecclesiæ, cui in omnibus me subijcio.

4 De clerico autem non videtur dubitandum, quin feudum capere possit: sunt enim de hoc text. aperti in cap. verum. & in c. ex transmissa, de foro compe. & ita communi opi. obtentum est, vt dicit Zas. de feud. in 5. part. circa fin. Dicit etiam Cardi. in c. 1. §. & quia, post princ. de ijs qui feu. dare poss. quod multi Doctores, & in specie Martinus Laud. ibi, inquiunt hanc esse communem opin. Quam tamen intellige vt procedat, modo pro tali feudo, præstetur seruitium reale tantum: nam eo casu vtique clericus est capax feudi: & ita est de mente omnium, vt ait Ruin. in consil. 42. nume. 10. lib. 1. Sed si præstetur seruitium personale, non modo clericus non succedit in feudo ad eum deuoluto post clericatum, sed si post deuolutum feudum vasallus efficiatur clericus, amittit feudum. Et hæc est verior, & magis communis opin. vt dicit Rui. in d. consi. 42. nume. 9. Sed hoc rursus ego intelligo vt procedat quando huiusmodi seruitium personale non posset explicari per substitutum secundum distinctionem, de qua supra in monacho dictum est. & ita dicit esse communem opin. Crauetta consil. 303. post num. 10. versi. Secundo respondeo.

5 Et hæc omnia de plano procedunt in clerico, qui sit tantum primæ tonsuræ, & non in sacris constitutus: Nam talis proculdubio succedit in feudo. ita dicit Bal. in cap. 1. §. qui clericus, nume. 7. si de feudo fue. controuer. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. Iun. in d. q. 10. col. pen. versi. Secundò limita. Et hanc opi. quod clericus in minoribus constitutus nõ priuetur feudo, dicit teneri in practica iudicando & consulendo, Barb. de præstan. Card. in 5. quæst. basilica primæ partis, nume. 5. quem refert Crauetta in d. consil. 33. post nu. 7. Cæterum communiter seruatur, quod Episcopi & Cardinales retinent feuda eis deuoluta iure successionis, ne dignitas potius decrementum quàm incrementum eis attulisse videatur. & sine controuersia admittuntur ad præstandum quodcunque seruitium per substitutum. Alij autem clerici, vel in sacris constituti, vel etiam in minoribus, si sunt beneficiati, non retinent feudum, pro quo sit præstandum seruitium personale: si verò sunt in minoribus constituti, & non beneficiati, admittuntur ad feudum sicut mere laici. Et ita etiam videtur esse communis mens Doctorum in hac materia scribentium, à qua recedendum non esset in practica.

ADDITIONES.

a An clericus.] *Adde quod clericus primæ tonsuræ est capax bonorum feudalium commun. Rolan consil. 43. nu. 1. & vide fusius in collec. mea commu. opi. in verbo, clericus, nu. 22. Et è conuerso quòd clericus in feudo haud succedat. commune per Crauet. consil. 303. & dixi fusius vbi supra, nu. 31. in feudo tamen conditionato bene succedit, commune per Saly. authen. ingressi, col. fin. C. de sacrosan. eccles. & dixi plenius vbi supra, nu. 32.*

b Efficitur Monachus.] *Hic cadit pulcherrima dubitatio nunquid Comes † factus Episcopus perdat castrum,*
6 *quod obtinet vigore primogenituræ, vbi castrum feudale est. vide per C. phal. consil. 1. vbi plene ad partes disceptit, & quod haud aequitas tenet contraria diluens. Giacbar.*

QVAESTIO LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Collaterales an succedant in feudo.*
2 *Et quid in feudo nouo.*
3 *Et an succedant vsque in infinitum.*
4 *Et quid si concessum sit sacerdoti pro se, & hæredibus.*

1 2 HAbes regulam in materia feudorum, quod quandiu sunt descēdentes, *a* ipsi in infinitum succedunt, est tex. in c. 1. de success. feud. & hæc conclusio est ab omnibus recepta, vt dicit Zas. de feud. in 8. par. versi. secunda conclusio.

Si verò non extant descendentes, tunc admittuntur transuersales agnati progeniti à primo ascendente. Est communis opin. consuetudine firmata, vt attestatur Zasius in d. 8. parte versic. tertia conclusio.

2 Sed quæro, an simpliciter & indistinctè verum sit, quod collaterales in feudo succedant. Resp. quòd est distinguendum, tàm respectu qualitatis feudi, quàm gradus agnationis. Aut enim loquimur in feudo nouo. & nō succedunt collaterales, nisi id expresśè actum sit. & ita tenet glo. in c. si quis miles, in gloss. vnica. constit. feud. Loth. &c. quæ glo. tenetur per communiter Scribentes, vt dicit Alua. in eo. cap. si quis miles. num. 2. & ideo, si duo fratres fuerint inuestiti de feudo pro se & filijs, &c. & vnus eorum decedat sine liberis, superstite filio alterius fratris prædefuncti, portio istius fratris non pertinet ad dictum nepotem superstitem, quia ipsi fratres videntur prospexisse sibi tantum, & vnusquisque eorum filijs suis, non autem filijs alterius fratris. & hanc dicit esse communem conclusionem Curt. Sen. consil. 49. nume. 11. Aut verò loquimur in feudo antiquo: & tunc bene procedit conclusio, quod agnati collaterales in feudo succedant.

3 Difficultas est, an succedant solummodo vsque ad
b septimum gradū, *b* an etiam vsque ad infinitum. Nam in hoc articulo videntur esse duo tex. contrarij: quia in c. 1. §. & quia, de ijs qui feud. dare possunt, expresse videtur probari, quòd agnati succedant solummodo vsque ad septimum gradum: text. autem in c. 1. §. j. de natu. success. feudi videtur probare quod succedant etiā in infinitum. Sunt etiā inter Doctores variæ opin. nam Iaco. de Belui. in c. 1. de feu. March. dicit quod vbi agnati sint descendentes primi inuestiti, debent in infinitum succedere in ipso feudo, ex beneficio primæ inuestituræ. Et hanc opinionem, quod inter descendentes primi vasalli, procedat successio, etiam vltra decimum gradum, dicit esse communiter receptam Didac. lib. 3. resol. c. 5. post nu. 4. versi. Quintò hinc. Quidam autē Doctor antiquus appellatus Ioan. Fasoli, tenuit contrariam opinionem, quod scilicet non admittantur collaterales vltra septimum gradum ad successionem feudi. & dicit Bald. in d. c. 1. nu. 4. de feud. March. quod ita cōmuniter tenetur, quem refert Ias. in l. certum, post num. 3. vers. Secundò principaliter. C. vnde legi. & Soc. Iun. consi. 76. num. 73. lib. 1. Hanc etiam opi. dicit esse communem Mart. Laud. inter consil. feu. Bruni consil. 119. post nu. 8. Paris. cons. 23. nu. 262. lib. 1. Mihi autem placet prima opi. quod scilicet succedāt vsque in infinitum & secundum illam, si casus contingeret, consulerem, & iudicarem. Nam hoc casu non potest proprie dici quod agatur de successione collateralium, sed de successione ascendentis declara virtute primæ inuestituræ. & credo quod ita etiam indistinctè obseruetur, maxime in feudis regalibus: & in specie de corona regni Franciæ attestatur ita se habere consuetudinem Boer. consil. 10. nu. 16. vsque ad fi. cons.

4 Sed hic occurrit pulchra quæstio: Pone, Princeps, concedit feudum alicui existenti in sacris, pro se, & hæredib. certum est quod illud verbum, Hæredibus, quod in materia feudali intelligitur de filijs, siue descendentibus, non potest hoc casu verificari in filijs: quia talis constitutus in sacris, nisi eos suscepisset ante clericatum, non posset habere filios habiles ad successionem feudorum. Nunquid ergo hoc casu censebitur feudum concessum etiam pro agnatis collateralibus ipsius inuestiti? Respon. quod sic. ita dicit Bald. in c. j. §. naturales, post nu. 8. si de feudo fue. contro. quem sequuntur communiter Doctores, vt dicit Cur. Iun. de feud. in 3. parte, in materia successionis descendentium, in prima regula, q. 17. in fi. Quod nota, quia de facili quis responderet prima facie contrarium.

ADDITIONES.

a Descendentes.] *Adde vt per Bal. in tex. allegato, & per Ceph cons. 133. nu 28.*

b Ad septimum gradum.] *Adde & per Io. Ceph. eo. cons. 133. nu 28. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina semel admissa ad feudum, an postea superueniente masculo excludatur.*
2 *Et quid econuerso an fœmina semel exclusa per existentiam masculi semper remaneat exclusa, vers. Sed quæro.*

1 POne, Duæ sorores nullis existentibus masculis, successerunt in feudo; intellige in casu in quo poterant de iure succedere, de quo dixi supra q. 73. per totam quæst. Modò vna ipsarum suscepit filium masculum: quæro an ille masculus stāte inuestitura, quæ velit masculos excludere fœminas, excludat etiam sororem matris suæ, quæ semel admissa fuit ad feudi successionem. Resp. Andr. de Isern. in c. 1. de eo qui sibi. & hæred. suis, tenet quod illam excludat. Sed communis opin. est in contrarium, scilicet quòd imò fœmina semel admissa ad successionem feudi, propter non existentiam masculorum, si postea masculi superueniant, non excludatur. & ita esse communem opi. attestatur Aluarot. in d. c. 1. num. 5. quem refert Iacob. de feud. in verbo, Et fœminis, nu. 17. Zasius de feud. in 8. parte, in 2. particula, ver. sed quæras de casu, Cur. Iun. in prima regula tertiæ partis principalis, in 28. q. Nam lex regulariter non patitur, quod dominia rerum stent in suspenso. & ad hoc faciunt quæ dixi supra, lib. 1. §. statuto, in casu statuti excludentis fœminas extantib. masculis.

2 Sed quæro, quid è conuerso; nunquid fœmina semel exclusa propter existentiam masculi, semper re-
a manebit exclusa, *a* ita quod etiā mortuo masculo qui eā exclusit, adhuc admitti non possit. Respon. quod sic: & ad hoc allegatur tex. in c. 1. §. quin etiā Episcopum, vel Abb. secundum intellectum Andreæ de Isernia, quem communiter Doctores sequuntur, vt ait Cur. Iun. in d. prima regula, quæstio. 27. subdens, hanc esse communem opin. quæ tamen mihi semper visa fuit dura saltem quando agitur inter fœminam ipsam, quæ sola superest ex tenore progeniei primi inuestiti, & dominū. Bene posset procedere textus in d. §. quinetiam & communis opinio, quando ageretur inter fœminam, & alium agnatum, in casu, in quo masculi & fœminæ essent vocati in inuestitura, secundum gradus proximitatem, vt proximis annis contigit disputari in quodam feudo in partibus Pedemontium. sed quò ad ipsum dominum, crede-

crederem absolute quod existente fœmina, licet per masculum semel exclusa, quæ esset ex vocatis in inuestitura, feudum non aperiretur domino. Nec facit argumentum quod ita etiam statutum sit in successione bonorũ allodialium: quia longa est ratio differentiæ. nam illa portio a qua fœmina excluditur, stante statuto, efficitur patrimonium masculi excludentis, & incorporatur eius bonis, ita quod non dicitur amplius agi de hæreditate illius ascendentis, sed successoris. In feudis autem secus est. Nam vbi tractatur de vocatis in inuestitura, semper dicimus agi de successione primi inuestiti. Cogita.

Sed præsupposita communi opinione pro vera, quæro, quid si ille masculus excludens statim moriatur? Respondeo, quod hoc casu fœmina est admittenda. & ita prædictam conclusionem limitat gl. in d. §. quin etiam, in verbo, non admittuntur. & dicit Curt. iun. in d. q. 27. col. 2. vers. Retenta igitur, quod Doctores communiter sequuntur hanc limitationem. Non enim videtur extitisse, qui statim defecit.

ADDITIO.

a Exclusa.] *Et de ista q. Adde atque vide in collecta mea com. opin. verb. feudum, nu. 173. & plenius in verbo, Fœmina, nu. 18. cum multis sequentibus. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *In feudis dignitatum an requiratur noua concessio.*

1 QVæro, an in feudis dignitatum puta Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, requiratur noua concessio, ad hoc vt descendentes inuestiti in ipsis feudis succedant. Respon. quod de iure vtique requirebatur noua concessio, ex quo huiusmodi feuda potius electione, quam successione obueniunt. & ita colligi videtur ex tex. in c. 1. de feudo March. Sed tamen consuetudo contrarium vsu pauit. quia hodie in istis feudis, sicut in alijs, habet locum successio. & hæc est communis doctrina Doctorum, vt dicit Zas. de feud. in 8. parte, vers. super tertio principali. hanc etiam dicit esse communem sententiam, Iacob. de feud. in verbo, Dux. ver. quid si rex. num. 2. & seq. Intellige quando huiusmodi feudum conceditur alicui in proprietatem: alias secus. Et intellige etiam vt transeat ad primogenitum tantum, & non ad alios hæredes. & ita quotidie obseruatur, vt dicit Iaco. in loco præallegato.

QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis an succedat in feudo.*
2 *Et quid si sit legitimatus ad feuda. vers. Sed quæro.*
3 *Et quid si talis legitimatus sit spurius. ver. Et nota.*
4 *Et quid si legitimatio facta sit a Comite palatino. vers. Et hæc quidem.*
5 *Et quid in legitimato per subsequens matrimonium. vers. Item quæro.*
6 *Quid si feudum receptum sit pro se, & filiis legitime natis. vers. Sed quid si feudum.*
7 *Naturalis quis proprie dicatur, & quis large.*

1 a FIlius naturalis a nõ succedit in feudo, etiam si sit legitimus. tex. est expressus in c. 1. §. naturales, si de feudo defuncti, &c.

2 Sed quæro: quid si a principe sit legitimatus expresse ad feuda. Respond. quod talis bene succedit in feudo, & excludit cæteros agnatos remotiores, & ita dixit gloss. in d. §. naturales, in verbo, Legitimi, quam dicit esse communiter approbatam Paris. cons. 1. nu. 76. lib. 2. Ruin. cons. 36. nu. 18. lib. 1. Curt. iun. consil. 136. nu. 1. Et est magis communis opi. vt attestatur Boerius decis. 123. nu. 6. Cur. iun. cons. 167. nu. 28. Illam etiam gl. dicit esse per omnes communiter approbatam Cur. iun. de feud. in tertia parte in materia successionis descendentium, q. 17. in princ. subdens, quod secundum communiter Doctores sufficit quod princeps legitimet in genere ad successionem feudorum, licet non exprimat in specie ad talia & talia feuda.

3 Et nota, quod licet gl. in d. §. naturales, loquatur tantum de naturalibus simpliciter, tamen idem est etiam in spurijs, & in alijs illegitimis, secundum omnes; vt dicit Cuman. cons. 168. nu. 4. vbi etiam subdit, quod ita quotidie de facto seruatur.

4 Et hæc quidem conclusio de plano procedit quando talis legitimatio est facta ab ipso Principe penes quem est plenitudo potestatis: Sed quid si facta sit a Comite palatino habente priuilegium legitimandi? Resp. quod idem est dicendum, modo talis Comes habeat in priuilegio expressam potestatem legitimandi ad feuda, ita dicit Signor. cons. 220. nu. 4. & sequen. & est communis opin. vt dicit Paris. in d. cons. 1. num. 123. lib. 2. Modet. in consue. Paris. feud. §. 8. gl. 1. nu. 38.

5 Item quæro, quid in eo, qui est legitimatus per subsequens matrimoniũ? Resp. quod iste vtique succedit b in feudo. ita tenet And. de Iser. in d. §. naturales; & ita communiter tenetur, vt dicit Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus, il 1. nu. 18. in fi. ff. ad Trebellia. quem refert Ias. in l. generaliter. §. cum autem, post num. 10. C. de instit. & substit. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Cur. iun. consil. 136. nu. 1. Decius consil. 155. post num. 5. quem refert Paris. consil. 13. num. 44. & seq. lib. 2. vbi etiam refert Socinus idem attestari consil. 3. num. 2. lib. 3. quem tamen ego in libro meo non reperi hoc attestantem, licet in eo consilium. 6. videatur transire cum hac opi. quam ego etiam sequor quia huiusmodi legitimati fere in omnibus reputantur legitimi.

6 Sed quid si feudum sit receptum pro se, & filiis legitime natis, nunquid talis legitimatus per subsequens matrimonium succedet in feudo? Respon. quod sic: & ita tenet Abb. in c. tanta, nu. 7. qui filij sint legitimi. vbi etiam dicit quod ita tenent communiter Doctores: & est communis opin. vt dicit Card. Alex. in d. c. tanta, Ripa in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. il 1. post num. 47. quia vt dixi, æquiparantur legitime natis in omnibus, & per omnia.

ADDITIONES.

a Naturalis.] *Quis propriè dicatur naturalis, & quis large † vide supra §. emphyteusis, quæst. 30. atque in singul. meo 37. necnon in collec. mea commu. opinio in verbo naturalis. nu. 1. vbi declaratur. Item an fratres feuda paterna & hæreditaria, vsque adiacentia, contra fratrem legitimatum, qui ad feudum se admitti petit incapacitatem eius opponere possint: & eum vt extraneum repellere, vide Menoch. in cons. 202. vbi plene & pulchre. Item quod filius legitimatus etiam specialiter succedat non solum in bonis allodialibus, sed etiam feudalibus, commune vid. per Socin. consilio 3. numero 9. volum. & dixi in collect. mea comm. opinio. in verbo, filius, nu. 81.*

b Vtrique succedit.] *Adde de ista commune per Dec. in c. cum in cunctis, num. 10. de elect. & dixi in collect. mea comm. opin. in verbo legitimatus, nu. 31. Giachar. I. V. C.*

QVAE-

QVAESTIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Extranei hæredes an succedant in feudo.*
2 *Et quid si receptum sit pro se, & hæredibus, versic. Sed quid si feudum.*

1 QVæro, an in feudo succedant extranei hæredes. Respo. Omne feudum quod potest alienari sine consensu domini, vel agnatorum, transit ad extraneos hæredes: quia de tali feudo idẽ iudicatur, quod de aliis bonis allodialib. & ideo si feudũ sit nouum, ex quo potest libere per vasallũ alienari interueniente cõsensu domini, vt dixi supra, q. 41. vers. & hæc quidem, poterunt etiam in eo cum licentia domini succedere extranei hæredes. Si vero sit concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, tunc poterunt etiam sine licentia domini in eo succedere extranei. Idemque si sit concessum pro se, & quibus dederit. potest enim de eo vasallus libere disponere, Si vero feudum sit simpliciter receptum, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, tunc ex prouidentia legis non vocantur ad feudum nisi filij, & descẽdentes ipsius inuestiti, vt dixi supra q. 9. vers. sed quid dicendum. & ideo in tali feudo extranei hæredes non succedunt. Aut uero feudum est receptum pro se, & filiis, vel pro se, & liberis, vel pro se, & descendentibus: & in hoc non est difficultas, quia extraneus hæres ad illud non admittitur. Aut est receptũ pro se, & filiis, & hæredibus: & idem est dicendum, scilicet quod extraneus hæres non succedat ad hoc enim, vt quis in tali feudo succedat, requiritur, quod in eo vtraque qualitas cõcurrat, vt dixi supra, in d. q. 9. vers. quandoque, & tertio.

2 Sed quid si feudum sit concessum simpliciter pro se, & hæredibus nunquid in tali feudo admittentur extranei hæredes? Respon. quod licet in hoc articulo inter Doctores variæ fuerint opi. tamen tenendum est quod extranei hæredes in tali feudo non succedant. & ista est communis opin. vt dicit Bal. in l. etiam, in fine principij, ff. solu. matr. quam refert Dec. cons. 175. post nu. 3. vers. vlterius etiam, & consi. 395. nu. 8. & Gozad. cons. 9. nu. 51. & Socin. Iun. consil. 112. nu. 8. lib. 2. & consil. 72. num. 26. lib. 1. Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Calder. consil. 15. sub titulo de verb. signi. quem refert Gratus consil. 4. nu. 32. lib. 1. Et dicit Paris. consil. 2. nu. 23. lib. 1. quod ita concludunt communiter omnes. & dicit Socin. iun. cons. 108. nu. 6. lib. 2. quod istud est commune dictum. Hanc etiam dicit esse communẽ opi. Gozad. cons. 26. num. 30. Et ratio est, quia verbum Hæredibus, in materia feudali recipit a lege hanc interpretationem, vt intelligatur solum de descendentibus. ita est communis opi. vt attestatur Rubeus consil. 164. nu. 13. Gratus cons. 29. nu. 41. lib. 2. Boerius, q. 16. nu. 3. & dixi supra sæpius.

ADDITIO.

a Filijs & hæredib.] *Item quod extranei non veniant in concessione facta pro se, filijs, & hæredibus, commune dixi Alex. cons. 16. nu. 3. vol. 2. & dixi in collect. mea com. opi. extraneus, nu. 3.* *Giacbar. I.V.C.*

QVAESTIO LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an succedat in feudo.*

1 QVæro, an fiscus succedat in feudo? & sic an publicatis bonis vasalli cõfiscetur etiam feudũ. Resp. a quod non ita tenet Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus, nu. 3. ff. de damno infecto. & est communis opin. vt dicit Roman. in d. §. si de vectigalibus quem refert Apostil. ad Ange. de malefic. in verbo, præsente Caio, post nu. 40. Alex. in eo. §. si de vectigalibus nu. 30. Iacob. de feud. in verbo, Dictique vasalli, il 1. num. 61. & seq. Ruin. cons. 23. nu. 23. lib. 5. Curt. iun. cons. 4. nu. 20. Rub. cons. 134. nu. 3. Boer. decis. 374. nu. 9.

Ego vero aliquando dicebam: in hoc proposito considerari posse tria genera feudorum. Primum est, de quo vasallus non potest libere disponere sine licentia domini, & sine consensu agnatorum. cuiusmodi est feudum antiquum ex pacto & prouidentia: & tale feudum, etiam quod vasallus delinquat, & eius bona fisco aplicentur, nunquam venit in confiscatione bonorum cuiuscunque generis sit delictum. nam, vt dixi supra q. 66. mihi semper visum fuit iniquum, & absurdũ, quod vasallus possit delinquendo præiudicare domino, aut agnatis, quibus non posset præiudicare alienando. & cum ad huiusmodi feuda non admittatur extraneus hæres, vt dixi q. prox. ergo nec fiscus, qui hoc casu habetur loco extranei hæredis: quæ consequentia apud me habet nullam difficultatem. Quis autem hoc casu præferatur in ipso feudo, an dominus directus, an autem filij. vel agnati: dicendum est quod Si quidem delictum est tale, propter quod dominus, non possit priuare vasallum feudo, semper præferuntur agnati. Si verò propter illud delictum vasallus posset feudo priuari, tunc vt scias quis præferatur, vide quæ dixi sup. in d. q. 66.

Secundum autem genus feudorum est, de quod vasallus potest cum consensu domini libere disponere, etiam in extraneum in præiudicium filiorum, vel agnatorum: & huiusmodi est quodcunque feudum nouũ, sub quocunque tenore receptum sit, vt dixi supra q. 41. versic. & hæc quidem. & hoc casu teneo quod si vasallus delinquat. nullo modo feudum confiscetur, sed absolute & indistinctè consolidetur utile cum directo, & sic applicetur domino. neq; in hoc filij, aut agnati, qui non poterant ad feudum venire, nisi ex persona ipsius patris delinquentis, poterunt ius aliquod in feudo ipso prætendere, sed dominus iure suo, ex quo feudum est nouum, erit illis præferendus, prout etiam esset, si vasallus sine consensu domini illud alienasset, vt dixi in d. q. 76. vers. sed quid si vasallus, vel alter esset feudo priuandus, vt dixi in ead. quæst. vers. & hæc quidem.

Aut vero (& hoc est tertium genus feudorũ) feudũ erat tale, de quo vasallus, tam in præiudicium domini, quam in præiudicium agnatorum, poterat libere disponere, puta, quia erat concessum pro se, & quibuscunque hæredibus; vel pro se, & quibuscunque daret, &c. quæ omnia feuda possunt sine domini licentia ad quoscunque etiam extraneos transferri, vt supra sæpius dixi. Et tunc Aut fiscus, cui reliqua bona vasalli applicantur, est idem qui & fiscus domini directi: & proculdubio tenendum est, quod etiam feudum vna cum reliquis bonis vasalli applicatur. Aut vero est alius fiscus diuersus a fisco domini directi: & tunc aut delictum, pro quo bona vasalli confiscãtur. est tale, propter quod dominus potest vasallũ, feudo priuare: & hoc casu dominus directus præfertur, & feudũ illi applicatur. Aut non erat tale propter quod posset feudo priuari. & tũc præfertur alius fiscus, qui tanquam hæres extraneus, ita in ipso feudo, sicut in aliis bonis vasalli delinquentis succedere potest. Et licet hæc prima facie videatur noua distinctio, tamen si rectè ponderẽtur rationes & autoritates Doctorum in hac materia scribentium, reperies quod ista est mera ueritas.

ADDITIONES.

a Publicatis.] *An & quando bonis vasalli publicatis, bona*

bona feudalia comprehendantur in bonorum publicatione vide per Boss. tit. de bonorum publicatione nu. 53.

b Iacob. de feu.] Adde vt per eund. in suis quaest. feuda lib. 4. 28. nu. 36.

c Ego vero.] Tu vide per Crave in consil. 128. col. fin. circa secundum. Giacbar. I. V. C.

Succedat in feudo.] Adde quod nec etiam commoditates feudi. quae fal'em non transiit etiam ad extraneos haeredes fiscus consequi aut habere potest, prout est communis opin. vt attestatur Barsat. cons. 43. nu. 16. Guiot.

QVAESTIO LXXXV.

SVMMARIVM.

1 Fideicommissarius, an succedat in feudo.
2 Et quid in feudo haereditario, vers. Scias tamen.
3 Quid si fideicommissarius sit ex vocatis in inuestitura, vers. Item scias.

1 QVaero, nunquid fideicommissarius succedat in feudo, & sic, an feudum veniat in restitutione fideicommissi. Potest autem casus in facto proponi: puta, quia vasallus habens plures filios, rogauerit vnum ex eis, vel plures, vt partem suam restituant vni ex ipsismet filijs, vel alicui extraneo, vel agnato: an talis grauatus fideicommisso teneatur restituere etiam partem suam feudi, illi, cui reliquum haereditatis grauatus est restituere. Respond. quòd regulariter feudum non venit in restitutione fideicommissi. ita tenet Barto. in l. si patroni, in princip. nu. 3. ff. ad Trebel. & ita tenent communiter Doctores, vt Dicit Ripa in l. ex facto. §. si quis ita, nu. 17. ff. ad Trebel. Et est communis opin. vt dicit Curt. iun. consi. 71. nu. 10. Et dicit Ias. in praelud. feud. num. 46. quòd ita communiter concluditur.

2 Scias tamen in primis, quod haec conclusio intelligenda est vt procedat in feudo ex pacto & prouidentia: secus autem in haereditario. Nam illud transit etiã in fideicommissarium: & ita solet communiter distingui, vt ait Curt. iun. de feud. in 4. parte, in materia alienationis feudi, q. 30, vers. secunda decidi potest: quem refert Parif. consi. 2. nu. 43. lib. 1. & consi. 3. num. 27. eod. vol. Sed hoc intelligo in feudo simpliciter & absolute haereditario, quod (vt saepius dixi) transit in extraneos haeredes, & potest libere alienari. secus autem in haereditario mixto, & ita in proposito attestatur esse magis communem opinio. Soc. iun. consi. 72. nu. 22. lib. 1.

3 Item scias, quòd conclusio non habet locum, quando fideicommissarius esset ex comprehensis in inuestitura, & nec esset habilis ad succedendum ex tenore ipsius inuestiturae: nam eo casu feudum venit in restitutione fideicommissi, & ista limitatio videtur communiter approbata, vt dicit Socin. iun. in d. consi. 72. nu. 6. lib. 1. quam tamen ego non credo veram, nisi quatenus agetur de praeiudicio domini, cuius non interest, apud quem ex vocatis sit feudum: Sed si fideicommissarius esset ex remotioribus agnatis, non video cur non possit proximior agnatus talem restitutionem impedire. Propterea iudicio meo haec quaestio potest ita diffiniri, vt dicamus quod in casibus, in quibus vasallus potest de feudo testari, in illis potest etiam de feudo facere fideicommissum. Quando autem possit testari, dixi supra quaest. 40.

QVAESTIO LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 Institutus in re certa, an succedat in feudo.

1 QVaero, Vasallus habens plures filios, instituit vnũ ex eis in re certa; nunquid iste filius institutus in a re certa, a succedet aequaliter cum alijs vniuersaliter haeredibus instituris? Resp. q sic, ita allegatur tenuisse Bar. in l. vt iurisiurandi, §. si liberi, nu. 6. ff. de oper. libert. qui tamen loquitur in emphyteusi. & dicit Curt. iun. de feud. in 2. partis, 1. partis, tertiae partis principalis, q. 5. quod ita decidunt communiter Doctores. Dicit etiam Didacus lib. 2. resolut. c. 18. nu. 5. quod in hoc Doctores communiter consentiunt. Haec quaestio, iudicio meo, pendet ab illa, an vasallus possit de feudo testari, de qua dixi supra quaest. 4.

ADDITIO.

a In re certa.] Hic occurrunt quamplures quaestiones, prima est. An talit. r institutus habeat beneficium. l. si. C. de edic. diui Adr. tollen. Secunda, An nullo dato haerede testatoris vniuersali, si testator expresse prohibuit, ne ipsa institutio trahatur ad alia bona, taliter institutus succedat etiam in omnibus alijs. Tertia est, an ipse etiam habeat actiones haereditarias actiue, & passiue. Quarta est, an possit propria authoritate apprehendere relictum sibi factum. Quinta an habeat ius accrescendi vniuersali instituto repudiante. de quibus omnibus, vide seriatim in mea collec. com. opin. in verbo, institutus. Giacbar. I. V. C.

QVAESTIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 Finito feudo, an proximiores ipsius vasalli sint inuestiendi.

1 QVaero, Fuit concessum feudum Titio vsque in quartam generationem, modo finita est quarta generatio Titij: nunquid poterunt filij, vel proximiores agnati vasalli, vltimo loco defuncti, petere sibi confirmari feudum? Respondeo quod sic: & si non fiat confirmatio, sit eis iniuria: & ideo possunt appellare ad superiorem vt cogat, quòd refirmatio fiat. & haec est famosa doctrina Bart. in l. 1. §. permit itur. ff. de aqua quotid. & aestiua. & est communis opin. vt dicit Ruin. consil. 12, nu. 18. & seq. lib. 1. Curt. iun. de feu. in 2. parte principali, in 1. partie, q. 16. Sed hoc nunquam uidi in feudis seruari in practica, & fortè durum esset obtinere, licet in emphyteusi aliquando viderim iudicari secundum illam doctr. Bart. Vide quae dixi supra hoc eo. lib.

a §. emphyteusis, q. 43. a

ADDITIO.

a Quaestio. 43.] Vide ibidem quae dixi in Apost. Giacb.

QVAESTIO LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 Finito feudo cui remanere debeant melioramenta. Et an sit in elect one domini pati, quod aedificium tollatur, vel soluere eius aestimationem ibidem.
2 Et an eo casu aestimandus sit valor aedificij, vel ipsa materies tantum, vers. Sed quaero.
3 Et an incrementum contingens in re feudali sit vasalli, vel domini. ver. Item quaero.
4 Et quid de seruitutibus, quas vasallus precio acquisiuit ad beneficium rei feudalis. ver. Sed quid de seruitutib.
5 Et an habens castrum in feudum sine iurisdictione si acquirat iurisdictionem accrescat feudo. ver. Sed pone.
6 Melioramentorum aestimatio fit tempore restitutionis.

Pone

1 POne Finita est inuestitura feudalis, vel per cursum temporis, vel per generationem finitã, vel aliter, absque tamen dolo, vel culpa ipsius vasalli: quæro, cui remanere debeant melioramenta facta super ipsa re feudali. Respondeo, si ipsa melioramenta sunt facta industria ipsius uasalli, puta, quia domum fabricauit in re feudali, vel huiusmodi, eo casu talia melioramenta
a spectant *a* ad ipsum vasallum: & hanc conclusionem sequuntur omnes Doctores, vt dicit Aluarot. in c. 1. §. si quis de manso, post nu. 5. de controuer. inuest.
b Erit tamẽ in electione domini *b* vel soluere vasallo æstimationem ipsorum melioramentorum, vel pati quod ædificium tollatur. de hoc est text. expressus in c. 1. §. si vasallus, in titulo, hic finitur lex.

2 Sed quæro, nunquid erunt æstimanda melioramenta iuxta valorem ædificij consistentis, an autem debeãt æstimari rudera, & materies, quæ ex ipso ædificio diru
c to *c* vendi possent? Resp. Bald. in d. §. si vasallus, nu. 4. in fine. q. tenet quod debet æstimari valor ipsorum melioramentorum, non autem ædificij diruti: & subdit, quod ita seruat consuetudo. idem etiam dicit Bald. in auth. excipitur, post nu. 2. C. de bonis quæ libe. quem referunt Moder. in consuet. Paris. feud. §. 1. gl. 5. nu. 98. Reperio tamen Berouin q. 96. post num. 4. vers. si vero feudum, dicentem quod magis communis opi. est quod æstimentur rudera, & ædificium dirutum. Sed dubito quod in hoc ipse Berous verum non dicat. & ita Modern. Paris. in d. gl. 5. nu. 98. dicunt quod scribentes sequuntur Bald. cuius opin. iudicio meo: æquior est Et illam ego sequerer in iudicando. si casus cõtingeret.

3 Item quæro, an incrementum contingens in re feudali sit ipsius feudatarij, an autem domini directi. Res. distinguendum esse inter incrementum discretum, & incrementum latens. nam si sit incrementum discretũ, puta insula in flumine nata e ragione fundi feudalis, hoc acquiritur domino directi: Si vero est incrementũ latens, puta, id quod per alluuionem accedit fundo feudali, hoc pertinet ad vasallum. ita dicit gl. in d. §. si quis de manso, in verbo reseruauerit: quæ est communiter approbata: vt dicit Ruin. cons. 7. nu. 12. in fi. lib. 1. Hæc tamen resolutio mihi multum satisfacit: quia cum proprietas feudi sit domini directi, quidquid illi accedit, deberet accrescere domino, nisi aliter ex tenore ipsius inuestituræ appareret. Propterea forte æquius esset dicere, quod omne incrementum accedens feudo absque industria uasalli, respectu proprietatis acquiritur domino directo, respectu verò vtilis dominij acquiritur vasallo. Cogita.

4 Sed quid de seruitutibus, quas ipse vasallus pretio acquisiuit in beneficium rei feudalis? Resp. quod seruitutes, & alia iura inseparabilia, accedunt feudo, & rẽ feudalem sequuntur, & consequenter finito feudo, vna cũ illo ad dominum directum pertinent, non autem ad hæredes vasalli, ad quos feudum non transit. & in hoc omnes conueniunt, vt ait Berous in d. q. 96. nu. 6. Dicit Aluar. in d. §. si quis de manso, post n. 5. quod hanc conclusionem sequuntur omnes Doctores.

5 Sed pone. Princeps habens castrum sine iurisdictione, illud concessit Titio in feudum: postea Titius acquisiuit iurisdictionẽ ab alio: nunquid ipsa iurisdictio accrescit feudo? Respon. quod non: sed finito feudo erit vasalli, vel eius hæredum. ita dicit Bald. in c. 1. §. contrario, nu. 4. de inuestit. de re alie. facta. Et est communis opi. vt ait Ruin. cõs. 14. post princ. lib. 1. Est enim iurisdictio quid separatum ab ipso castro. & quod per se subsistere potest: ideo feudo non accrescit.

ADDITIONES.

a Spectant.] *Adde commune, & etiam per Foler. in decis Perus. 24. & vide in collec. mea commu. opin. in uerbo melioramenta, nu. 7.*

b In electione domini.] *In meliorationibus voluntarijs. seu voluptarijs idem commune Foler. decis. 34 & vide su dicta collec. mea commu. opi. nu. 8. & adde per Guido Papæ decis. 196. & Dec. in cons. 218. & per eundem Guido decis. 438. qui distinguunt casus, vide eos.*

c Æstimari.] *Et quod melioramentorum æstimatio fieri debeat secundum tempus restitutionis, nõ aũt secundum illud tempus in quo facta fuerit. commune dixi, & vide in collec. mea com. opi. sub nu. 5. Giachar. I. V. C.*

QVAESTIO LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Quæ actio competat pro feudo.*

1 QVæro, quæ actio competat pro feudo? Respond. quòd pro feudo datur cõdictio ex lege, vel ex cõsuetudine, & ad hoc allegatur Bart. in l. prima, numero 11. C. de iure emphyt. qui tamen loquitur in emphyteusi & ita communiter teneri attestatur Ias. in l. iurisgentium, §. quinimo, nu. 17. ff. de pac. Tu dic, quod si vasallus fuit inductus in actualem possessionem feudi, competit ei vtilis rei vendicatio, nedum contra extraneum, sed etiam contra ipsum dominum directum; si vero illi tantum facta est promissio de inuestiendo, tunc si est vallata stipulatione, competit actio ex stipulatu: si autem non est vallata stipulatione, competit condictio ex moribus, & ista est communis opinio. vt ait Curt. iun. de feud. in prima parte principali, quæst. 10.

QVAESTIO XC.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit iudex competens in causis feudalibus inter dominum, & vasallum.*
2 *Et quomodo eligantur pares curiæ vers. Sed quomodo.*
3 *An pares curiæ cogi possint ad iudicandum. ver. Sed an isti.*
4 *An pares curiæ cognoscant inter dominum laicum & vasallum clericum. ver. Sed quid si dominus.*
5 *Quis sit iudex inter ipsos vasallos super feudo litigantes vers. Si vero.*
6 *An iurisdictio domini inter vasallos sit ordinaria vel delegata ver. Sed nunquid.*
7 *Et quid si alter eorum neget se esse vasallum, vers. Sed pone.*
8 *Et quid si dominus laicus, & vasalli sint clerici, vers. Et hæc quidem.*
9 *Quid si inter ipsos agatur tãtummodo de possessione ipsius feudi vers. Quæ quidem.*
10 *An vasalli litigantes super feudo, possint prorogare iurisdictionem alterius, vt sit iudex inter ipsos sine licentia domini, ver. Sed quæro.*
11 *Quis cognoscat in causa appellationis interpositæ a sententia inter ipsos lata per dominum, uers. Successiue quæro.*
12 *Cognoscens de causa feudali an debeat seruare ordinem iudiciarium.*
13 *Pares Curiæ qui dicantur.*
14 *Pactum quod propter felloniam feudum non perdatur an ualeat.*
15 *Pares Curiæ nunquid possint recusari ut suspecti.*

16 *Reconuentio an habeat locum apud pares Curiæ.*
17 *Iudex originarius loci cognoscit de feudo inter extraneos.*
18 *Iudex secularis potest cognoscere de remedijs possessorijs.*
19 *Clerici non possunt consentire in iudicem laicum.*
20 *Vasallum se negans, perdit ius, quod habet.*

1 QVæro, quis sit iudex competens *a* in causis feuda
a libus. Respondeo quòd si est controuersia super
feudo inter dominum & vasallum, eo casu eli-
b guntur pares curiæ, *b* qui in causa ipsa iudicant. tex. est
in cap. 1. §. præterea si inter, de proh. feud. alien. per Frider.

2 Sed quomodo eligentur isti pares curiæ? Respondeo quòd primo dominus eliget vnum, vel plures, quot voluerit: & deinde vasallus eliget totidem iuxta numerũ à domino comprobatum. Ita dicit gloss. in d. §. præterea si inter, in verbo, Pares curiæ, & Bald. in ca. 1. in primis verbis, de controuers. feud. apud par. termin. Et ita volunt communiter Doctores, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Et dicti vassalli, post nu. 10. ver. quæro etiam.

3 Sed an isti pares curiæ poterunt cogi ad iudicandũ? Resp. quòd sic: & ita volunt omnes Doctores, vt ait Iacob. in verbo, Et dicti vasalli, num. 14.

4 Sed quid si dominus sit laicus, & vasallus sit clericus: nunquid pares curiæ poterunt cognoscere, an ipse clericus sit priuandus feudo occatione felloniæ *c* vel delicti? Resp. quòd sic. ita tenet Innoc. in c. verum, de foro comp. quem sequuntur communiter scribentes, vt dicit Alex. consil. 79. circa prin. libr. 1. Ripa in c. decernimus, post num. 21. ver. intellige; de iudicijs. Nam respectu feudi, vt infr. dicam, clericus & Ecclesia laicis subijciuntur.

5 Si vero sit quæstio inter ipsos vasallos super feudo;
d tunc aut isti vasalli sunt Duces, Comites, aut Barones, *d*
& sic immediate subiecti Imperatori: & solus Imperator inter eos iudicat: tex. est in c. 1. apud quem vel quos controuer. feu. &c. Et dicit Cur. iun. de feud. in 7. parte, in 1. reg. quòd omnes Feudistæ ita determinant. Aut ve-
e ro est contentio inter vasallos *e* inferiores, & si quidem controuersia non est super ipso feudo, vel re feudali, dominus non est iudex inter ipsos. ita dicunt communiter Can. vt ait Cur. iun. in d. 7. parte, in 2. reg. versic. Septimò fallit. Si veró sit contentio super feudo, tunc dominus directus est iudex competens inter ipsos. text. est in d. c. 1. §. præterea si inter.

6 Sed nunquid hoc casu iurisdictio ipsius domini inter vasallos dicitur ordinaria, vel delegata? Resp. quod respectu causæ concernentis ipsam rem feudalem, dominus habet inter vasallos iurisdictionem ordinariã. & ista est communis opin. vt dicit Cur. iun. in d. 7. parte in 2. reg. q. 8. Cùm enim talis iurisdictio sit à lege collata, meritò dici debet ordinaria.

7 Sed pone, quòd contra dominum volentem inter vasallos de feudo cognoscere, vnus ex ipsis opponat declinatoriam, puta, quia conuentus neget se esse vasallum; nunquid ipse dominus poterit cognoscere, an sua sit iurisdictio? Respond. quòd non, sed super hoc cognoscet iudex ordinarius, qui deinde, comperto quòd iste conuentus sit vasallus, remittet causam ipsi domino decidẽdam. ita tenet glo. in cap. 1. in glo. fi. de inuest. in mari. facta. & est communis opin. vt dicit Cur. iun. in d. 7. par. in 2. reg. q. 7. quæ tamen in puncto iuris non transit sine difficultate. Et videmus quòd de iure communi, iudex coram quo opponitur declinatoria, semper cognoscit an iurisdictio sit sua, vel ne: Tamen propter authoritatem gl. & Doctorum, difficile esset in practica obtinere contrarium, maxime, quia re uera maius est interesse domini, qui cognoscere & iudicare debet, an aliquis sit suus vasallus, quàm iudicis ordinarij, qui non tractat nisi de commodo sportularum. Quidquid sit, vbi iste excipiens esset in quasi possessione vassallagij, omnino inclinarem in sententiam, quòd dominus ipse cogno-
f sceret, vel saltem pares curiæ, *f* non autem iudex ordinarius.

8 Et hæc quidem conclusio, quòd scilicet inter vasallos de feudo litigantes dominus sit iudex ordinarius, de plano procedit, quando vasalli sunt laici: Sed quid si vasalli sint clerici, & dominus sit laicus? Respon. quòd
g adhuc ipse dominus est eorũ iudex ordinarius, *g* & ista est communis opin. vt dicit Marian. in c. ex transmissa, in 5. limitat. de foro comper. Fel. in c. uerum, post nume. 3. versicul. tenent Modern. de foro comper. Curt. iun. in d. 2. regula, in 2. quæst. Iacob. de feud. in verbo, Et dicti vasalli, numer. 3. Nam, vt dixi, ratione feudi. Ecclesia & clerici domino laico subijciuntur, prout etiam esse communem opin. attestatur Dec. in c. cæterum, num. 20. de iudic. Et ita de consuetudine seruatur, quòd iudex laicus cognoscit de re feudali inter clericos, prout de ipsa consuetudine attestatur Archid. in c. unico, de cler. coniug. in sexto. Et ita seruat Parlamentum Delphinale, vt refert Guido Papæ, decis. 139. num. 1. in fin. Bene verũ est, quòd hæc opin. aliquando non placuit Doctoribus Canonistis, quorum multi tenuerunt, quòd clerici non mutant forum in causa feudali. & ita hanc esse communem opin. Doctorum Canonist. attestatur Guido Papæ in allegata decis. 139. in primis verbis: sed hodie alia opin. est magis communis Legistarum, & Canonist. & ideo sequenda, saluo semper iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. & ita seruat Senatus.

9 Quæ quidem opinio modicam habet difficultatem, quando inter istos vasallos clericos agitur de proprietate ipsius feudi, & sic de ipso feudo: Sed quid si vagatur de possessorio, & sic solũ de possessione ipsius feudi? Respon. glo. in d. c. cæterum, in verbo, quandiu patari, de iudi. tenuit quòd eo casu iudicium spectet ad iudicem ordinarium ecclesiasticum: sed tamen illa gl. in hoc cõmuniter reprobatur, vt dicit Bald. in eo. c. cæterum: quẽ refert Iacob. in verbo, Et dicti vasalli, post nu. 5. & ideo
h tenenda *h* est contraria opin. quòd scilicet vtroque casu cognitio spectet ad dominum directi; quam dicit esse communem Aret. in dict. c. cæterum, col. 4. & post eum Deci. ibi post num. 66. versic. an autem si agatur, Curti. iun. in d. 2. regula, in 6. q. Regulariter enim ille debet esse iudex in causa possessionis, qui est iudex competens in causa proprietatis. *i*

10 Sed quæro, nunquid poterunt vassalli de feudo litigantes, prorogare iurisdictionem alterius iudicis sine licentia ipsius domini? Resp. quòd non. ita tenet Bart. in leg. 1. num. 2. ff. de iudic. & est communis opin. vt dicit Alex. in l. 1. §. & post operis, nu. 21. ff. de no. oper. nunc.
K Iac. *k* in verbo, & dicti vassalli, num. 32. Curt. iun. in d. 2. regula, in 5. q. Sapia in d. l. 1. num. 23. ff. de iudic. Marantra in suo Speculo, in 4. par. principali, in 12. diuis. numer. 19. Ex quo enim talis iurisdictio domino est à lege specialiter tributa, non potest consensus partiũ contra priuilegium à iure concessum quicquam operari, vt in simili dicitur de clericis, qui non possunt, etiã si velint, consentire in iudicem laicum in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ. Hoc tamen intellige, vt procedat, quando causa est super re feudali: sed si esset super alia re, tunc bene possent vassalli prorogare iurisdictionem alterius domini, non modo si essent simpliciter subditi ipsi domino ratione iurisdictionis & subiectionis, sed etiam si tenerent ab eo feudum. ita allegatur tenere Bar. in d. §. & post operis, nu. 8. & in dict. l. 1. nume. 4. ff. de iud. Quod dictum Bar. omnes sequuntur, vt dicit Capic. decis. 9. num. 11.

11 Successiue quæro, si dominus iudicauit in causa feu-
dali

dali inter suos vasallos vertente, ad quem sit appellan-
n dū.n Resp. q est appellandum ad proximiorem domi-
num, qui sit superior illius feudi. Et si deinde etiam a
proximiore domino, qui sit superior illius feudi, con-
tingat appellari, erit appellandum ad dominum magis
superiorem, ita sentit Ioan. Rayn. in rep. c. Imperialem.
§. praeterea si inter, de prohib. feu. alie. per Frid. & est
communis conclusio Doctorum, vt dicit Curt. iun. in
d. 7. parte, in 2. regula, q. 11.

ADDITIONES.

a Sit iudex.] *Et generaliter qui debeant esse indices in causa feudi, vi. per Iaco. eo. tract. verb. & dicti vasalli.*
11 *1. Sed an cognoscens de causa feudali, debeat seruare ordinem iudiciorum, vi. per eun. eo. tract. & verb. dicti inuestiti, nu. 25. qui dicit quòd solus Imperator iudicat, vt Deus per Menoc. resp. causa fina.*
b Pares curiae.] *Verum † pares curiae qui dicantur, vi-*
13 *per Iacob. in suis quaestionibus feudalibus, nu 40. & eo. verb. Et dicti vasalli, sub num. 9 Et an possint constituere locum tenentem. vi. per eun. ibi. nu. 11. Et an debeant iurare ea recte iudicando, vide per eundem ibid. nu. 12. pro & contra.*
c Fellonia.] *Hic cadit pulcherrima dubitatio. An † pa-*
14 *ctum, quod propter felloniam feudum non perdatur, valeat? vide atque dic, vt per Iacob. in suis quaestionib. feudalib. q 6. nu. 11. Et circa q. authoris vide fusius per Iac. eo. verb. & dicti vasalli, sub num. 23. & 24.*
d Aut barones.] *Adde, & vi. per Iacob. vbi supra. in princip.*
e Inter vasallos.] *Adde & vide per Iacob. ibid. verb. Aut quaestio. vbi facit tres casus.*
f Pares curiae.] *Hic cadunt pulcherrimae dubitationes.*
15 *Prima † nunquid isti pares possint recusari vti suspecti,*
16 *vide per Iacob vbi supra nu 17. secunda an † coram ipsis habeat locum reconuentio de alia causa, quam feudali, vide & dicunt per eundem ibi. nu. 18. & 19.*
g Ordinarius.] *Hic scias quod iudex originarius † loci*
17 *cognoscit de causa feudali, quae sit inter extraneos, commune per Venerandum Colleg. Papiae in respon. cau. Finari. num. 20. & dixi in colle. mea com. opin. in verbo iudex. nu. 55.*
h Ideo tenenda est contraria opi.] *Item quod iudex se-*
18 *cularis † possit cognoscere de remedijs possessorijs praesertim retinendae, & recuperandae possessionis crebrior opi. est canonistarum. & legistarum, dixi in d. collec. mea d. loco. nu. 66. & sub nu. 68.*
i Proprietatis.] *Si vero sit iudex datus super proprietate, secus commune dixi, vbi supra, nu. 8.*
k Iac.] *Adde per eundem in suis quaestionib. feudalib. q. 33. & in l si conuenerit ff. de iurisdict. omn. iud. num. 9. vbi dicit hoc notandum.*

l Consentire.] *Et quod clerici haud possint consentire*
19 *in iudicem laicum, habetur, & not communiter, in c. si diligenti & c significasti de foro compet.*
m Feudalis.] *Hic nota, quod negans se vasallum perdit*
20 *ius, quod habet, per Ias in prael. ud. fru col. 19 in fin.*
n Ad quem sit appellandum.] *Adde idem vi. per Iac. de feud verb. & dicti vasalli, nu. 56. vbi etiam an debeant seruari tempora a iure communi praefixa tam ad appellandum, quam ad prosequendum appellationem & nu. infr. Giacbar. I. V. C.*

QVAESTIO XCI.

SVMMARIVM.

1 *Tempora appellationum statuta a iure communi an sint etiam seruanda in causis feudalibus.*
2 *Quod non mutatur, stare non prohibetur.*
3 *Vbi aliquid non est determinatum a lege ad iudicis officium est recurrendum.*

1 QVaero, an tempora appellationum statuta à iure communi sint etiam seruanda in causis feudalibus. Resp. quòd sic. Et est communis conclusio Doctorum, vt dicit Curt. iun. de feud. in 7. parte, in 2. reg. q. 13. Vbi enim non reperitur aliquid specialiter in feudis constitutum, semper seruandum est ius com-
a mune. a

ADDITIO.

a Ius commune.] *Probatur, nam vbi in materia feudali occurrit casus non decisus in constitutionibus feudorum, debemus stare dispositioni iuris communis, §. strenuus qui text. est; not. de feud. cognit. Item alia ratione, quia id*
2 *† quod non mutatur, stare minime prohibetur, vt habetur in l. sancimus, C. de testa. & in l. praecipimus, in fin. C. de appellat. & glo. in l si quis, C. de Episcopali audientia, cum similibus de quib per Osasc. decisio 31. numero 4. Fa-*
3 *cit tertio istud. Nam vbi † aliquid haud est determinatum a lege, ad officium iusdicentis est recurrendum. l. 1 ff. de iure de liberan. cum similibus, & iudex regulari debet & esse conformis iuri communi, non autem nec duriori, nec clementiori legi. §. oportet, in Authen. de iudicibus Et iudicis officium est, in admittendo, uel reijciendo appellationem coram se factā & interpositam; habetur per Brunal. in rubrica de prouoca. & appellat. num. 10. igitur seruandum est commune appellationum. Et ex his impositus sit finis vtilissimis istis tractatibus, ad laudē & gloriam Sanctissimae ac Indiuiduae Trinitatis B. Virginis Sanctorumque Ioan. Baptistae, & Hieronymi Hieron. Giacbarus I. V. Doct. Lugiensis, & Aduocatus facundissimus.*

CONSILIA
SIVE
Responsa duo celeberrima,

D. HIERONYMI GIACHARIS
PRAESTANTISSIMI IVRISC.
LVGIENSIS.

QVORVM PRIMVM SYNDICATVS,
Alterum verò monetæ Marchisanæ materiam complectitur,

Summo ingenij acumine elaborata.

DE CONSENSV SVPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XI.

APVD BARETIVM. BARETIVM BIBLIOPOLAM
Ad Signum Beatæ Mariæ Virginis.

CONSILIVM D. HIERONYMI DE GIACHARIS I. C. LVGIEN.

IN MATERIA SYNDICATVS, articulos ab eo non minus plene, atque eleganter, quàm accuratè, & subtiliter discussos, atque examinatos ad defensam continens.

SVMMARIVM.

1 *Multiloquium prudentissimos stomacari solet.*
2 *Reyciendа, quæ potius ad pompam, quam adesse rei seruiunt.*
3 *In claris tam stultum est argumentari, quam sub clarissimo Sole mortale lumen afferre.*
4 *Substantialia dumtaxat ad rem conferentia sunt attingenda.*
5 *De vicarij mandato, fuit clericis, vt singulis, non autem capitulo facta monitio.*
6 *Monitio canonica quæ.*
7 *Canon requiritur vbi facti necessitas aliter suadet, & num. 346. cum seq.*
8 *Quod præcepti tempore necessitas suaserit sic probatur hic in textu.*
9 *Excommunicatio absque monitione lata per ordinariũ valet.*
10 *In excommunicatione prò futuris culpis monitio non requiritur, & numero 304. exemplificatur etiam infra num. 286. & 287.*
11 *Dies interpellat pro homine.*
12 *Futura culpæ ex parte querelantium, & num. 24.*
13 *Canonicorum quorundam contemptus.*
14 *Culpa est non facere ea quæ tenemur.*
15 *Non facere est facere in pœnalibus.*
16 *Valet excommunicationis sentẽtia in pœnam delicti absque monitione. & num. 304.*
17 *Valet excommunicatio pro negligentia. Itẽ & pro contumacia, num. 277.*
18 *Præcepti emanati validitas cum duobus seq. nu. & vsque ad num. 30. & idem num. 341.*
19 *Superioris præcepto iusto est parendum, & nu. seq. & vi. sub num. 303.*
21 *Forma sententiæ excommunicationis, quæ, fallit, vt infra, & sub num. 301. & 302.*
22 *Excommunicationis exemplum infra mensem est petendum.*
23 *Valet excommunicatio sine scriptis lata, vbi non aderãt ad scribendum necessaria.*
25 *Murmur tempore præcepti fiebat, & morbus ille aliter mederi non poterat, & num. 27.*
26 *Causa præcepti facti clericis, vt singulis quæ & nu. 27. & post num...*
29 *Cap. 1. de sentent. excommunication. in sexto limitatur, & numero 30. 28. cum duob. sequent. & numer. 301. 302. 305.*
31 *Ob contemptum excommunicati, contempsere absolutionem, & num. 28. 29. & 308.*
23 *Leges vim non habent, nisi post illarum promulgationem.*
34 *Ordinarius etiam censuris ecclesiasticis annexus retinet clauium vsum & numer. 201. præterquam in casibus conc. Constan. num. seq.*
36 *Cum quibus excommunicatis licitum est in utilibus, & ad l. pertinentibus participare & num. 29.*
37 *Ideo poterit Vicarius excommunicatos absoluere per non annexos ad id insolidum deputatos, istud enim ei incumbebat ex officio. & nu. 29 & seq.*
38 *Querelantium defectus, atque de eorum suggestione, et num. 37.*
39 *Pro vicario sunt decisiones apertæ, atque opiniones Doctor. receptæ, à quibus non est recedendum.*
40 *Absolutio sententiæ latæ iuris ordine non seruato valet.*
41 *Syndicatus iniquitas numero 37. & sequent. & 411. 413.*
42 *Episcopus vbi cognoscit inter suos clericos debet sine scriptis cognoscere & iudicare.*
43 *Diabolica vindicta in Vicarium, & numer. 37. & ante num. 80.*
44 *Officiales de leuioribus non syndicantur. & numero 310.*
45 *Neque contra eos est curandum de apicibus iuris.*
46 *Officiales non tenentur, nisi de dolo, de culpa autem lata non.*
47 *Pro officialibus præsumitur. Et contra eos omnis scrupulosa inquisitio reyciтur, aliàs frangeretur neruus iustitiæ authoritasque iudicum deprimeretur, atque vilesceret, & in officio successores lento gradu vel calce procederent, & quædam ex M. T. Cicer. notatu digna.*
48 *Ensonius nomine capituli comparens absque procuratoria speciali, vti temerarius atque calumniosus est puniendus & num. 50. & 52.*
49 *Procuratorium speciale requiritur vbi procurator potest facere incidere dominum in pœnam.*
51 *Procuratorium ad syndicandum debet esse in indiuiduo ad opponendum sic & sic.*
53 *Ratificatio post tempus facta non valet, nec ratificanti prodest. sed obest, num. 56. 22. & 34.*
54 *Reclamatio facta per Petrum nomine suo, ac fratrũ, a quibus nõ habebat mandatum, nisi sit ratificata infra tempus præfixum ad appellandum non valet.*
55 *Statutum mandans contra aliquem intra certum tempus procedi posse attendi debet, & lapso dicto tempore processus excluditur.*
56 *Lapsus temporis est fortior defectus, quam expressa, vel tacita renunciatio.*
57 *Ratificatio serotina non operatur ad præiudicium eius cui ex medio tempore ius est quæsitum.*
56 *Ratificatio facta re non integra non trahitur retrò, & est ac si facta non esset, & num. seq.*
59 *Ratificatio non trahitur retro, vbi aufertur ius quæsitũ alij contra quem ratificatur.*
60 *Qui declarat, nihil noui facit, sed iam factum proponit.*

nit, & dicitur solum detegere, vtilis, qui grana aspicis excutit, num 61.

61 Declaratio eam e si trahatur ad principium actus, non tamen trahitur ad præiudicium eius cui ius fuit quæsitum.

63 L. hæres palam. §. si quis post. ff. de test. declaratur.

64 Carcerati sub vno iudice non sunt contra eum in testes recipiendi,
Assignatur ratio. num. seq.

66 Officialis conuentus tempore syndicatus exeusatur, si non præstat fideiussorem, quia sufficit, vt iuratoria præstet cautionem.

67 Syndicatorum ignorantia, quæ est cunctorum malorum mater. & num. 61. cum trib. seq.
Et nota, quia ecclesia viris literatis indiget, & numero 81.

68 Tempus syndicatus statutum.

69 Testes inimici repelluntur etiam in crimine læsæ maiestatis & hæresis. In quibus ob illorum immanitatem infames, ac deplorati admittuntur.

70 Nec princeps illud facere posset, num. 69.

71 Inimicitiæ causa, quæ sufficit, probatur, numero 72. & num. 212.

73 Notorium haud indiget probatione.

74 Acta iudicij inducunt notorium.

76 Inimicitia grauis, & quæ leuis, relinquitur in iudicis arbitrio.

77 Testes ex inimicitia etiam præsumpta repelluntur.

78 Etiam vbi ex causa minus probabili prouenirer.

79 Testis inimicus sem. plenam haud facit probationem etiam si non sit capitalis.

80 Testes non admittendi, si admittantur cum clausula, saluis exceptionibus non sunt in consideratione, & pro non receptis habentur.

82 Testes laici contra clericum in causis criminalibus intentatis criminaliter haud admittuntur, & numero 174.

83 Etiam in criminalibus exceptis, nu..

84 Fallit vbi veritas aliter haberi non potest.
Declara nu. 84. 85.
Exemplifica nu. 87.
Quid articulandum & quid probandum, vt admittantur, nu 92. 93. & 94.

89 Iul. Clar. contra communem est locutus, & numer. 108. 109.

97 Fatuus esset iudex ille, qui ob singularem vnius opin. à communi deuiaret, & num. seq.
Et recedenti potest dici. Tibi durum est contra stimulum calcitrare, nu. 100.

101 Contra personam publicam duo testes non sufficiunt.

102 Cessat falsi suspitio. vbi cessat commodum.

103 Querelantium animus qualis, & nu. 124.

104 Vicarij integritas, & nu seq. & per totum consilium.

106 Temeritas querelantium inexcusabilis.

107 Contra iudicem præsumptiones non sufficiunt, sed probationes luce meridiana clariores requiruntur, & nume. 352.

110 Testium examinatorum defectus, & num. 124. cum duobus sequent.

111 Testes habentes plures defectus repelluntur etiã in causis priuileg. atis, atque etiam vbi aliter veritas haberi non potest, nu. seq. & nu. 118.

113 Querela contra iudices sunt probanda ex antiquis actis non autem ex nouis.
Scriptura negata est recognoscenda.
Inficiata, fundanti se in illa incumbit onus probandi.

116 Querelantium testes erant repellendi vti defectus quãplures habentes, & hoc etiam in causis priuilegiatis, cum duobus seq.

219 Canonicus pro canonico non est testis idoneus.

121 Donnus Cyprianus, vltra quod sit sicarius atque irregularis est etiam vnus ex querelantibus ex quibus venit repellendus.

122 Homicidium respectu presbyteratus dicitur grauius.
Omne flagitium tanto conspectu in se crimen habet, quãto maior, qui peccat habetur. ibid.

124 Testium ac querelantium conspiratio in vicarium, quapropter illis iure merito non creditur.

128 Testes fouentes eandem causam principaliter sunt repellendi.
Quinimo etiam si lu consequentiam. num. seq.

130 Testes dicuntur deponere in facto proprio, vix contra agi potest iniuriarum actione.

131 Item quando commodum vel incommodum ad eos, potest pertinere, num. seq.

132 Testes dicuntur deponere in facto proprio vbi tractant de se exonerando.

134 Doctori præsertim claro ac Illustrissimo testanti de consuetudine est credendum.
Et posito, quod sit dubium quo ad plenam probationem, verum tamen dicitur quo ad præsumptionem, cui standum est, donec probetur contrarium num. seq.

136 Testes fouentes causam consimilem repelluntur.

138 Testibus nimium animose deponentibus haud est credendum.
Item sunt suspectissimi num. seq.

140 Testes contra iudicem debent esse omni exceptione maiores, neque tales præsumuntur nisi probentur.

141 Arresium contra nonnullos factum iustificatur.

142 In canonicorum Interamnæ materia notabilia quædam.

143 Dom. Io. Hieronymi Cherubini querelæ explosa cum honore vicarij, cuius deuotio, religio, atque pietas proponitur, num. seq. & num. 146.

145 Canonicorum querelantium contemptus in audiendo concionatores.
Item in Sanct. ss. Sacramenti Eucharistiæ adoratione, num. 148 & 149.

147 Clericus non beneficiatus, vel haud in sacris constitutus, non tenetur ad officium domini persoluendum, & sub num. seq.

150 Pænarum distributio pijs locis facta.

151 Testes simplicem negatiuam firmantes cum sit improbabilis, ob eorum temerariam assertionem sunt puniendi, & qualiter.

152 Donni Leonori querela explosa. Item eius absentia suo capito, num. seq pluribus.

155 Parochi necessitas vbi illum abesse contingit relinquendus est prius per ordinarium approbandus. & 351.

155 Ordinarius potest cogere absentes ad residendum per cẽsuras ecclesiasticas.

156 Dimissoria scripturam exigit, & num. 349.

157 Casus scripturam requirentes remissiue, & numero 309.

158 Consuetudo altera lex.

159 Prioris querelæ ab ipsomet sponte destitutæ.

160 Accusantes Vicarium in quibus reperiantur terminis, & num. 258.

161 Verbum iudicis obiter prolatum non irrogat infamiam.

162 Officialis non tenetur iniuriarum actione vbi corrigendi animo verbum iniuriosum protulit.

163 Conuitium generale iniuriam non infert, & exemplificatur, & aliud exemplum vide nu. seq. de consiliario alteri conuitianti.

165 Interlocutoria potest infra tempus debitum per ordinarium reuocari.

166 Priores causas esse per locorum ordinarios cognoscendas ex S.C. Trid dispositione.

168 Vbi agitur de reuocatione interlocutoria coram eodem

dem iudice, tunc illius reuocatio potest fieri etiam è no nis actis.

169 *Relatio duplex & quæ possit reuocari, & quæ non.*

170 *Reali in relatione oportet transmittere acta.*

171 *Relationis exemplum partibus dandum debet esse manu publica & de reuocatione, num 172.*

173 *Notario de extraiudiciali confessione deponenti standũ non esse.*

175 *Testi deponenti ad se exonerandum non est credendum.*

176 *Testis tractans de se exonerando non probat.*
Et est suspectus num. seq.
Et ei vis deponenti in quo laus vel opprobrium potest euenire non creditur nu. 178.

179 *Testes pauperes: viles & abiecti non probant.*

180 *Incauta locutio potest reuocari etiam non docto de errore.*

181 *Et huiusmodi reuocatio haud irrogat infamiam præsertim antequam sit processum.*

183 *Confessio in figura iudicij facta in criminalibus non nocet.*

184 *Pars simpliciter confitendo delictum quod non est, non per hoc potest inducere delictum vbi non habetur, neque est.*

185 *Iudex potest quandocunque corrigere suum errorem.*

186 *Item & mutare siue errauerit in processu, siue in interlocutorijs nu...*

187 *Iudex potest motu proprio reuocare suam interlocutoriam maxime non demandatam executioni numer. sequent.*

189 *Iudex debet errorem suum corrigere etiam nemine instante.*

191 *Iudex motu proprio propriaque authoritate potest corrigere errorem suum.*

192 *In iudice qui dicitur vir bonus non cadit dolus, quæ regula procedit in vicario præcipui viro probatæ fidei laudatissimo atque nominis, & famæ integerrimo sub num. seq.*

193 *Præsumitur pro iudice actum gerente.*

195 *Commodum & vtilitas dicuntur doli causa, quibus cessantibus dolum cessare est necesse, num. seq.*

197 *Sententia iudicis aut arbitratoris, licet sit iniusta, non tamen dicitur dolosa, & quare.*

198 *Pœna cessat vbi delictum non est.*

199 *Dolo cessante, de pœna tractare non oportet.*

200 *Falsitas quæ nõ nocet nec ordinarie, neque extraordinarie est punienda secundum quamplurium Doct. opinionem, vide nu. seq.*

202 *Falsitas vt committatur, tria requiruntur: & quæ.*

203 *Inspicienda est vexationis causa vnde originem duxerit, quando vicarius de bonis operibus dilapidatur, & sub num.*

204 *Tritissimum est in iure. Tutius, sanctiusque esse nocentẽ absoluere, quam innocentem condemnare.*

205 *Etiam in crimine stellionatus requiritur dolus.*

206 *Dolus non nocens secundum ll. non punitur.*

207 *Disputatio ac discussio hæc habita est ad splẽdidiorem demonstrationem innocentiæ, atque integritatis vicarij, ad querelantium confusionem & nu 120.*

208 *Iudex potest officium mercenarium exercẽdo non postulatum interponere circa illud quod radicatur in illius persona, vt facere pronuntians, & valet etiã sine partis petitione.*

209 *Item potest exercere officium parte etiam non petente, in illis quæ pertinent ad suum decorem num...*

210 *Item potest iudex interponere officium non postulatum motu proprio circa illud, in quo publica versatur vtilitas, nu...*

211 *Item in casib. in quib. versatur priuata, si concernat ipsius iudicis honorem, nu...*
Idem in illis, quæ principaliter iudicis personã iurisque publici obseruantiam concernunt ibidem.

213 *Actors verba emendare non est prohibitum, & 190.*

214 *Sententia est de actis.*

215 *De actis standum est simplici iudicis relationi.*

216 *Interlocutoria interpretatio facta per eũdem iudicem, quæ bene potuit fieri, num. seq.*

218 *Prætores omnesque iudices possunt sententiam latam corrigere, & emendare.*

219 *Iudex potest emendare suam sententiam circa verba.*

220 *Tota præsens disputatio fuit ad reprimendum quærelantium animos, & sup. nu. 207.*

221 *Interamnæ nouum esset, nisi officiales suos dilacerarẽt, vexarent calumniarentque.*

222 *Calumniari dicitur actor eo ipso, quod non probat, & num. 258.*

223 *Dolus & calũnia præsumitur in illis, qui obiecta haud probant.*

224 *Vicarium dilacerantes puniri debent, nec valeret consuetudo, vel statutum, quod calumniatores non puniantur.*

225 *Et eo magis stante bona fama Vicarij, de qua nu. seq. & sup. num 203. & sup. num. 232. 240. & 248. 249. & sub num. 253. cum pluribus seq.*

226 *Accusantes vicarium vltra pœnam iuris, quam ferunt, debent etiam mulctari, & num. seq.*
Et qualiter relatiue num. 255 & 256.

227 *Clericus subdiaconus calumniam illatam haud probans qualiter punitur, nu. 258.*

228 *Accusantes vicarium vt inimici, erant ab accusando repellendi qui etiam effecti sunt irregulares, num. seq.*

230 *Honor & vita æquiparantur.*

231 *Accusator, actus nocabilis & nu. 105.*

233 *Vicarius gessit officium in multis difficultatibus atque in ciuitate seditiosa.*

234 *Interamnensium natura quæ.*
Quæ probatur eleganter sub num seq.

235 *Experientia veritatis lumen.*
Item rerum efficax magistra nu. seq.
Et valet argumentum ab experientia, nu 238.
Nec meliorem habemus testem, quàm natura ipsa quæ mentiri non potest, nu. 239.

240 *Vicarius fuit sacrorum canonum atque S. C. Trident. ac Bullarum Sanctissimi executor moderatus.*

243 *Alex. de Imol. authoritas eiusque innumeræ laudes, vsque ad nu. 247.*

248 *Vicarij bona vox, & fama, in genere, ac in specie probata, & pluribus seq.*
Quæ in omnibus solet esse proficua per eam enim confutantur suspitiones nu. 249.

250 *Vicarius, qui ritè rectè, piè, atque laudabiliter in omnibus se gessit est absoluendus, & qualiter.*

251 *Dolum erga vicarium fuisse ex professo adhibitum inficiari haud potest, ex quo in eum quamplura sunt contra ius attentata.*

252 *De bonis bonæ vitæ effectibus consilia aduoc.*

253 *Iudicis fauore bona fama præualet malæ, etiam vbi mala in specie, bonaque in genere esset probata num. seq.*

136 *Vicarius vltra damna expensas, interesse iniuriasque atroces passas, dilaceratus incedit ac sui dilacerãtes gloriosi incedunt de suis calumnijs quas iudices tenentur repellere.*

257 *Aequitatem præ oculis habent boni iudices.*

259 *Accusatoribus nimium fauorem fuisse præstitum, verum quo maiori conatu hæc acta fuere, tanto infirmiora esse debent apud graues, sapientes, integerrimos iudices, quorum proprium est hominum audacias, ac malitias proterrere, innocentibusque subuenire, nu. 260.*

262 *Dubia tradita sed primum defectiuum num. seq.*

264 *Opponendo ac disputando veritas clarius elucescit.*

265 Sæpius agitata magis splendescit in lucem, & latens argumentis & collationibus aperitur, num. seq.
267 Ferro viam aperit, qui per contraria transit.
268 Sicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, sic & veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulsis nobilis in lucem progreditur.
269 Veritatis sectatores Deo placent.
270 Veritas super omnia amanda est.
271 Veritatis vis secundum Isidorum.
273 Veritas quid secundum Baldum.
Alia diffinitio siue magis descriptio secundum eundem, num. 276.
Item quid secundum Affl. post alios relatos, nu. 274.
275 Veritas omnia vincit mater iustitiæ, nu. seq.
Et veritati omnia cedunt, nu. 277.
278 Iudex minister Dei debet inhærere veritati, atque illã adiuuare quibuscunque modic, cum seq.
281 Iudex tenetur occurrere scandalis etiam recedendo à regulis iuris.
282 Facienti ea quæ debet culpa ascribi non potest.
283 Culpa qualibet etiam leuissima abesse præsumitur ab eis qui dant operam rei licitæ, donec probetur contrarium.
284 Culpa non imputatur alicui, vbi ex illa damnum non contingit.
285 Argumentum pro vicario, ratione fundatum.
286 Excommunicatio vbi fit pro aliquo, tunc non oportet illud esse mortale, quinimo nec veniale, & num...
287 Item non oportet tunc quem esse contumacem sed sufficit, quod sit inobediens, num...
288 Veniens contra præceptum superioris peccat mortaliter & potest excommunicari.
292 Dolus esse dicitur contra eos qui sui superioris mandatum transgrediuntur, & quare.
293 Prælatus promptus esse debet in puniendo.
294 Et inobedientia inducit peccatum mortale.
295 Quando aliquid præcipitur sub pœna excommunicationis tunc illud quod est veniale ob contemptum efficitur mortale, & nu. 297.
298 Querelantes tenebantur parere vicario.
299 Rationem efficacem sufficit adducere pro lege.
303 Contumax potest excommunicari absque citatione, & sequent.
311 Negatiua probatur, per librorum aperturam.
Item per instrumentorum inspectionem nu seq.
313 Ordinarius etiam censuris ecclesiasticis annexus modo in ministerio ecclesiæ tolleratus potest vtilia atque ad legem pertinentia gerere, ex quo sibi incumbit ex officio, & num. 317.
318 Ordinarius à fidelibus sibi subditic requisitus potest cõcedere facultatem absoluendi excommunicatos.
319 Delegabilia sunt de iure canonico illa quæ sunt mixti imperij.
320 Specialia triginta tria contra regulas iuris remissiue, & adde videndum infra num. 305.
321 Casus præcepti facti fuit per summum Pont. approbatus, & quid clericis è carceribus liberatic fuerit iniunctum, num. seq.
322 Meritis merito honor est tribuendus.
323 Honor virtutis præmium, & alia notabilia.
324 De gestis per summum Pont. atque de illius potestate disputare fas non est.
325 Item multa notatu digna de Principe ac de Principic potestate recollecta habes in textu seq. ad num. 344.
345 Fatuum est se intromittere, vbi Papa manum apposuit.
346 Quod Papa confirmat nemo infirmat.
347 Absurdum magnum esset, si inferior posset rescindere sui superioris gesta.
348 Non potest inferior se intromittere super sui superioris factum etiam nullum.
350 Vnico testi non est fides adhibenda.
352 Probationes contra officiales debent esse sole clariores.
353 Succumbant vexantes temere vicarium.
354 Accusatoribus non probantibus plene, nec legitime reus, & nil probauerit venit absoluendus diffinitiue, etiam si accusatoris intentio fundata esset super negatiuam, num. seq.
356 Etiam in crimine falsi debet probatio de necessitate concludere & strictior esse debet.
357 Adeo vt actoribus non probantibus eos iniuriarum actione conuenire potest vicarius calumniatus, & sunt etiam damnandi, nu. 358. cum seq. & nu. 401.
361 Memoranda documenta pro iudicibus illorumque pœnæ, nisi illa obseruauerint & num. seq.
363 Iniustus iudex inter animalia bruta est connumerandus.
364 Iudex corruptus iniustam proferens sententiam, efficitur infamis, atque parti læsa tenetur, & exemplũ memorandum, vide nu. seq.
366 Iudicec iusti, beati, & horum memoria debet extolli, iniustorum autem aboleri, & num. 360.
368 Ira diuina lento procedit gradu ad vindictam, tarditatemque supplicij grauitate compensat, & idem nu. seq.
370 Subscriptio alterius Iurisconsul. cum vicarij commendatione, & nu. 379. & 423.
375 Ordinarius etiam suspensus potest excommunicatos absoluere.
380 Nihil inter homines est sic indubitatum. quin possit licet iustissimum, suscipere quandam solicitam dubitationem, leges n. sæpe cauillantur, & captantur, ita ad diffiniendum homines sunt faciles.
381 Item nihil tam clare tamque aperte verbis potest proferri, quod non maligna sophystica que interpretatione euerti possit & quare, num. seq.
384 Ad dissentiendum homines sunt faciles.
385 Legec calumniantur, & captantur, cum seq.
387 Adimpletum in vicario dilacerato dictũ notabile Magistri Sententiarum ac aliorum dicentium, ambigendũ non esse, omnem humani eloquij sermonem calumniæ atque emulorum contradictioni semper obnoxium fuisse, & quare, vide in textu.
388 Accusatores acriter contendere contra agnitam veritatem quæ vtinam haberet tot inuentores quot habet contradictores, num. seq.
390 Vicarius patuit inuidorum morsibus.
391 Partes iudicare debentium quæ, & num. seq. Quod declaratur, nu. 393.
394 Vicarius dilaceratus de bonis operibus atque de ingratitudine satisfactus, & n...
395 Ingratitudo quid.
396 Ingratus non dicitur viuere mortaliter.
397 Multa notanda dicta pro vicario ibi. ad nu. seq. item vsque ad nu. 408.
399 Apud iudicem non debet esse acceptatio personarum.
409 Iudex de quibus sit syndicandus, & nu. seq.
411 Syndicatus causa quæ.
412 Cupiditas radix omnium malorum.
413 Vicarius syndicatus sub iudice, qui ab eo fuit per sententiam parochiali priuatus, atque etiam ab eodem processatus, & eidem de falso delatus.
414 Inuidia contraria virtuti, quæ labefactari haud potest num. seq.
419 Causa atque vicarij innocentia splendidissima facta est atque posita extra omnem controuersiam.
420 Prolixas atque verbosas disputationec euitandac esse.
421 Ob religionis reuerentiam atque S.R.E. decorem multa in consilio fuere de industria omissa contra delacerantes, atque cupidos. qui in quibus gradibus ac terminis honoric reperiantur aliorum sit iudicium.

Inte

In te Domine speraui, non confundar in
æternum.

IN hac præsenti causa syndicatus, si syndicatus est
nominandus, quia multum animose, atque malo ze-
lo mota fuit, atq; procurata per nonnullos clericos In-
teramnæ, qui fatigauere, atque inquietauere lite iniquis-
sima eorum vicarium virum integerrimum, & contra
quem cuncta stricte discutiunt, neque erant contra eũ
ita rigide procedendum, vt infra post num. 18. multa se
offerunt digna consideratione, ex quib. perspicuo de
eiusdem vicarij iniuste vexari impieque dilacerari in-
dubitare apparet innocentia. Et non conterendo tem-
1 pus in multiloquio, quod prudentissimo stomacari so-
let, vt exordiar cum Francisco Aret. in consi. 11. in prin.
2 Reiectisque etiam quibusdam alijs, quæ ad pompã po-
tius, quod ad esse rei faciunt, vt exordiar cum Barto. in
l. edita, C. de eden. & Ias. in consi. 8. in prin. atque Ro-
land. in consil. 59. volu. 2. & 61 & 63. in 3. Quinimo rẽ
3 perstringendo in claris terminis, in quib. tam stultum
est argumentari, quam sub clarissimo sole mortale lu-
men afferre, vt docuit Quintil. lib. 5. oratio. Insti. refe-
rente eo. Roland. consil. 72. in princ. volum. 2. Sed sub-
4 stantialia duntaxat, & ad rem conferentia attingendo,
vt docuit Bald. auth. ex causa, in princ. C. de liber. præ-
ter. & reassumpsit Iason in consil. 3. in prin. volu. 2. Ro-
land. consilio 34. in princip. volum. 2. dicitur imprimis,
quo ad excommunicationis præceptum, ob quod con-
5 iuratum fuit in Vicarium: dicitur quod de vicarij man
dato fuit per Dominum Paulum sacristam facta moni
tio clericis, vt singulis non autem capitul. vt in primo,
6 atque in secundo processu constat. †Nec quicquam ob
stat si diceretur, non fuit monitio canonica, idest cum
debito dierum interuallo, vt requiritur, & habetur in
capi. statutum, de senten. excommu. libr. 6. quoniam ex
eodemmet text. responderetur, illud verum esse, nisi facti
7 necessitas suaserit aliter, quod & etiam habetur in cap.
statuimus. eo. iuncta gloss. ibi, nisi necessitas aliter suase
8 rit. Et quod tempore memorati præcepti necessitas sua
serit, sic probatur expresse; non enim aderat dierum in-
teruallum a die vigiliæ ad diem festum S. Catherinæ, &
9 hæc quo ad monitionem. Vltra quod excommunicatio
absque monitione valet lata per ordinarium, & tenet, vt
voluit Rot. decisi. 10. de senten. excommu. in antiquior.
10 Quo verò ad præcepti validitatem clarum est in iure
nostro, in excommunicatione pro futuris culpis haud
requiri monitionem, puta, nisi in termino satisfeceris,
quod idem sonat, nisi ad missam conuentualem, quam
maiorem vocant, atque ad primas, & secundas vespe-
ras in ecclesia sanctimonialium S. Catherinæ in die il-
11 lius festi non interfuerint, quoniam dies tunc interpel-
lat pro homine, vt post relatos tradit Feli. in capit. cũ sit
Romana. numero 22. de appella. Dec. in cap. repræhen-
sibilis, numero 4. eodem. & per Gabriel. Roma. in suis
commun. conclusi. conclusi. prima de citati. numero
156. ad idem. & per Feli. in capit. sacro approbante con-
silio, numero 4. de senten. excommu. futuræ culpæ ade
12 rant rectis oculis intuenti, quoniam vlla ratione haud
est credendum mentem sanctissimi Papæ fuisse in mo-
nialium abdicatione facta, atque in illarum consignatio
ne suis diœcesanis iniuncta; moniales consignatas per
episcopos regi, gubernarique quo ad vesperas, Missas,
cõfessiones sacramẽtales, & his similia, sed mediãtib. eo
13 rũ clericis ipsius ordinarij inferiorib. Qui quidẽ clerici
moniti ex industria renuẽre aliquiquinimo pertinaciter
maiorẽ, atq; ad vesperas debitas ex dispositione Bullæ,
cõtempsere, postea q̃ in cathedrali adimpleuerint adim
plẽda, atq; persoluerint persoluãda interuenire ad missã
Sanctiss. alias inuitis dẽtibus fatendũ esset Bullã prædi-
ctã seruire de venia, qđ est minime admittendum. Ade
14 rant igitur, aderant futuræ culpæ respectu clericorum
non patientium illa ad quæ tenentur, argumento text.
in regula, qui non facit. vbi gloss. alia iura similia citat.
15 ff. de regul. iur. vbi Dec. expresse notat, quòd non face-
16 re dicitur facere in pænalib. Clarũ est. n. valere excõica
tionis sententiam in pænam delicti sine monitione, vt
per Dec. in d. capitul. repræhensibilis, numero 2. Nicel.
qui declarat 52. concord. gloss. 3. & 3. fallentia. Feli. d.
capitu. sacro, numero quinto, & Gabriel. Romand. ea-
dem conclusio. primo numer. 159. Item valet excom-
17 municatio pro negligentia. glos. 11. quæst. 3. placuit &
18 de consecra. di. 1. nemo. siue igitur reperiatur dictum
præceptum factum pro futuris culpis, siue in pænam
delicti, siue pro clericorum culpa atq; negligentia, va-
let, atq; omnino tenet per prædicta, neque ob illud po-
terat vicarius vexari, cum contra officialem non sit a-
gendum rigide, vt tradit Beci. consilio primo, numero
septimo, & nouissime adde per Bertaz. cit. consilio 91.
19 numero quarto. Idem superioris præcepto iusto est pa-
rendum, capitul. secundo, de maio. & obe. & 13. q. 1. Et
20 prælatus debet esse promptus in puniendo inobedien-
tes ex sententia Aposto. relata in capitul. primo, de po-
stul. præl. vbi Dec. 19. notab. alia ad propositum facien-
21 tia producit. Hæsitatio fit vt audio ex eo, quia præsup-
ponitur dictum excommunicationis præceptum sine
scriptis factum fuisse, & sic iuris ordine prætermisso, de
22 quo dicto capitu. primo, de sent. excom. in sextò. †Hoc
negato; quoniam morosus Prior, atque alij obnoxij de-
bebant de illa intra mensem petere exemplum, vt dicit
pro parte eorum allegatus tex. Et vbi vicarius tunc re-
quisitus siue interpellatus illud in scriptis ipsis petẽtib.
non ostendisset, atque illius copiã postulantib. ipsis non
decretasset, possent vtrique isto in casu querelantes pro
23 certo asseuerari. At posito etiam citra præiudiciũ veri;
rem ita sese habuisset, adhuc responderetur dictum præ-
ceptum vicarij intuitu validum, quoniam in illo tunc
non aderant illic ad scribendum necessaria, prout ita in
* terminis terminantibus respondet gl. * communiter re-
cepta in dicto capitu primo, quæ militat proprie in ca-
24 su nostro. In cathedrali & non adimpleta erant adim
plenda, quando Donnus Pompeius retulit vicario in
choro assidenti die dicta festi S. Catherinæ de mane, il-
lic haud Missam ad celebrãdã sacerdotem adesse, & il-
luc aduenissent atq; adessent illust. Dom. Gubernator
hodie Episcopus Venusinus, Magnifici DD. priores ci
uitatis, & deniq; numerosus vtriusq; sexus populus pro
audienda missa in eadem die festi solemni.
25 Et quod propterea murmur aderat atq; generabatur
26 scandalum. Et relatio hæc fuit nempe causa proxima,
ob quam non minus iuste quam pie fuit motus vicarius
ad illud præceptum sic promulgandum pro vitandis
scandalis, atque tollendis murmurationib. quod nequa-
quam promulgasset etiam lapsis primo ac secundo scan
dalis, vt quia primam illius monitionem contempsisset,
atque vicarium increpassent ex eo quod illis dixisset,
Signori Canonici, non pontate il R. *Don Serafino per que
sta fiata? perciocbe io bollo mandato a dire messa per disa
gio, & à buon fine in S. Catherina.*
27 Causa vero iusta, atque rationabilis fuit, vt iam di-
ctum est, bulla illa Sanctissimi, de qua in actis, ex qua
cum sit præcipua illi contrauenïens obligatur ad mor-
tale peccatum, abundant ad hoc iura in capitul. secun-
do, de maior. & obedi. 13. dist. si quis sunt, & 24. quæst.
prima, quod percipitur. & 8. quæst. 1. scientium cum
suis similibus citatis per Dec. in cap. nam concupiscen-
tiam, uumero secundo, & per Fel. ibi in pri. de const. Et
bulla prædicta præcipit ordinarijs omnibus in virtute
S. obedientiæ, & vt in illa, quatenus libenter suscipiant
Monialium regimen in spiritualibus, atque temporali-
bus,

bus, eisdem ordinarijs dando plenam liberamq; regen-
28 di,& gubernandi potestatem, vt fusius in ea habetur.
Et in illo temporis momento non sine scandalis alias
transituro non aderant ibi, nec scriba, neque ad scriben-
dum necessaria vt explicite testati sunt Donnus Cheru
binus, Donnus Paul.notus, ac alij, & scandalum immi
29 nebat. Sileat igitur regula text. præcitati, insurgatque
* opin.gloss.*approbatæ a Doctoribus limitantis illũ tex.
30 sic. Et adde, quod limitationem hanc tenent etiã Sum.
Sylu. verbo, excommunicati, il primo, nume. 14. & Fel.
eod.cap.sacro, num.quarto, quæ placuit similiter Soci.
ibid.numero 372. Sed quid plura, querelantes excom-
municari ob contemptum de industria tenuere absolu-
tionem accipere ab illis quatuor sacerdotibus confessa
rijs approbatis, atque ab ipso d. vicario tunc specialiter
delectis in solidumque deputatis, vt cum iuramento in
terrogati deposuerunt Donnus Cherubinus, Donnus
Bartholomæus canonici, atque alij in processu testium.
32 Et si diceretur, vicarius erat ab ecclesiæ ingressu per
mensem suspensus ob prætermissam formam iam dictã.
& sic irregularis, hoc primo negato respondetur secun
33 dum do. Felin. in d. capitulo Rodulphus, numero
55. de rescri. atque Gram. decisio 105. numer. 60. leges
pœnales vim non habere nisi post declarationem quæ
34 nullibi facta reperitur. Item in fortiorib. terminis dici-
tur, quod tametsi esset vicarius irregularis, (quod nega
tur,) quod nihilominus retinebat iurisdictionem, qua
non erat propterea priuatus: vnde dubio procul pote-
rat vicarius tutè censuris annexos absoluere, ita quæst.
hanc in terminis terminantib. format atque pro vicario
resoluit gloss. illa, quæ ponit falcem ad radices in d.cap.
sacro. verbo interdictum videant rogo iusdicentes ea,
est n. vt dixi in proprijs terminis nostris, & omnẽ tollit
35 hæsitationem. Item respondetur quod retinebat vica-
rius vsum clauium, quoniam haud reperiebatur in il-
lis, duob. casib. conci. Constan. ita signanter inquit Ma-
gister Victoria in eius sum. sacram. fol. mihi 181. & in
terminis etiam fortiorib. fol. 194. versicu. secundo, vbi
36 inquit, cum quibuscunque excommunicatis licitum
esse in vtilibus ac in ad legem pertinentibus participa-
37 re, poterat igitur vicarius illo etiam in casu in pertinen
tib. ad officium vicariatus atque in vtilib. clauib. vtens,
innodatos per alios sacerdotes cõfessarios censuris non
annexos, & ab eod. vicario delectos, atq; deinde deten
tatos in solidum absoluere, nisi renuissent, cum vica-
rio istud ex officio suo incumberet. Querelantium igi-
38 tur perfide adscribendum est, qui ex falsa suggestione
illorum Aduocati de Gubernatijs fuere deceptio, &
hæc pro vicarij perspicua defensione sufficiant in isto
passu. Et de suggestione Archid. habetur in capitu. cum
39 accessissent. de consti. Et pro vicario etiam adsunt de-
cisiones apertæ: atque rationes concludentes, nec non
opiniones Doctor. crebriores atque vsu receptæ, a qui
bus in iudicando non est recedẽdum, ad tradita in c. ne
40 innitatis. de const. Item quod valeat absolutio talis sen-
tentiæ, determinauit Rota decis. septima. de sent. ex-
41 com. in nouis. Et istud haud erat hic prætermittendũ,
sed perpetuo notandum ad detegendum iniquitatem
edicti promulgati de syndicando vicarium, atque syn-
dicatu, quod in syndicatu inaudito corã episcopo erat
sine scriptis procedendum, iuxta tex. & glo. ibi in §. ne-
cessitatem. in Authent. vt iudi. sine quo. suffrag. & in §.
primo, in Authent. vt cleri. apud propri. Epi. vbi Bart.
42 ex ea. constitutione notat, quod quando episcopus
cognoscit inter suos clericos, quod habet sine scriptis
cognoscere atque iudicare, quod in vicario obserua-
43 tum haud video ob diabolicam in illum vindictam,
44 quia non erat de leuioribus vti fuit, syndicandus, ad
tradita per Iaso. in leg. prima, numero nono. Codic. vt
45 omnes iudi. & inferius habetur. Item neque contra
cum erat curandum de apicib. iuris, vt per Bal. in con-
46 silio 165. volumine tertio, officiales etenim de genera-
li consuetudine non tenentur nisi de dolo & barataria,
de culpa autem lata non, per Bald. in l. obseruare. §. pro
ficisci, quæst. 15. & 18. ff. de officio procon. & lega.
ac per Amod. de syndi. numero 186. vbi post Accur. ci-
tatum dicit, quod de consuetudine, & per statuta ciui-
tatum officiales haud syndicãtur nisi de furtis, pecu-
nia accepta & male ablatis, & cæteris baratarijs, de ini-
quis autem sententijs, & per imperitiam male latis non
vt per Bertaz. vtrobi. Et pro quibus præsumitur leg. se-
47 cunda. Codic. de officio ciui. iudi. & per Bald. §. pro-
ficisci. x. quæst. ad fi. cum alijs citatis per Gramm. cri.
consilio 54. atque etiam cum conco. de quib. nouissi-
me per Bertaz. criminal. consilio 71. numero octauo, &
81. numero septimo. Et contra quos scrupulosa inqui-
sitio omnis reijcitur, alias frangeretur neruus iustitiæ,
authoritasque iudicum deprimeretur atque vilesce-
ret, & in officio successores lento gradu vel calce proce
derent, vt per Gramm. d. consilio 54. numer. tertio, vbi
retulit Paris de Pute. quod per duas colu. exclamat ad
iudicum fauorẽ, fol. mihi 92. & fusius vt. in locis me-
moratis. Adde etiam notanda verba Ci. in oratio. pro
Lucio Flacco. in secunda parte. pag. mihi 170. b. dicen-
tis ad verbum, o conditiones miseras administrãdarum
prouinciarum, in quibus diligentia plena simultatum
est, negligentia vituperationum, vbi seueritas periculo
sa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio per-
niciosa, frons omnium familiaris, multorum animus
iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes
prætores expectant præsentes inseruiunt, abeuntes de-
48 serunt. Circa querelas nomine capituli porrectas per
ser Rutilium d. nomine comparentem expresse sine
mandato procuræ speciali, atq; in indiuiduo, vt de iure
requiritur, vt infra, cum posset facere incidere domi-
* num in pœnam iux. theori. Bart. * communib. calculis
apud. ll. vertices approbatam atque tradita, per Ias. in l.
si procurator, nume. septimo, ff. de cond. indeb. & tradi-
ta per Card. Paris. consil. 100. numer. septimo, in 3. Ro-
land. consil. 71. in fi. lib. 1. Natt. consil. 445. numer. 2. 3.
Cur. Iun. consilio 149. in fi. & alibi sæpe per scriben. di-
50 cuntur non potuisse admitti de iure, & quod procura-
tor iste venit vti temerarius ac calumniosus puniẽdus
pœnis debitis, de quibus. 5. q. 6. can. 1. & seq. requireba-
51 tur certe procuratorium speciale ad opponendũ sic, &
sic vt habetur in c. procurator, de electio in 6. & tradit
Specu. tit. de procura. §. 1. post numerum 15. & habe-
tur in clemen. secunda de procu. atque probat. l. non so-
52 lum. §. fin. ff. eo. Nec ob. si diceretur querelæ illæ fuere
per canonicos ratificatæ, quoniam ad hoc respondetur,
quod eorum ratificatio vti serotina vic. respectu, cũ sit
post tempus decursum facta, nil valeat, neque ratifican-
tib. ipsis quicquam prodest. Bene verum est quod eis,
obest, oberitque semper, & ad hoc probandum produ-
co consil. do. Alex. Imo. qui compulsus respondet eius
53 consil. 101. numero 3. volum. 2. quod reclamatio facta
per Petrum suo nomine proprio, atq; fratrum, a quibus
nõ habebat mãdatum, nisi sit ratificata intra tempus ad
appellãdum non valet neq; tenet appellatio siue prouo
catio l. vt bonorũ, ff. rem rat. habe. l. prima, cum illic ad
not. post gl. per Bar. ff. de appella. recip. cum alijs per eũ
allegatis loco præcitato, quibus adde, vt per Iacob. de
Sancto Geor. in l. 1. C. qui admi. ad bono. pos. nũ. 12. &
in l. licet verum. ff. de iudi. nu. 6. vbi etiam subiungit se
ita pluries fecisse iudicari, & per hoc mandat notari.
Adde etiam ad idem Gabriel Eugubin. eius consil. 186.
* numero 30. & 31. vbi* communem inquit, subiungens
54 probansque, quod temporis lapsus est fortior defe-
ctus, quam renuntiatio expressa siue tacita, quia ex
quo denegatur audientia, processus redditur nullus,
vt

vt per Iaſ.conſilio 165.columna ſecunda,& 168.volu.
2.& per Vant. de nullit, titulo ex defectu inhabi. com-
pa.nu.51,& ſeq. Et ſtatutum mandans contra aliquem
55 intra certum tempus procedi poſſe, debet formaliter
attendi,ita vt lapſo tempore præfixo proceſſus excludi
tur per Marſi.conſil.69.in princip.87.nume.8. 117. in
princip.Syluan.conſilio 7.num. 2. atque per Bertaz. d.
56 conſilio 71.nu.1.& 2,qui prædict.allegat.Item reſpon
detur,quod ratificatio illa ſerotina nil operatur, vt pro
xime dixi ad præiudicium vicarij,cui ex medio tempo
re fuit ius quæſitum, ita per Afflict.deciſio 335.ante
nu.13.Nat.conſil.252.num.9.conſi.26.num.4.& con-
ſil.penul.Dec.conſil.460.Fabr.in ſuo breuia.vtili ſuper
C.l.ſi filius familias.ad S.C.Maced.Soc.conſi.126.nu.
1. libr. 4. quod conſiderauit ſubtiliter rectis oculis in-
tuenti,Eugubin.loco ſuperius citato,cui adde per To-
bi.conſil.56.nume.3.& Iacobi.de S.G.d.l.1.nume. 13.
57 Item reſpondetur quod ratificatio facta re non integra
non trahitur retro, vt per Alex.conſi. 110. volumin. 3.
vbi Apoſtill.quamplures concordan.aduocat.Et eſt pe-
58 rinde ac ſi non eſſet facta quoad vicarium, licet ſecus
quo ad ratificantes,per ea quæ tradit Alex.conſil. 126.
59 in 2. Vbi ratificatio non trahitur retro quando aufer-
tur ius quæſitum ei contra quem fit, quod poſt relatus
comprobat atq; ſequitur Rolan.conſil.78.nume.24.25.
lib.3.quib.adde per Iacob.de S.G.in l. ſi tutor tuus, ſub
60 nume. 11.in tertia limit.C.ex quibus cauſis. † Et ſi di-
ceretur,aduerte, quia non eſt ratificatio, ſed declaratio
actus præcedentis, quæ quidem declaratio vtique po-
teſt fieri ex iſto,quod qui declarat nil noui inducit, ſed
quod obſcurum eſt,coopertumque,ab eo detegitur, at-
que illuminatur,illuminatumq; proponit.l.hæres palã,
61 § ſi qui,poſt. ff.de teſta. † Et dicitur ſolum detegere,ſi-
cuti qui excutit grana a ſpicis, vt eleganter inquit Ful-
go.conſ.148.columna fi.de quo meminit Roland.con-
62 ſilio 57.numero 27.lib.tertio. † adhuc reſpondetur, ꝙ
quamuis declaratio trahatur retro quo ad principium
actus, quod non propterea retrotrahitur ad præiudiciũ
Vicarij, cui per medium tempus præfixum atque la-
pſum ius eſt quæſitum, ita per plura reſpondet Rolan.
omnino videndus eius conſilio 46.numero 38. volum.
63 ſecundo, † Et ita ego intelligo, atque declaro text.in di-
64 cto §.ſi qui poſt. † Quo vero ad querelas alias, eſt ſcien
dum,quod generaliter omnes illi, qui fuere per Vica-
rium carcerati non poſſunt contra eum in teſtes recipi,
vt habetur per Grammat.conſilio criminal.46.quod eſt
65 notatu dignum. † Ratio eſſe poteſt, quia non ſunt omni
exceptione maiores, vt requiritur per Gramm.crimina.
conſilio 35.numero 39.quem ſequitur Pract.Carer. in
princip.ſuo numero 165.vbi alia multa ad propoſitum
adde & nouiſſime per Bertaz.dicto conſilio 71.nume
66 ro 12.vbi alios concord. citat. † Eſt & etiam notandũ
vnum aliud, videlicet quod officialis conuentus tempo
re ſyndicatus,in ſyndicatu excuſatur, ſi non præſtat fi-
deiuſſorem,quia ſufficit, vt iuratoriam cautionem det,
per Roland. alios conuocantem conſilio 43. nume-
ro 23. volum. ſecundo, ex quibus perſpicua detegitur
67 iniquitas ſyndicatorum,imperitiaque † quæ eſt cuncto
rum malorum mater.38.diſtin.ignorantia,quoniam eo
abundante ignorantia ſupina admiſere contra Vicariũ
teſtes ſub ipſo carceratos, ipſumque etiam in defectu
fideiuſſionis non præſtitæ,declarauere retineri, pariter
que retinuere in illius thalamo ſub pœnali præcepto de
eo non abeundo, recedendove abſque licentia licet ſæ-
68 pius fuerit poſtea ei conceſſa. † Item illum detinuere in
ſyndicatu per quatuor menſes, tam contra formam ſta-
tuti laicorum, quàm etiam cõtra iuris communis diſpo
ſitionem,de qua in rubr.& nigro.C.vt omnes iudic. &
tamen circa prædicta,iuris diſpoſitio lippis, ac tonſori-
69 bus eſt nota. † Omnes etenim non ignoramus teſtes
inimicos repelli etiã in crimine læſæ maieſtatis vel hæ-
reſis,in quib.ob illorum immanitatem infames,atq; de-
plorati admittuntur, vt tradit Bartol.l.in quæſtionibus.
ff.ad leg.Iul.ma. & late habetur per Ludouic.Carer. in
ſua prac.criminal.pagina mihi 126.colum. prima, in fi.
& colum.ſecunda.in princip.atque in tracta. de hæret.
poſt numero 18.vbi concludit eſſe inhabiles,& ad hoc
quamplures aduocat concord. Menoch. in ſuo tracta.
70 de arbit.quæſtio 28.colum.prima. † Vbi etiam probat
principem iſtud haud facere poſſe vt inimici teſtimo-
71 nium recipiatur. † Et in propoſito ſufficit probare cau-
ſam inimicitiæ fuiſſe commiſſam per Gramm. d. deciſi.
72 86.numero ſexto † quod modo inimicitiæ cauſa fuerit
commiſſa,conſtat & ex carceratione audaciſſimi Prio-
ris, ac aliorum, ob quam Vicarium omnium iudicio vi
rum integerrimum, dilacerarunt, calumniaruntque.
73 † Quæ quidem canonicorum carceratio cum ſit vndi-
* que notoria,probatione non indiget,iuxta gloſſ.*com-
munibus calculis receptam in clem. appellanti, de ap-
pell.ac tradita per Natt. eius conſilio 174.nume.tertio,
& 265.numero primo,& probatur etiam de illa in pro
74 ceſſu per deducta per illos in actis † quæ inducunt no-
torium, vt tradit Natt.conſilio 540.numer. ſeptimo,ex
illo inſigni dicto Inno.in capitu.examinatione,colum.
fin.de appell.& in capitul.olim, vbi etiam Abb.de ver-
75 bor.ſignifi. † Et quod inimicitiæ cauſa ſit talis, vt repel-
lat teſtes, probatur, malo zelo, ex modo procedendi.
Item ex tot ac tantis immanitatibus, iniurijſque atroci-
bus, ex quibus probatur de rigiditate, atque de ſæpius
allegata, oppoſitaque inimicitia ad repellendum teſtes
requiſita, vt per Gram.vt ſupra numer. ſeptimo, & de-
ciſio.34.numero 26.poſt Iacobi.de Sancto Georgio.in
76 l.teſtium,numero nono,de teſtibus. † Quæ alias relin-
quitur iudicis arbitrio, vt per eundem Gram.dicta de-
ciſio 46.numero decimo,atque per Menoch.de arbitr.
iudic. caſ.110, & de his habetur per Clar. in prac. cri-
minal.quæſtio.24.in verſiculo quarto verum debebant
iudices de Groſetto repellere teſtes prædictos per iam
77 dicta. † Quinimo ex præſumpta etiã inimicitia, vt per
78 eund.Menoch.eadem quæſtione 28.num. 6. † etiã vbi
proueniret ex cauſa minus probabili, ibi. nume. nono,
79 † Notandum eſt etiam,quod teſtis inimicus ſemiplenã
non facit probationem, tametſi inimicitia haud eſſet ca
80 pitalis, per Crauet. conſilio ſexto,numero 32. † Et iſta
eſt profecto inexcuſabilis iniuſtitia,& non video ratio
nem vllam,ob quam queant excuſari ſyndicatores, qui
poſito etiam quod admiſiſſent cum clauſula, ſaluis ex-
ceptionibus, non per hoc dicta de cauſa illorum dicta
eſſent in aliqua conſideratione, & perinde eſt ac ſi re-
cepti haud fuiſſent,per Marſi.ſingu. 198. atque nouiſ-
ſime per Bertaz.crimina.conſil. 81.colum. quinta, ver-
ſiculo quarto,in fine. verũ ſyndicatores recipere ſimpli
citer teſtes prædictos,quod an in iure, vel iniuria id a-
81 ctum ſit,aliorum ſit iudicium. † Et ex prædictis atque
ex infra dicendis remanet verificatum illud quod ſingu
la.dicit Dec.in capitulo,cum in cunctis,de electio.poſt
numerum mihi quartum, videlicet quod eccleſia maxi
me indiget viris literatis, per text. in capitulo cum ex
82 eo,de electio.libro ſexto. † Eſt & etiam animaduerten-
dum, quod teſtes laici contra clericum in cauſis crimi-
* nalibus criminaliter intentatis non admittuntur,*com-
mune per Didac.pract. quæſtio. capitulo octauo, nu-
mero ſecundo. Viui. lib. commu. opinio. Menchia.li-
83 bro tertio,de teſtibus, † qui etiam loquitur in crimina-
libus exceptis,quod eſt plus, & prædictos refert atque
84 ſequitur Clar.quæſtio.24.verſiculo.tu dic. † Et vbi ad-
mittuntur aduerte, quia admittuntur vbi veritas aliter
haberi non poſſet, quæ quidem neceſſitas ſiue qualitas
non militat in caſu aſſerto,quoniam aſſerta confeſſio il-
la aſſeritur emanata in Epiſcopali Palatio,in quo cleri-
corum

85 corum copia frequenter reperitur. † respondetur etiam
illud procedere, vbi de natura facti habiles haberi haud
potuere, vt per Marsil. plene eius sing. 73. vbi hoc men
ti tenendum esse dicit, subiungens se ideo fecisse repro-
bari testes quam plures minus idoneos, quod & etiam
voluit Roland. consilio septimo, numero sexto, & con-
silio 24. numero 67. volumine primo, consilio 27. nu-
mero 8. lib. 3. vbi plene, sed pleiuus per Apos. ad Alex.
in consilio 64. libro primo, & ad saturitatem per Ga-
briel. Roman. conclusio. septima, numero quinto, de te-
stibus vbi per totam illam conclusionem hoc sing. li-
mitat, & istis adde per Gramm. crimina. consilio vige-
simosexto, numero trigesimoseptimo, ac per Boss. ti-
tulo de indi. & considerat. ante tortu. numer. 161. 163.
atque per Ludouic. Carer. in pract. criminal. pagi-
na mihi 125. columna prima, in versiculo quid ta-
* men. ex quibus facile dignoscitur de * communi ista,
quæ crebriori calculo est recepta, & hoc ex doctrina
do. Anto. docuit Alex. ad quem posteriores confugiũt,
86 d. consilio 64. † procedere vbi de natura facti habiles
haberi haud potuere, & sic vbi veritas aliter haberi nõ
potest, quem fusius concordantes aduocant sequitur
87 Carer. vbi supra, qui egregie tractat materiam. † & po-
nit exemplum in facto de nocte, vel in nemore, aut in
prostibulo, quibus in locis verosimiliter testes integri
adesse non potuere, & in adulterio ac in huiusmodi;
quæ longe distant ab ipso vicario, neque adaptantur ad
88 casum assertum. † Item sumus in populosa ciuitate, in
qua magna adest caterua clericorum consueuentium
conseruari quotidie in Episcopali palatio, vbi ius reddi
tur quo in casu, posito non tamen concesso, quod te-
stes clerici ad assertam illam confessionem emanatam,
vt asseritur, ad tribunal non adfuissent, sat tamen est, qd
actu potuissent adesse; maxime, quoniam quærebant ca
pere vicarium in sermone, vt late per do. Alexand. qui
consultus respondet in terminis in dicto consilio 64. li-
bro primo; cuius opin. amplectuntur antiqui, & Mo-
89 der. DD. & cum eo pertranseunt omnes, Iul. † Claro
excepto, qui quæstio. 24. versiculo sciendum illam re-
pellit opinionem, quando habitu adesse non potuissent,
quoniam existimat & male idem esse, vbi certum est a-
lios non adfuisse, prout quando adesse non potuere.
90 † At nobis, sat est Docto. * magis communiter cũ Do.
91 Anto. atque D. Alexan. pertransiuisse in passu isto, † qui
comprobatur etiam medio isto, nam vbi habiles non re
periuntur, non tamen per hoc inhabiles non admittun
tur, etiam vbi veritas aliter haberi non potest, per ea
quæ tradit Dec. in capitul. primo, colum. mihi 19. ad fi.
92 de probat. † vltra quod in casu proposito nullibi pro-
batum video alterum requisitum, videlicet, quod ade-
rat nemo alius: alias semper diceret pars, veritatem pro
bari aliter haud posse, & ita semper probaretur per te-
93 stes prorsus inhabiles. † Et ad istud obtinendum articu
lari oportebat pariterq; probari, quod veritas aliter ha-
beri non potest, nisi per tales, & tales testes, quod erat
probandum per querelantes, vt late habetur per Care-
rium in practic. criminal. pagina mihi 125. colum. pri-
ma, & pulchre per Benintend. decisio. quinquagesima-
94 tertia, numero nono, † de quo quidem requisito non
esse standum dicto ipsius testis ex doctrina Barto. tra-
dit dict. Alexand. in dicto consilio sexagesimoquarto,
prope fin. & sequitur Roland. in illis trib. consilijs
superius productis, vbi & ipse concordan. recen-
ciores conuocat; verum requisitum hoc nullibi pro-
95 batum est, quinimo nec articulatum. † Qua propter cũ
ista sit crebrior sententia, non est ab ea recedendum
iuxta notata per Ioan. And. atque alios in capitulo pri-
mo, & in capitulo ne innitaris, de consti. Dec. in consi-
lio 45. in princ. & consilio 119. columna secunda, ver-
siculo, non obstat 131. in fi. & 194. post numer secun-
96 dũ, & alibi sæpe per docto. † Quoniam etiam læderet
clericos, quibus laici sunt infesti. 2. quæstio. septima, in
laicos, & capitulo laici. Qui laici in dies in clericos ef-
97 ficerẽtur promores audacioresque. † Et fatuus esset iu-
dex ille*, qui ob singularem vnius docto. siue pauco-
rum, deuiaret à crebriori. faciunt not. in leg. cum
quem temere, ff. de iudi. Et ad rem nostram, tendunt
dedocta per Iaso. in leg. de quibus, numero septimo, ff.
98 de legibus. †. Et quibus explosa remanet opin. illa no-
ua Iul. Clar. à crebriori contra eius solitum receden-
99 tis. † Quod haud est in iudicando admittendum, per
ea quæ tradidi supra sub numero octuagesimonono,
quibus adde & per Cephal consilio 288. numero vige-
simosecundo. Et si Iul. Clar. bene vidisset DD. omnes
non illud firmasset, cum nostra sententia sit crebrior at-
100 que æquior. † Et clarius in hoc contra crebriorem
ac æquiorem insistenti potest responderi, durum est
contra stimulum calcitrare, vt in simili Socino contra
communem insistenti prudenter respondet Dec. con-
101 silio 314. columna penult. in fin. † Item contra iudi-
cem personam publicam sicuti contra notarium duo
testes maxime in istis terminis haud sufficiunt, teste
102 Bald. consi. vigesimoctauo, volumine secundo. † Præ-
sertim cum Vicarius aliquod non consequatur com-
modum aut emolumentum, per ea, quæ tradit Crauer.
consilio septuagesimoquinto, numero vigesimotertio,
& decimoseptimo, atque habetur per Rolandum con-
silio trigesimooctauo, numero trigesimosexto, cum
pluribus sequentibus, & per Syluan. consilio septimo,
numero duodecimo, decimotertio. Cæphal. consilio
230. numero decimonono, & nouissime per Bertazo-
lum dicto consil. septuagesimoprimo, nume. trigesimo-
quarto, qui supra in consilio alia deducit in materia ad
excludendum falsitatem, de qua officialis ille erat ac-
103 cusatus, quæ non transcribo: † Est & hic pariter an-
notanda non modica malignitas, siue mauis ingratitu-
do querelantium, qui nituntur redarguere eorum Vi-
carium, de re nullius aut modici momenti, & quod
impium est, de re ad illum commodum, & fauorem
redenti contra anthidorale documentum lippis, atque
104 tonsoribus notum. † Ex quibus plusquam manifeste
probatur integritas omnium eruditorum testimonio
Vicarij, qui sicuti in aliorum DD. Syndicatu consue-
ta sunt notari, ac querelari, iniustitias, baratarias, sy-
monias extorsiones, iniquitates, vel alia per sordes, si
similia commisisset: de illis inquam cum redarguis-
sent, accusassentque, non autem de istis friuolis teme-
re, improbeque inquietassent, vexassent, atque ca-
105 lumniassent contra iustitiam & veritatem. † De-
prehenditur etiam vicarij integritas ex alijs, & ex isto,
quoniam in quãplures inter laicos litigantes coram il-
lo promulgauit sententias, & tamen ex illis nemo eum
accusauit, inquietauit, dilacerauit, inspiciantur ob-
secro querelæ omnes ac acta, quoniam hæc sunt, quæ
testimonium perhibent de notoria, atque infallibili ve-
106 ritate ista. † Inexcusabilis est igitur temeritas quere-
lantium, qui notati, obnoxijque incedunt de calum-
nijs suis expositis falso aduersus eorum Vicarium vi-
rum integerrimũ, æquitate, ac religione non ficta, tam
in genere, quam in specie copertum comprobatum-
107 que. † Contra quem præsumptiones haud sufficiunt,
sed probationes sole clariores requiruntur, ad notata in
leg. final. Codic. de proba. quæ reperitur canonizata
secunda, quæstione vltima, capitulo sciant, & habe-
tur etiam quinta, quæstione sexta, Epyphanium, &
in leg. qui sententiam. Codic. de pœniten. & notan-
108 tur in capitulo veniens. de testibus. † Quinimo ne-
que indicia etiam indubitata secundũ receptam * sen-
tentiam, de qua per Dec. eius consilio 73. colum. fina.
Quæ destituunt confunduntque sententiam Iul. Clar.

109 † Io-

109 † loquuntis contra illius proprium institutum aduer-
sus crebriores, frequentiores, æquioresque sententias.
110 † Et propius accendendo, ser Ioann. Petrus tractat
de se exculpando, & ser Ioan. Marius Iacobinus tenet
pecunias aut ad cẽsum, aut ad vsuras ab industrioso, at-
que multiplicante di. Priore.
111 † Quapropter succedit solida illa conclusio, quod
testes habentes plures defectus, repelluntur etiam
112 in causis priuilegiatis. Et etiam vbi veritas haberi ali-
ter non potest, de his habetur per insignem præcepto-
rem meum Rimi. Iun. in consilio 359. numero 19. cum
pluribus seq. & in consi. seq. nume. 90. adde & per Cæp.
consil. 95. nume. 27. 28. vbi concordan. recenset. quibus
adde Gabriel. Rom. ead. conclus. 7. nume. 10. vbi & ipse
113 addit Gra. resp. 59. col. fi. ver. 4. dico, li. 2. Item sciendũ
est, quod querelantes debebant atque tenebantur iusti-
ficare illorum querelas ex antiquis: nõ autem ex nouis
actis & probationibus, per Gram. crim consi. 54. nume.
114 16. Et tamen haud recognita est, negata mutatio pro-
nunciæ, sicuti de iure requirebatur, vt legitur atq; not.
in authen. contra qui propriam, C. de non nu. pec. Et
vicarius semper illam negauit & in præsenti etiam infi-
115 ciatur. Et regula est, quod quando scriptura inficiatur
tunc fundanti se in ea incumbit probandi onus Bal. in
116 l. t. nu. 7. C. de iuram. calum. Item querelantium testes
alios quam plures patiuntur defectus, alias fusius in op
positionibus adnotatos; hoc maximè, quoniam sunt te
stes, ac querelantes, qui ideo haud admittuntur, vt per
Amo. d. tract. numero mihi 198. Ex quibus prorsus iure
117 merito veniunt repellendi, vt per Marsil. sing. 385.
Cæpha. consil. 169. num. 16. 208. nu. 9. vbi dat cottas, &
de quibus etiam per Crau. consil. 240. nume. 11. & 12.
118 Quod verum est etiam in causis priuilegiatis, atq;
etiam vbi aliter veritas haberi non potest per superius
citata, quod non transit sine iniustitia. Nam dominus
Pau. Aemil. vnus ex querelantibus inducitur ter in te-
stem, terque etiam recipitur cõtra Vicarium, & tamen
119 in causa concanonicorum suorum non potest esse te-
stis, vt sing. tradit Iacob. de S. Georg. in l. in priuatis, ff.
de iud. & sic de singulis; & tamen totum contrarium
obseruatum video, quamplures inquam canonici pro
concanonicis suis fuere in testes inducti receptiq; Et
120 istud an iure vel iniuria actum sit, non dico hic, dicat
sapiens lector, quem etiam obsecro obtestorq; vt remi-
niscatur illo memorabili exemplo C. Cassinij cognomẽ
to Scbola, Interamnis querelantium atque testium con
ciuis, de quo apud Cic. in oratione pro T. An. Milo.
121 legitur mihi pa. 124. b. Item Donnus Cyprianus con-
canonicus vltra quod sit irregularis ob homicidium
nuperrime perpetratum in personam olim Pontij Braci
liantis, est pariter vnus ex querelantib. qui non admitti-
tur in causa criminali, per Amod. d. tract. num. 168. atq;
per Card. Par. licet in alijs terminis in consi. 152. sub nu.
16. in 4. & in nostris per Bert. nouissime d. consil. 71. nu.
122 25. Et hic non erat dissimulãdum, homicidium, quod
dicitur grauius, ratione præsbyteratus, per ea quæ tra-
dit Tiraq. in trac. de nobili. c. 20. sub nu. 116. cum trib.
seq. quanto maior qui peccat, habetur, secundum Poe-
tam iaty. a Tiraq. citatum vbi supra, atque a Cra. consi.
168. col. 3. & est text. in c. sicut dignum, de homic. &
de presbytero sicario in facti specie habetur per Crau.
late consi. 9. nu. 2.
123 Item inducitur in testem ab eorum caporali D. Prio-
re Donnus Lancellotus Guber & etiam ab alijs quere-
lantibus, & sic de alijs, in quib. aperte detegitur cõspira
tio istorum qui conuenere in vnum aduersus illorum
Vicarium virum religioni profecto deditum, & vitæ,
124 ac famæ & in genere, & in specie præstãtiorem. Et sic
non minus impie quam hostili animo vnus alij & alter
alteri dat mutuum testimonium, & nobis nunquam ad
rogatum respondent, semper verò accusatoribus plus-
quam ad rogatum, & nunquam laborant quemadmo-
dum probent sed quemadmodum se explicant dicendo
125 vnde erãt ab initio repellendi, quoniam conspirato-
rib. contra officialem non creditur, per Par. de Put. de
syn. in ver. testis, ca. vniuersitas, col. 2. ac per Berta. co.
126 consi. 71. nu. 16. Et coniuratio hæc ortum habuit ob
querelantium carcerationem in vrbe, & sic per causam
criminalem, secundum gl. & Bar. in l. 1. §. præterea. ff. de
127 q. Et tradita per Marc. dec. 894. num. 5. 8. & 9. vbi dicit
secundum communem remitti iudicis arbitrio. Fouent
128 & etiam principaliter eandem causam, quo in casu
sunt repellendi vti suspecti c. personas. de test. & habe-
tur per Fran. Aret. consi. 82. nu. 1. atq; per Iac. de S. G. in
129 l. de quib. nu. 40. ff. de leg. Quinimo etiamsi nõ in con
sequentiam, cum speciale sit in legatarijs, igitur in alijs
ius est in contrarium, & ita arguit insignis præceptor
130 meus Cæp. consi. 65. num. 36. Et dicuntur deponere in
facto proprio ex quo contra eos agi potest iniuriarum
actione, qui ideo sunt repellendi, l. nullus, de testib. l.
omnibus, C. eo. quæ iura ad hoc citat Crau. in consi. 99.
ante n. 2. Item quod huiusmodi testes dicantur depone
re etiam in causa propria, ex quo commodum, vel in-
commodum potest ad eos pertinere tradit Bal. consilio
227. libro quinto.
132 Imo dicuntur deponere in causa propria ex isto so-
lum, quod tractant de se exonerando, ad hoc vt re-
pellantur, l. deferre, §. idem decreuerunt. vbi Barto. ff.
de iure fisci. Castren. in consilio 301. vltimo dub. libro
primo. Et has tres opposi. in ordine considerauit Cra-
uet. dicto consilio 99. columna prima. Et licet non de-
133 fuerint contradictores circa illud quod dictum exti-
tit supra num. 126. ita tamen obseruatur, vt dicit præce-
ptor meus D. Ioan. Cephal. consil. 234. num. 27. Cui de
134 consuetudine attestanti, cum sit iurisconsul. præcla-
rus atque illustris, est credendum, per ea quæ tradit So-
cin. consilio 68. numero 29. & consil. 295. numero octa
uo, quod commune dicit Dec. in l. secunda, §. mutui da
tio in secunda lectu. num. fin. & vltimo, nu. 14. §. si cer-
tum petat. Adde etiam per Crauet. consil. 325. columna
prima, versiculo nam respondetur. vbi alios citat quam
135 plures. Verum posito etiam quòd dubia esset opinio
quo ad plenam probationem, vera tamen dicitur quo
ad præsumptionem, ita vt assertio doctoris talis super
consuetudinem, inducit præsumptionem talem, quòd
illi standum est donec probetur contrarium, ita per Cra
uet. post ab eo citatos vbi supra, & in consilio 166. sub
numero nono, & per Rolandum consilio 72. numero
22. & 24. & consilio 87. numero 12. & plenius habetur
in collect. mea communium opinionum in verbo, do-
136 ctor. sub numero 8. vbi Salyc. & alij, Item sunt dicti
testes repellendi, etiam si non eandem; sed consimilem
tantum foueãt causam, per gl. in capitulo causamque
inter abbatem de iudic. vltra quòd illi duo primi sub
eodem vicario fuere in carceribus mancipati. Et sic non
137 ex vno, verum ex pluribus defectibus, veniunt repel-
lendi, vt late per Cephal. dicto consilio 169. nume. 16.
Bursa. 70. num. 42. & latius per Rolan. consi. tertio nu-
138 me. 51. libro tertio. Accedat etiam vnum aliud, quod
nimium animose deponunt, si istorum dicta rectis ocu-
lis perpendantur, vt etiam consideraui supra post nu-
me..... quibus ideo non est credendum, vt habetur in
capitulo primo, de restitutio. in integr. Et eos suspectis-
139 simos vocat Iason consi. 167. columna penult. volu-
mine quarto, & tradit Rolan. eodem consilio septimo,
140 nume. 20. Item testes examinati non sunt omni exce-
ptione maiores sicuti requiritur, neque tales præsumũ-
tur, nisi probentur, vt per Curt. de testibus, conclu-
sio. 35. ac per Cæphalum dicto consilio 234. numero
fin. & per Grammat. crim. consil. 35. post numerum 38,
atque

atque nouissime per Bertaz.crim.consi.81. post nume-
rum 7.
141 † Age de alijs querelis videamus; querela Do.
Cæsaris ad Dom. Ioan. Hieronymi de Aresto ex facto
iustificatur contra illos ex isto, quod, inuito atque relu
ctante Vicario acriter contradixere, atque pertinaciter
contrauenire Rub. Pascali de accendendo cereo in sab
bato sancto.
142 † Vnde hic notandum est, An istorum cano-
nicorum cupiditas incuriave sit, in reiteranda sa-
cræ fontis benedictione singulis annis cum eodē cereo
nunquam accenso, sed cum dimidio faculæ ante ac plu
ries accensæ, ac in ipso actu benedictionis reaccensæ,
& postea ad fictionem positum supra memoratum ce-
reum, ad cerei benedicti officium persoluendum, solen
143 nizādumque singulo quoque anno. Dum Ioan. Hie-
ronymi querelæ remanent explosæ, quoniam Vicarius
virtuti religionique valde deditus, & qui honorē tam
Christianum quam mundanum proprium semper ma-
gnifecit, ac in dies magis magnifacit, & nunquam abs-
que rationabili causa.
144 Moniales alloquutus est. Et de vicarij religione ac
pietate est notum omnib. Et quotidie legitimo cessante
impedimento post Sanctissimi Sacramēti adorationem
debitam semper flexis genibus, ac nudo capite (corde
non ficto) missas audiuit, & horis etiam canonicis sem-
145 per interfuit, concionatores assidue audiuit; quos
non audiuere accusatores de industria negligentes; &
hæc Interamnæ nota sunt. Item & priuatim horas cano
nicas legitima cessante causa dicit & tamen ad illas per-
soluendum non tenetur, cum non sit beneficiatus, vel
147 in sacris constitutus. Quia tunc tenetur sub priuatio-
ne beneficij ac fructuum restitutione, communiter per
Iul. Clar. in pract. crimin. quæstio. 73. versicu. pariter,
post Bellon. consil. 59. numero 3. post Felin. in capitu.
148 postulasti, sub numer. de rescript. Qui loquitur de
fructuum perceptorum ex negligentia restitutione.
Adde etiam per Dec. post c. ad audientiam colum. fin.
de rescrip. sub n. 54. & in c. cum omnes de constit. in 2.
lect. col. 2. vbi subdit, quod hæc videtur verior opinio,
149 saltem in foro conscientiæ, quæ bene nota. Quinimo
querelantes ipsi in Ecclesiæ ingressu, ac de eius recessu
semper contempsere contra Vicarij pium institutum
catholicumque, & contra fraternas eiusdem admoni-
tiones & debitam Sanctissimi Sacramenti adorationem
quod adnotandum est contra istos, qui in alios eorum
150 culpas defundere conantur. De pœnis vero exactis
locis pijs distributis iam probatum extitit per multo-
rum testium attestationes, ac etiā per antea paucas exhi
bitas & penes Vicarium de præsenti existentes, ex qui-
bus obiecta calumniosa sunt comperta.
151 Et vbi testes simpliciter negatiuā illam firmare aude
rent, cum de sui natura sit improbabilis, venirēt punien
di, si non ordinarie, saltem extraordinarie, ob eorum te-
merariam assertionem, vt tradit Clar. in §. falsum, ver.
soler etiam & Crauet. consi. 9. nume. 7. Domni Eleonori
152 querela delusa est, quia est vnus testis, cum nec soli
Scipioni Aphricano probatissimæ vitæ homini, si reui-
uisceret fides præstanda esset, vt dicit Cic. in Oratio. pro
Ros. Amerin. & etiam quoniam probatum est, Vica-
rium nulli relaxasse tam longas licentias siue dimisso-
rias.
153 D....parochus, & canonicus, iste ex suo capite a resi-
dentia abfuit per duos menses, & vltra. Vltra quod Vi-
154 carium ab ordinario approbatum non subrogauit vt
tenebatur S.C. Trid. dispositione de reforma. sessio. 23.
155 cap. 1. Vbi Vicarius potest animarum curam haben-
tes compellere etiam per censuras ecclesiasticas ad resi-
dentiam.
156 Item neque dimissoriam in scriptis obtinuit quæ ta-
men requirebatur cum connumeretur inter casus scri-
157 pturam exigentes. de quibus per glo. magistram in ca.
1. §. postquam, de censib. lib. 6. & ita etiam se habet sty-
lus generalisq; cōsuetudo, quæ est altera lex, ad no. in
158 l. de quibus, ff. de legi. Querelæ literarum exper-
159 tes do. Prioris de locosis fuere ab ipso sponte destitu-
tæ, contra istam enim adsunt cantantes literæ Reue-
rendissimi D. Episc. de Regi. quib. probatur aperte Prio
rem istum voluisse alias petere veniam eidem Vicario
capit. congregato.
160 Et in quibus terminis accusantes Vicarium reperian
161 tur, alijs iudicandum relinquo. Est etiam sciendum,
quod iudicis verbum obiter prolatum, infamiam
162 nō irrogat, l. ob hæc, ff. de his qui not. infam. Neque
tenetur officialis iniuriarū actione, quando corrigen-
di animo aliquando iniuriosum protulit, vt per Amod.
d. tract. de syndi. ante nume. 10. & habetur per Oldrad.
consilio 13. & Natta. alios allegantem consilio 462. nu-
me. 20. quibus adde per Felin. in capit. cum te col. fin. in
fi. de sentent. & re iudica.
163 Item vt dicatur quis inferre iniuriam, non sufficit ge
nerale conuitium, puta tu es spurius, vel maledicus,
sed requiritur vt deueniatur ad delicti speciem, vt
per Alexan. consilio 223. nu. 15. volum. 6. Et pro consi-
liario, qui alteri dixerat, Tu es impudens, quod
non teneatur iniuriarum actione, consultus respon-
det in terminis per plura subtilis ac elegans Modern.
An. Nat. Asten. in suo consilio 67. in princ. Circa inter-
locutoriæ reuocationem, indubitati iuris est, iudi-
cem ordinarium meram illam interlocutoriam iuris re-
uocare potuisse, cum res esset integra, ac de modico
ageretur præiudicio & cum causæ cognitione, vt ha-
betur atq; not. in capit. cum cessante, de appellat. ac
in l. quod iussit, ff. de re iudica. quibus patrocinatur
S. C. Trident. de reform. Sess. 24. capitulo 20. causæ
omnes.
166 Quod decernit expresse primas causas per locorum
ordinarios cognoscendas, terminandasque esse. Verum
addendum est etiam quod ad illius reuocationem per
vtrarūque partium institutum, vt in actis per aduersa-
rios exhibitis probatum fuit apertissime. Quinimo vbi
168 tractatur de reuocatione interlocutoriæ coram eo-
dem iudice, tunc illius reuocatio potest fieri etiam ex
nouis actis, & hoc pro valde notabili, atque vtili in
practica, adducit Crauet. consilio 181. post numerum
quartum versi. adduco etiam per Rot. decis. 7. quæ est
in lib. meo. 2. de appellatio. in nouis. in vltim. additioni
bus in fi. quæ reuocatio fuit facta re integra. Nec quod
169 asseritur de relatione facta summo Pontifici, & quam
pars dicit Vicarium reuocare haud potuisse, quoniam
ad hoc respondetur, cum Salyc. in l. prima, colum. 2.
C. de relatio. relationem esse bifariam; Vnam realem,
alteram verbalem. Realis non potest reuocari, verbalis
de qua in casu nostro potest vtique.
170 Et in relatione illa acta nun fuere transmissa, vt requi
171 ritur de iure ad tradita in dicta l. fin. † Minusque fa-
ctum fuit, exempla per manum publicam dando par-
tibus, vt singula tradit Specula. titu. de relatio. §. relatio.
de quibus numero fin.
172 Sed vt iam dixi, fuit ab vtraque parte institutum ad
interloquutoriæ reuocationem, vt in actis prædictis,
quo in casu realem etiam reuocari posse tenet Salyc. lo-
co supra memorato.
173 † Quatenus ad pronuntiam, vt falso asseritur, mu-
tatam, respondetur, Notario de asserta confessione il-
la extraiudicialiter deponenti non esse fides adhiben-
da, vt tradit Speculat. titul. de teste, §. restat.
174 † Vltra quod est laicus, qui ex crebriori DD. senten-
tia, de qua superius numero 82. vsque ad numero 95.
contra D. Vicarium non admittitur; quod etiam
dicetur

175 diceretur inferius. † Item respondetur, illi vti deponenti ad se exonerandum non esse præstandam fidem, vt per Alexand. consilio 44. numero nono, libro se-
176 cundo, & Natt. sub consilio 80. numero tertio. † Item testis iste tractat de se excusando, qui ideo non probat, vt dicit Baldus in leg. deferre, ff. de iure fisci.
177 & tradit Decius consilio 233. columna tertia. † Et est suspectus, vt tradit Aymo Crauett. consilio 132.
178 columna quinta, in fine. Item illi vti deponenti in facto, in quo laus vel opprobrium ei potest euenire, non est vllo pacto credendum, vt tradit Alexand. consilio 86. numero decimosexto, libro secundo, consilio 141. numero nono, libro primo, vbi Apostill. concord. adnot. & per Osasc. decisio. 79. numero 40. &
179 per allegata superius numero 131. † Item isti duo testes sunt personæ pauperes viles, & abiectæ, quæ nil iure merito probant, & in casu præsenti non sunt idonei, per Rolando. consilio decimosexto, numero 22. vbi alios aduocat, & illa asserta confessio extraiudicia-
180 lis fuit reuocata. Et potuit vti incauta locutio reuocari, etiam non doct. de errore per Felin. in proœm. decret. numero secundo, Natt. consilio sexto, numero quarto, ac per Pract. Caret. pagina mihi 94. versiculo, limitare nisi, vbi pro bona cautela tradit, & concord. citat plenius adde, atque vide per Roland. consilio 31.
* numer. 13. libro tertio. vbi de * communi attestatur, & ad saturitatem allegat, quos rogo vt videas, quia ego
181 non sum olitor. † Et talis reuocatio siue pœnitentia infamiam non irrogat, secundum Poetam relatum ab Albert. de Rosat. in leg. nullus, sub numero 2. ff. de requi. reis. per l. quamuis, ff. de in ius vocan. l. antequam præsertim sit processum. vt casu asserto; & sequitur Alberic. ibidem, quicquid in principali conclusione teneat Iul. Clar. in practic. crim. quæst. 21. versicu. confes-
182 sio extraiudicialis. † qui apparet per superius dicta his in præsenti negocio contra communem opinion. esse obloquutum, illius proprio repugnante instituto, quod est notan.

A Cane magna sæpe tenetur aper.

183 Ouid. libr. secundo de remedio amoris. † Vltra quod, vt sæpissime dictum est, etiam confessio in figura iudicij facta non nocet in criminalibus, ad tradita
184 per Nattam consilio 18. numero 10. † Pars etenim confitẽdo simpliciter in iudicio pro delicto illud quod non est, non per hoc sibi præiudicare potest, neque ita inducere delictum vbi non est, neque habetur pro tali, ad tradita, per Crauett. plenè consilio 160. columna prima, & tertia, versiculo amplius dico; & plenius in consilio 262. columna secunda, vbi plura ponit exempla, quæ adnotaui in proposito in Paraphra. me. ad Iulium Clarum in d. sua practic. crimin. quæstio. 55. versiculo potest etiam, vt illic fusius & adde per Ceph. consilio 230. numero 11. & consilio 237. numero 28.
185 † Idem tenet Innocent. in capitul. auditis, de procur. quòd potest iudex errorem suum corrigere quando-
186 cunque. † Item & mutare siue errauerit in processu, siue in interlocutorijs, per Innocent. & Abba. in capi-
187 tul. qualiter & quando ex eodem ext. de accusat. † Item dicit expresse Barto. in leg. prima, C. de sent. rescin. non poss. quod potest iudex motu proprio reuocare
188 interlocutoriam. † Et multo fortius ista potuit reuocari, cum non fuerit executioni demandata, per ea quæ tradit Bartol. in leg. quod iussit, columna secunda, in fin. ff. de re iudicat. quo cum transeunt cæteri.
189 teste Rip. ibidem numero 39. † & Roland. consilio 31. numero vigesimoquarto, consultus respõdet, quòd debet iudex corrigere errorem suum etiam nemine in-
190 stante; & loquitur in durioribus terminis. Item & Iulij Clari Sentent. Pract. Ciuil.

etiam actorum verba emendare tenore sententiæ perseuerante non est prohibitum, vt dicitur in l. actorum,
191 ff. de re iudica. † Ad idem Bald. titulo de pace costan. relatus atque secutus à Deci. consilio 75. columna octaua, versiculo septimo non ob. facit dum dicit, iudicem posse motu proprio propriaque authoritate er-
192 rorem suum corrigere. In iudice etenim, qui dicitur vir bonus. leg. vir bonus. ff. iudicatum sol. reg. continuus, §. cum ita, ff. de verborum obligationibus, non
193 est supponendus dolus. Quinimo in dubio præsumendum est pro magistratu actum iurisdictionalem exercente, vt late tradit. Ludouic. Caret. in sua practic. criminal. §. homicidium. sexto, sub numero 78. vbi ple-
194 ne concord. conuocat. Quibus adde & fere in terminis per Barthol. Capol. crimin. consilio 70. sub tertio dubio. qui loquitur in Vicario Archiepiscopi Ragus. actione iniuriarum conuento, ex eo, quia dicebat quondam Pasquaiem diuulgasse publice excommunicatum, & cui propterea fuerat iniunctum, vt de ecclesia discederet, & tamen eundem Vicarium iniuriarum non teneri, per plura respondet, quod summopere notandum est pro Vicario viro præcipue laudato, ac nomi-
195 nis & famæ integerrimo. Et contra quem dolus malus considerari nullo modo potest, cum ex aliquo non sit vllum commodum reportaturus, ita per Crauett. consilio 75. numero 17. Rubeus consilio decimosexto. numero sexto, atque per Cæphal. alia ad Vicarij propositum adducentem consilio 233. in fin. vbi vide.
196 Item quod commodum, atque vtilitas dicantur doli causa, qua cessante dolum cessare sit necesse, tradit Federic. de Sen. consilio 125. super eo quod quæritur, ad
197 fin. vbi sententia iudicis aut arbitratoris, licet iniusta, non tamen dicitur dolosa, ex quo vtilitas sententiæ ad iudicem, aut ad arbitratorem non pertinet, & refert, comprobat, ac sequitur Crauett. consilio 319. columna octaua, versiculo decimo, vbi alia etiam dat exempla.
198 Igitur cessat pœna vbi non est delictum, leg. aliud est
199 fraus, ff. de verborum significationibus. Et dolo cessante de pœna tractari haud oportet, per Crauett. dict. consilio 319. numero decimoquinto ac Cæphal. in
200 falsi crimine loquentem, in consilio 230. numero 12. & 19. Quinimo non desunt etiam qui in durioribus terminis explicite tenent falsitatem inermem nocibilem, neque ordinarie, neque extraordinarie puniri debere, & conc. ed. quamplures opinionem hanc sectantes aduocant, Rolandus illos sequendo consilio 38. numer. quadragesimoquinto, Anchar. Reggien. fam. l. quæstio. 44. numero quarto, Cæphal. vbi supra, columna final. quos recensere operæ pretium esse non duxi, quoniam operam non impendo cumulationi, sed illam tritici tenendioribus relinquo, & illas cumulationes poterit vnus-
201 quisque facere, si otio marcescere noluerit. Et de illo qui fecit palam, & bona fide, est videndus Cæphal. dicto consilio 230. numero decimotertio, & vigesimo
202 secundo. Etiam requiruntur vt falsum committatur secundum Cæphal. qui alios Doctores citat in consilio 355. numero 44 qui dolus, mutatio veritatis, & quòd alteri noceat, quæ tria cessant per supradicta, & nouissime sequitur Bertaz. docto. consilio septuagesimoprimo ante, & numero 51. vbi non esse punibile dicit. In-
203 spiciatur obiecto vexationis causa vnde originem traxerit, quoniam vicarius de bonis operibus dilapidatus est, & tamen illius religio, diligentia, atque inte-
204 gritas est omnium testimonio commendata. Et tritum est apud maxime Deum timentes, tutius sanctiusque esse nocentem absoluere, quam innocentem con-
205 dẽnare. leg. absentẽ, ff. de pœn. item etiam in crimine stellionatus requiritur dolus, glos. in lege tertia, ff. eodem. & habetur per Port. Imol. consilio 77. nu-
206 mero quarto. Quinimo dolus secundum leges, qui

non nocet, non punitur, per Nattam, cõsilio quingen-
207 tesimo non agesimosecũdo, numero primo. Sed quor
sum hæc, dicet aliquis? Responde, ad vberiorem splen
didioremque demonstrationem innocentiæ, famæ, at-
208 que integritatis eiusdem do. Vicarij, necnon ad con-
fusionem querelantium, quarum audaciam, temerita-
temque meritis pœnis si comprimant iudices, cætero-
rum animos frangent. Item adde quod potest iudex of-
ficium mercenarium non petitum exercendo interpo-
nere circa illud quod radicatur in illius personam, vt
est facere pronuntiationes, & valet etiam absque par-
tis petitione iuxta theoricam Barto. communibus cal-
culis receptam in l. quarta, §. hoc autem iudicium. col.
209 3. ff. de damn. infect. vbi potest iudex exercere offi-
cium etiam parte non petente, in his, quæ pertinent ad
illius decorem, & ad hoc faciunt prima, atque secun-
210 da fallen. Socin. seu authoris sub reg. mihi 265. † iu-
dex potest interponere officium non postulatum mo-
tu proprio circa illud, in quo publica versatur vti-
litas.
211 † Atque in casibus etiam in quibus versatur priua
212 ta, si concernat iudicis honorem, ibid. Item in illis
quæ principaliter iudicis personã spectant, & iuris pu-
213 blici obseruantiam, ibid. † Item dicit allegatus tex. in
l. actor. verba emandare tenore sententiæ perseuerante
214 non est prohibitũ. Et quod sententia sit de actis con-
munem inquit Dec. in cap. quoniam contra, colu. 6. 7.
de probatio.
215 Et de actis creditur simplici iudicis relationi,
commune inquit Natt. in cons. 182. nu. 2. quanto for-
216 tius in interlocutoria asserta. Et istud præsertim pro-
cederet in casu proposito, ex quo vnum & idem est di
cere, expensis actoris, quod est dicere expensis peten-
217 tis, cum reincidat in idem. Quæ quidem interpreta-
tio vtique fieri potest. glo. & Bart. in l. secunde. C. de sẽ
218 ten. ex breui. recit. Quinimo tex. & gl. vbi dicit, quod
prætores atque alij iudices possunt sententiam latam
219 corrigere atque mutare. Et idem firmat Bart. ibi nu-
mero 4. quod iudex suam emendare sententiam circa
220 verba. Sed pro certo habeto, totam disputationem
hanc fuisse vti iam dictum est ad reprimendum quere-
221 lantium animos. Et hic scias, beneuole lector, quod
Interamnæ nouum esset, nisi officiales suos dilacera-
222 rent, calumniarentur, vexarentque. Et tales dicuntur
querelantes eo ipso quod non probant, cõmunis opin.
223 est teste Ant. Corse. siue maius Celso Vgone in reper
to. do. Felin. §. accusator. & habetur late atque pulchre
per Benint. eius decisio 47. dolus. namque & calumnia
præsumitur in illis, qui obiecta non probant, per Cra-
224 ue. consilio 262. nu. fin. Quapropter Vicarium calum
niantes puniri debent, nec valeret consuetudo, vel sta
tutum disponens, ne calumniatores puniantur, Bal. in
l. qui crimen. C. qui accus. non pos. & refert. comprobat
atque sequitur Crau. cons. 314. colum. penult. & fin. in
principio.
225 Et eo magis debent accusatores condemnari ad
damna, expensas, iniurias, atque interesse, quoniam ex
aduerso exclamat Vicarius bona vox & fama tam in ge
nere, quam in specie probata, quæ longo tempore ac
per totum tempus eius Vicariatus, & ante & post du-
rauit atque in dies magis durat, vt probatum est
226 per testes sacerdotes, qui non plus nec minus quam
sit necesse dicunt. Qui quidem accusatores vltra pœ-
nam iuris, quam secum ferunt, debent etiam mulcta-
ri, vt dicit text. 5. quæstio. 6. cau. 1. cũseq. ac per totam
illam quæst.
227 Nec sunt omnino dimittendi immunes. 2. quæst. 6.
qui crimen, & 5. quæstio. 6. qui calumniam, cum seque.
vbi inter alias pœnas, quas patitur clericus subdiaco-
nus, illatam per eũ calumniã haud probat, officio carere
debet, & tanquam re uera infamis meretur verberibus
228 castigari. Verũ erant isti vti inimici atque suspectissi-
mi ob illorum carcerationem ab accusationibus repel-
lendi. tertia, quæstio. 5. omnes, & habetur per Iulium
Clar. in practic. criminal. quæstio. 14. vers. dixi in primis
229 vbi etiam effecti sunt irregulares, & etiam ex solo
scandalo, vt per Feli. in capit. 2. col. 1. uers. tertio, de præ
scripto. præsertim, cum inimicitiæ causa non leuis sit ac
modica, sed grauis ex eo, quia vita & honor æquiparã-
230 tur, vt sing. tradunt Petrasan. singu. 33. num. 4. Ceph.
consilio 39. numero 40. 295. numero 20. & late Crauet.
consilio 168. sub numero secũdo, ad quos beneuolum
lectorem remitto.
231 Verum quod immanius est, & hic prudens lector
attende, dilacerant Vicarium de illo, quod ad eorumdẽ
tendit commodum, iuxta sententiam Iulij Clar. eadem
232 quæst. 14. vers. dixi. Bone Deus, qui ac quales sunt ca-
nonici isti? Et iam probatum est in processu de bona
vita, & fama Vicarij & in genere. & in specie.
233 Et Vicarius vicariatus officium gessit in tot ac tali
bus difficultatibus, atque in ciuitate seditiosa, in qua ta
234 les commorantur ciues. Qui in illorũ patria forensi-
bus vim, iniurias, atque conuitia inferre consueuere,
forenses profecto ex istorum patriæ insita natura, odio
235 incredibili prosequũtur. Hæc sciunt vicini omnes,
sciunt Practici omnes, hæc norunt incolæ omnes no-
runtque etiam clarius ius dicentes omnes, tam præteri
ti quam præsentes, & denique quam sæpissimè, docuit
236 etiam ac quotidie docet experientia, quæ dicitur veri
tatis lumen. l. per hanc, in fi. & ibi per Saly. C. de tempo
237 appell. Item est rerum efficax magistra, c. quamuis
de electio. lib. 6. clem. dispendiosam, de iudic. & §. fin.
Institu. de satisda. cum similibus citatis per Cephalum
238 consilio 169. numero 11. † Et valet argumentum
ab experientia ipsa. l. si chorus. §. his verbis. ff. de leg.
239 3. Neque etiam meliorem habemus testem, quam na
tura ipsa, quæ mentiri non potest, secundum Philo.
in libel. de moribus. Philos. relatum a Baldo illius
studioso in l. testium. columna antep. ad fin. C. de testi.
240 † Et tamen vicarius, qui fuit semper sacrorum ca-
no. S. C. Triden. diligens obseruator, ac bullarum san-
ctissimi perscrutator moderatus, & exequutor pius ex
241 impiorũ operib. impie fuit dilaceratus. † Et ser. Ruti-
lius Busonius procuratorio carens speciali, ac sufficien
ti, vna cum suis suggerẽtibus vltra pœnam iuris, quam
secum ferunt semper, pati venit puniendus pœna l. nõ
ignorat. C. de fruct. & lit. expen. l. cum quem temere,
ff. de iud. §. hæc autem. Inst. de pœ. teme. litig. Nec illũ
saluat serotina ratihcanio illa per ea quæ dicta sunt supe
rius num. 52. atque ex illo eleganti solidoque consilio
Alex. 101. num. 3. lib. 1. Et do. Alex. authoritas adeo in
excelso atque illustri loco posita est, vt ab eius respon-
sis in quibus cõtradictores habet neminem, nefas quo-
dammodo recedere censuit Dec. consil. 6. columna se-
cunda. Et de Alex. inquit Curt. cons. 12. quod diabolicũ
242 esset recedere ab Alex. opin. in iudicando Anchara.
Regien. Famili. q. 12. nu. 14. de Alex. loquens dicit Ale.
opi. esse in communi obseruantia, & quod semper vi-
dit pro illius opi. iudicatum, Alex. certe authoritas ma-
xima est, vt inquit Soc. iun. cons. 8. nu. 12. vol. 3. Et in-
comparabilis, vt dixit Alcia. consil. 123. num. 3. tom. 3.
li. 9. Et Alex. diuini fuisse iudicij pronunciat Boss. tract.
243 crimin. tit. de pœ. numer. vigesimosecundo. Nec obli
uioni tradendum est, vt de semita in viam redeamus,
per quamplures testes religiosos ac sacerdotes esse pro
batum tam in genere, quam in specie, ipsius do. Vic.
bona vox, vita, & fama, de qua non est titubandum,
argumento. leg. quoties. ff. de rebus dubiis, & leg.
244 quoties. ff. de re. Quæ ad omnia solet esse val-
de proficua, per ea enim tolletur funditus omnis scru-
pulus

pulus, omnisque sinistra suspirio confunditur. communem Arn.soliloq.37.ex quib.de eiusdem do.Vic.bo-
250 na iustitia plusquam manifeste patet. qui iure merito (non dilatabo orationem meam in laudando eum ac collapsa per eum reformata) venit absoluendus diffinitiuè ac simpliciter, quoniam ritè, iustè, piè, atque laudabiliter sese gessisse, in omnibus probatum est nitide.
251 Et profectò in vicarium, dolum ex deliberatione professa fuisse adhibitum inficiari haud põt, ex quo in illũ contra ius multa ex industria apparent attentata, per Bart. in l.propter veneu.§.nepos, ff.ad Syl.Dec in l.si idem cum eo.§.1. in fi.ff.de iurisd. om.iud.& per
252 Crau.in consil.282.ante num.2. Et de bonis bonæ famæ effectib. adsunt quamplura Eccl. virorum impressa consilia, quæ quia sunt nota omittuntur, ne tamen ita sicco pede transeam ac laborem detractasse videar, vi. per Bertaz.post ab illo relatos eo.cons.71.num.49.quibus adde & per Cephal.d.consilio 230.nume.18.Roland.consi.7.nume.15.& consi.16 num.23.& sequen. consi.38.nu.35.lib.1.consi.3.nume.fin. lib.3.per Crau. consil.99.145.num.fin.consil.151.nume.22.& consil.
253 319.columna 2. Et vicarij iudicijs fauore bona fama malæ præualeret, per Crauetta.in consil.145.col.
254 4.& consil.151.nume.9. Etiam vbi mala esset probata, quæ nedum haud est probata, verum etiam nec articulata, non enim poterat probari. Et istud verum esset, etiam vbi mala in specie esset probata, bona verò in genere tantum, quæ nequaquam esset postponenda, vt per Mars. in pract.§.diligenter.nume.199.& consil.46.nume.66.vbi concord.conuocat; verum vti iam est dictum de mala nullum quidem verbum Et
255 qualiter accusatores, qui Vic. calumnijs afficere veniant puniendi, ne nil intactum relinquatur est recurrendum ad Bossi. tit. de iniur.nume.38.& tit. de offici. corrup.num.137.& 46.di.accusatore, & fuit pluries ex
256 parte vicarij protestatum. † Et hoc ne vltra damna, expensas, iniuriasque atroces ex suo laborioso difficilique vicariatus officio, & etiam ex tot ac tantis hominum reformationibus, Bullar. S. ac S.C.Triden. atque sacrorum canonum obseruantia, & cultu læsus permaneat, dilaceratusq; insuper incedat, calumniosæ illum accusantes temere improboq; vexantes gloriosi inter ipsos incedant, congratulenturq; de illorum calumnijs, quas iudices tenentur expellere. §. primo, in proœ. Institu.
257 Item & contra scriptam æquitatem, quam boni iudices ac viri Deum timentes præoculis habere consueue-
258 re, l.quod si Ephes.ff. de eo quod cer.loc. Et dicit expresse tex.6.q.1.quod qui fratres calumniantur, aut ac-
259 cusant & non probant.efficiuntur infames. Postremo ex modo procedendi clarissimæ patet querelantib. nimium fauorem fuisse indultum. Verũ quo maiore conatu, cupiditateque hæc acta fuere, tanto infirmiora esse debent apud graues sapientes, integerrimosque iudices.
260 Quorum proprium est hominum audacias, atque malitias proterrere, innocentibusque, ac oppressis sub-
261 uenire argum. d.§.1. Et vt in simili per plura concludit Nat.cons.32.ad fin. vbi alia etiam tradit ad fauorem vicarij probitate nõ ficta decorati. Laus D.O.M. ac Immaculatæ virgini Mariæ Dei Genetrici, Diuisq; Bapti. ac Hieronymo.

Hiero. Giach. de Lugo saluo semper &c.

APPENDIX.

262 Post prædicta, duo motiua fuere excitata, quorum primum istud est. Cum Prior, ac alij præcepto per Vicarium facto de accedendo ad ecclesiam Monialium S. Catherinæ non paruerint an pro huiusmodi inobedientia potuerint clerici exconmunicari? Alterum est cum in casu proposito forma de sent.exc.c.sacro, &c.cum medicinalis, de necessitate seruari debeat; quæ cum fuerit seruata, an pœnis contentis in dictis iuribus locus sit. Antequam ad motiuorum resolutionem me conuer-
263 tam, potest dici & probabiliter. Primũ motiuum defectiuum, quoniã qua de causa, quo iure, & ad quid agendum non explicaturum. Præsupponitur (inquam) præceptum memoratum absque vlla rationabili causa emanatum, quod est haud admittendum. Lætatus sum tamen quàm plurimum ex motiuorum traditione, quæ quanta cum promptitudine sunt excitata cum tanta nos alacritate, quinimo cum longe maiori trahimur ad di-
264 sputationẽ. Quia veritas clarius ostenditur l.si.§.mixta, ff.de mune.& hono.l.2.§.ex legib.ff.de orig.iur.l.diui, ff.de iure patro.l.O.filius, ff.de legat.3.
265 Veritas enim sæpius agitata magis splendescit in lucem.capitu.grauc.35.distin.9.glo.penult. in capitu.inter dilectus, de fid.instr. cum multis simil.ib.citatis per Roland.consil.6.in prin.atque; per Osasc. deci.30.post numerum 1.& decisio.159.in princ. sed non impendo operam cumulationi. Adde etiam potest Arist. Rhetor.
266 3.dum dicit opposita, facta collatione clarescunt. Argumentis nempe ac collationib. frequenter latens veritas aperitur, vt habetur in extraua.Ioan.22.quæ candorem amat, latebras odit, fucos horrescit, aditus patentes quærit, Libera est, seruire nescit, aliena vmbra regi non vult, suo homine delectatur cum seruili ignauoq; hominum genere commercium non habet, solis liberis & speculantibus præsto est, vt etiam legitur in metho. de
267 ratio stud.li.1.in princ. Item serro viam aperit qui per contraria transit, vt dicit Bal.in l.precib.col.7.C.de impub.& alijs substit.de quo meminere Moder.eo.Metu. lib.1.cap.6.& qui c.12.per plura docuit quanta sit assiduæ disputationis vtilitas, & ita d.capi.6.per.contraria, & oppositiones veritatem melius inueniri, & de Baldi dicto meminere etiam Afflic.decis.150.nu.3.Cagnol. in l.2.C.de pact.inter empt.& vendit.& in l.diem functo, num.4.ff.de offic.assess.Roland.d.consilio 6.& 55. nume.1.cons.80.num.1.lib.1.cons.43.nume.7.in cons. 100.nu.1.lib.2.cons.5.& 90.num.1.lib.3.& alibi sæpe
268 per Docto. Et sicuti aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, & sic veritas, quanto magis conteritur & oppugnatur tanto clarior nebulis expulsis in lucem progreditur, vt cõcinam cum Paul.Castren. eius consil.23.lib.1.de quo meminere Craue.consil.135.n. 18.283.& 185.col.1.Roland.consil.13.nume.1.consil. 35.in princ.lib.3.& consil.1.nume.lib.4. Et veritatis se-
269 ctatores Deo placẽt, vt dicit glo.in l.pumri, C.si cont.
270 ius vel vtil.pub. Et est veritas super omnia amanda & sequenda, l.si ita legatum, ff.de cond.& demon.& habetur per Bald.in tracta.scisma, col.1.& fusius per Rolan.
271 consil.73.nume.1.vol.4. Et Isid.de sum. bono exclamat, dicẽs; Magna est via veritatis, quæ omnia ingenia, astutias, & calliditates superat, quæ contra ficta, simulataque figmenta seipsum defendit.
272 Quæ denique post Deum colenda est, Aristo.3.Me-
273 taphy.dubitatio.solutio est ipsius veritatis inquisitio, qua propter notab.scriptum reliquit Bald.in consi.343. colum.penult.libr.1.quod veritas est basis, atque funda-
274 mentum iustitiæ, qua virtute nulla præclarior. Item est veritas res solidissima, & murus inexpugnabilis, vt
275 inquit Afflic.decisio.235.nume.7.222. Et omnia vincit, vt habetur lib.3.Esdr.c.4.& in cap.veritate, & sedu. 8.distin.& per Rolan.consil.5.nume.19.& consil.33. nu.41.lib.4.Bald.in l.eos, C.de restit.& plura congerit Card. Pari. consil.54.numero 19.lib.1.& Socin.consil.20.colum.1.inter consilia Curt. Iun.260.de quibus

276 meminit Ofasc.ead. decisio. 30. sub numero 1. Item
est mater iustitiæ, Bald.in l.libertini, ff.de stat.hom.Et
277 veritati omnia cedunt, vt tradit Roland.consilio 11.
278 numero 23.libr.3. Et iudex qui est minister Dei de-
bet inhærere veritati, vt exclamat Paul.de Castro eius
279 consilio 300. Et tenetur illam adiuuare quibuscun-
que modis, per Mari. Anguis.post Innocent. & Bald.ab
280 illo citatos consilio 52. sub numero 74. His sic præ-
fatis, ad responsiones nunc me accingã. Et vt res splen-
didior fiat, respondebo ad illa in specie, atque sigilla-
[illegible] apropter dico, iustam causam sumi ex illa Bul-
[illegible] [illegible]issimi iam apud acta dimissa, quæ erat omnino
executioni demandanda per vicarium in illo actu, a-
281 lias non sine scandalis pertransituro, quibus teneba-
tur ex debito sui officij occurrere illico, etiam receden-
do a regulis iuris, cap.quoniam, de iur.patron.glo.pen.
in cap.2.de oper.nou.nunc.l.de pupillo, §.siquis riuos,
ff.de ope.nou.nunt. & faciunt deducta per Crau.con-
silio 314.colum.3.volum.4. versiculo secundo respon-
282 deo † Et facienti illud, quod debet, culpa ascribi non
potest, l.vtique, §.culpa, ff.de rei vendicatio.Roman.
consilio 395. vt res clarior, colum.2. & per Crauett.in
consilio 319. per totum, ac magis explicite per nume-
283 rũ 16. Et culpa quælibet etiam leuissima abesse præ-
sumitur ab illis qui dant operam rei licitæ, nisi contra-
rium probetur, cap.dilectus, capit.ex literis, capit.tua
nos. de homicid. quæ iura ad hoc citat Bald. in consi-
lio 222. visis prædictis, libro quinto, & retulit Cra-
284 uett. eodem consilio 319. numero 17. † Item culpa
tunc nõ imputatur, quando Ex illa damnum haud con-
tingit leg.si vehenda, §.1. versiculo Paulus, ff.ad leg.
Rhod. de iact. cum similibus, de quibus per Crauett.
285 dict. consil. 319. colum.1. versicul. vndecima. † Sed
dicant quærelantes, obsecro, quod damnum passi fuis-
sent obnoxij, si tunc mandatis pijs pariter & iustis
eiusdem do. vicarij obtemperassent, certo postposito o-
dio respondebunt, nullum, in nullo igitur peccauit vi-
carius, iura sunt notissima ad propositum, præsertim
cum Reuerendissimus sit quasi possessione iubendi si-
milia clericis suis, semper contra stimulum calcitrare
286 consuetis, quo circa istis præmissis † ad pri-
mum respondetur, quod quando pro aliquo futuro fit
excommunicatio (sicut in casu nostro) tunc non o-
287 portet illud esse mortale, quinimo neque veniale. Si-
militer non oportet, tunc quem esse contumacem, sed
sufficit, vt sit inobediens, per Syluest.in sua sum. verb.
excommunicatio, post numerum 11. versicul.sed hæc.
288 † Item dicit Abbas in cap. si quis, in primo nota.de
maior. & obedien. quòd veniens contra præceptum
sui superioris peccat mortaliter, & quod potest excom-
municari ratio est in promptu, quoniam adest inobe-
289 dientia, quæ aliter mederi haud potest. Et quanquam
audax Prior atque obnoxij tantum, non autem cæte-
ri, sint incursi inobedientiam, cum obnoxijs tantum,
non autem capitulo, vt quidam leuissimi existimauere,
fuerit factum dictum præceptum, vti iam dictum est.
290 Et inobedientiæ in casu atque tempore morbum me-
deri aliter non poterat, in illo momento scandalis ple-
no, quoniam murmur illic aderat, quando Dominus
Pompeus canonicus illuc rediens, illud Vicario in
choro assidenti retulit. Et sic vbi de scandalo timetur,
tunc cessat ius commune, & receditur a regulis iuris,
atque omnia efficiuntur iudici arbitraria, ita per Iacob.
291 de Aretin.in l.1.in princ.ff.de damn.infect.ac per do-
mi. Felin.in capit.2. de præscript. vbi ponit 32. specia-
lia contra iuris regulas ob scandalum & in penult.lo-
292 quitur in terminis, de forma data. Ex quibus dolus
adesse dicitur contra illos, qui sui superioris mandata
pia, atque iusta contempsere, & maior est inobedien-
tia iudicis, quàm canonis. Idest grauius peccat non o-
bediens iudici, quàm legi. glossa in capitulo, dolen-
tes, de celebr. missar. & habetur per Dec. in capitulo
primo, numero vigesimosecundo, de postul.prælat. Et
293 paulo superius numero 19. notauit etiam, quòd præ-
latus debet esse promptus in puniendo inobedientes
294 ex dicto Apost. ibi in text.relato. † Vnde inobedien
tia, quæ inducit peccatum mortale, vt dicit notab. Ab-
bas in capitulo secundo, ad fin.de maior.& obedien. &
late habetur per Dec. in cap.nam concupiscentiam, in
295 2.lectur. sub numero mihi 7. de constit. Nemini du-
bium est, quod quando fit pro futuro, quòd tunc non
oportet illud esse mortale, quinimo neque veniale, vt
296 superius dictum extitit. Item pro contumacia valet
per Felin.dict.capitulo, sacro, colum.2. versiculo, Et li-
297 mita. † Item vbi aliquod licitum cuipiam præcipi-
tur sub pœna excommunicationis, tametsi illud præ-
ceptum non fiat pro mortali, illud tamen veniale ob
contemptum efficitur mortale, secundum gloss.25. di-
stinct. §.nimis, in verbo, plus accepti, in capitulo, qua-
lis.in verbo, Blasphemias, cum simil. & tradit Dec.in
capitulo, cum non ab homine, post numerum septi-
mum, de iudic. & in capitul.primo. in secunda lectu.
columna secunda, ad fi.de constit. vbi plene. Et sic te-
298 nebantur parere illi per Crauett. consilio 233.colum.
fina.& hæc etiam patent ad sensus efficacem rationem,
299 † quam pro lege nobis sat est allegare, leg.scire opor-
tet, §.sufficit, ff.de excus.tutor. capitulo, consuetudo di
stinctio.prima Abb.in capitul.nulli, de præbend. Et ad
300 rem redeundo, atque illam perstringendo, limitatur
dict.capitul. sacro approbante concilio, per domi. Fe-
lin.ibidem, tribus modis notab. columna secunda. Et
301 primo, nisi excessus esset notorius, numero tertio.
302 Item nisi contumacia fuisset facta in iudicis præsen-
tia, versicul. sexto limita, quæ duæ limitationes opti-
mè hic cadunt inter cæteras ibidem adnotatas; quæ
omnia bene faciunt pro vicario in toto processu isto.
303 Item dicit singulariter Innocent.in capitul. ex parte,
numero quarto, de verborum significat. quod si in ali-
quo negotio, quis sit contumax, verbi gratia, quia
non vadit ad concilium, vel prælatus aliquid præci-
pit subdito, & subditus illi non obtemperat, quod po-
terit illum excommunicare absque monitione, siue ci-
tatione, ex quo est in contumacia. Ad idem Perusin.
in capitulo, cum sit Romana, §.præterea, numero
quarto de appellatio. & habetur etiam supra numero
19.& ista Innocent. decisio stringit valde pro vicario.
304 Quo ad monitionem iam dictum est, quod quando
fit excommunicatio pro futuris culpis, quod tunc non
requiritur monitio, quæ alias præcedere debet, per
superius allegata numero decimo, atque per dec. Fe-
305 lin. in dict. capitulo sacro, numero quinto. Item re-
spondetur, quod extra casus in quibus monitio haud
requiritur, quod ordo ille de trina monitione non exi-
gitur vbi necessitas suadet, eo modo quo suadebat, quo
niam imminentis necessitatis periculum excusat, & ca-
sus quam plures in quibus excusatur recedens à regu-
lis iuris ob imminentem necessitatem habes in reper-
to. ad do. Felin. in verbo, necessitas, per totum, vltra
306 allegata superius numero 290. Item vt supra dictum
est numero 23. & 28. cum duobus sequentibus, erat
tunc periculum in mora, nec illic etiam aderant, ne-
307 que scriba, neque ad scribendum necessaria. Et hæc
pariter accommodari possunt ad secundi motiui solu-
tionem, & d.gloss.in capitulo primo, post Archidiac.
& Ioann.Andr. receptam esse dicit Syluest. d.§.14. at-
que relati superius numero 30. sequuntur, atque est
communiter ab omnibus approbata, neque pos-
308 set quadrare melius. Ad secundum motiuum re-
peritis præmissis supra respondetur, quod Prior atque
cæteri obnoxij absolutionem ex professo contem-
psere

pfere & de istorum contemptu est dictum superius numero 31. Et fuit in processu testium probatum de concessa authoritate in solidum illis quatuor sacerdotibus confessariis, & de illius intimatione priori, aliisque obnoxius facta, de qua quidem concessione haud requirebatur scriptura.

309 Nam casum hunc non ponit glossa magistra, quae adnotat casus omnes scripturam exigentes, in d. capitulo primo, §. postquam, de censibus, libro sexto, & de quibus etiam per Specul. tit. de instrum. edit. §. restat, sub numero decimo quarto, & alios ponit Bald. in l. gesta, C. de re iudi. & in l. humanum, C. de legibus, & retulit Iacobin. de Sancto Georgio in l. pactum quod contra,

310 C. de pactis. Et hanc consequentiam firmat Rot. dec. prima, de procu. in nouis, columna prima. Soci. consilio 120. columna quarta, libro primo. Eam que notat etiam Rip. in c. cum M. Ferrariensis, post nu. 136. de constitutio.

311 Et negatiua ista probatur, per librorum aperturam,

312 vt tradit Crauett. consilio 135. num. 5. licun probatur per instrumentorum inspectionem, vt per Dec. in consi. 263. num. 12. 438. num. 4. 496. nu. 8. 552. num. 8. 557. col. 2. Roland. consi. 1. nu. 72. consi. 2. numero 129. & alibi saepe per doc.

313 Item posito, non tamen concesso, quod vicarius in illo tunc fuisset ab ecclesiae ingressu priuatus, adhuc dicitur, quod retinebat nihilominus clauium vsum, & sic poterat impartiri officium suum, ita in terminis terminantibus decidit glo. ad hoc optima, & communibus

* calculis recepta in dicto capitulo sacro, in verbo interdictum. Item respondetur, quod cum tali in vtilibus atque in ad legem pertinentibus licitum fuit participare, & ita ab istorum vicario mediantibus quatuor illis sacerdotibus confessariis alias approbatis, & tunc delectis, absolutionem accipere, quoniam vicario istud incumbebat ex officio, ad tradita per Bar. & docto. in l. 4.

315 §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec. Vbi potest iudex, atque etiam tenetur interponere nobile officium a nemine postulatum in iis, quae respiciunt actum piam, nec possit probabilem praetendere ignorantiam, & maxime

316 xime per Bar. col. 2. vers. primo casu. Et praecipue in casu isto, in quo versatur rectis oculis intuenti vtilitas publica atque actus pius, vt per Bar. ac alios in d. §. hoc

317 autem iudicium. Et fuit ordinarius in ministerio ecclesiae semper absque vlla haesitatione toleratus, quinimo, & laudatus, ideo poterat vtilia, atque etiam ad legem pertinentia gerere administrareque, ex quo sibi incumbebat ex officio per praedicta, quae non repeto (ne vt

318 est in veteri prouerbio) repetita auribus officiant. Itē potuit requisitus a fidelib. sibi subditis concedere facultatem absoluendi praedictos excommunicatos officio iudicis nobili, ac demandare, quoniam istorum respectu priuatam respicit vtilitatē, & sic iuxta theori. Bart. quam communibus calculis approbant Moder. in l. imperium, ff. de iurisdi. omni. iudi. comprehenditur sub mixto imperio, ex quo participat de duobus vel plu-

319 ribus. Ideo potuit tuto delegari de iure pontificio, communem inquit Iacobi. de S. Georg. in l. properandum, §. sin autem rem. sub numero septimo, C. de iudi. Et ita etiam in aliis dioecesibus in practica seruatum pluries videmus.

320 Sed quid plura, nonne casus iste fuit a summo Pōtifice bene intellectus & approbatus, ac demum ex illius liberali gratia clerici ob illum in vrbe carcerati relaxati

321 fuere? † Et quibus reuersis domum versus iniunctum fuit expresse iussu eiusdem Sanctissimi, qua tenus de caetero cum eorum vicario, omni cum debita reuerentia, submissione, atque humilitate procedant, illique obtemperent, ac debitum tribuant honorem, tum ob vicarii merita (vt vtar ipsius summi Pon-

Iulij Clari Senten. Pract. Ciuil.

tificis verbis) cum etiam propter authoritatē officij ex litteris eiusdem alias in actis per praedictos exhibitis, atque penes eundem vicarium existentibus, Ex quibus patet clarissime casum pro vicario esse contra illum ve-

322 xantes decisum. † Et est nempe meritis merito ho-

323 nor tribuendus, vt habetur in Apophtegma † cum virtutis merces sit proprium praemium, ex Cicer. sententia de claris oratoribus dicentis honor est praemium virtutis, & pro Archi. poet. virtus nullam mercedem laborum, periculorumque suorū desiderat praeter hanc

324 † laudis & gloriae, & alibi, quae omitto. Et de gestis a summo Pontifice, atque de illius authoritate disputare

325 sacrilegij instar est. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. li. 2. de sacrileg. Et dicebat Bald. in praelu. feud. nume. 34. quod in principe est potestatis plenitudo, & postea-

326 quam vult aliquid ex certa scientia, nemo potest ei dicere; domine cur ita facis? Ideo &c. Et in cap. cum super. de cau. pos. & proprieta. quod princeps ex sui scientia certa, est supra ius, extra ius, & omnia potest,

327 vt retulit Deci. in consi. 588. numero 5. Adduco ad id etiam Bald. in c. 1. quali. domi. propriet. feudi priuc. dicens, quod Imperator est omnia, ac super omnia: ergo

328 multo magis Papa, qui praeest Imperatori, sicut sol praeest lunae, vt habetur per Ludo. Carer. tractat. suo de haere. sub nu. 30. Et comprobatur.

329 Nam maius dignum trahit ad se minus dignum, & principale annexū, non ē conuerso. cap. vnico. de con-

330 sec. eccl. vel altar. in 6. Item antecedens hoc est Papa non sapit naturam sui subsequentis, quod est Imperatoris, sed bene subsequēs sui antecessoris, per Bal. in l. quo-

331 ties. C. de fideicom. Qui quidem Papa omnia potest ex certa scientia, supra ius, extra, & contra ius, per eundem in c. cum super, col. 1. de cau. pos. & proprieta. quem refert, comprobat, atque sequitur Crau. in consil. 166. col. 2. quod tradit etiam Roland. in consi. 1. nu. 93.

332 & in consi. 3. num. 140. Et solet etiam dici, vbi leo ligit pedes caetera animalia conquiescunt, ita de sūmo Pon-

333 tif. dicit Crau. in consi. 296. col. 1. Item comparatur Papa Soli, qui est maior luna, quantitate, dignitate, officio, ac sublimitate, Bal. in consil. 333. ad intelligentiam.

334 lib. 1. & per Ludo. Carer. vbi supra. Et sicut Sol se habet in planetis, ita Papa in ecclesiis, vt dicit Bal. in c. bonae, el 2. col. 4. de postul. prael. quem retulit Crau. consil.

335 296. colum. fi. Et potest mutare quadrata rotundis, vt inquit Host. in c. cum venissent, de iudic. vt illū retulit

336 Rol. supradictis in locis. † & cum Princeps sit causa causarum, non est vlterius de illius potestate inquirendum, cum primae causae non sit alia causa. Et quod primum est, aliud ante se habere non potest, vt patet ad sensum, & probatur etiam per l. proximus. ff. de verbor. significa.

337 † Quinimo contemnentes mandata summi Pontif. contrahunt haeresim, vt habetur late per Ludouic. Ca-

338 rer. d. tract. sub num. 28. † Et qui disputat de Principis potestate se facit superiorem, vel illi parem, ac ponit se dem suam ab Aquilone, tentando similem esse altissimo vt post Bal. consil. 359. colu. 1. lib. 1. inquit Crau. consil. 241. num. 3. 266. ante num. 2. 396. columna 7. versic. Veniο.

339 † Et dicit Abb. q. 1. quòd Papa non habet parem, nec superiorem, vt per Ludo. Carer. vbi supra, ante nu. 31.

340 † Vnde ex Feder. Imperiū a Papa procedit inquit & ali

341 ter sentiens esset in haeresi. † Et dicit Nata in consilio 637. nu. 12. quod Papa est dominus dominantium, & habet ius Regis, Regum in subditos, & quod apud

342 eum est suprema potestas in qua non habet parē. † Et est culmen caeterorum, quos intellectus potest imagina

343 re, vt dicit Dec. in consi. 469. numer. 39. † Et solus vti caput omnimodam potest exercere iurisdictionem, vt

344 inquit Abb. vbi supra, nu. 14.

344 † Nec principi dici potest, Domine cur ita facis; vt in
quit Craue. alios aduocans d. consil. 266. num. 2. etiam
345 habetur supra num. 325. † Quisquis igitur est tam fa
tuus, qui audeat se intromittere, vbi Papa manus ap-
346 posuit, repugnante tex. in c. vt nostrum, de appel. Vn
de quod confirmat, nemo infirmat, vt dicit Bal. in l. re-
scripta. C. de prec. Imper. offer. & tradit Dec. in c. cum
347 accessissent, col. mihi 7. de constit. Neque inferior po
test rescindere sui superioris factum, l. nam & magistra
tus. ff. de arb. l. minor autem magistratus, ff. de minori-
bus cum aliis similibus.

348 Quinimo non potest inferior se intromittere super
factum sui superioris etiam nullum per Innoc. in c. in-
ter dilectos, de excess. prælat. cum simil. de quibus per
Dec. in c. vt nostrum, de appel. sub num. 1. & in c. 1. co-
lum. 2. de confirm. vtili. vel inut. & per Crauet. consil.
349 296. col. fi. in fi. Non omitto contra Dom. Leonorum
quod dimissoriam in scriptis obtinere debebat, per gl. il-
lam magistram citatam supra num. 157. atque per alle-
350 gata nu. 309. Et vnico testi non est adhibenda fides. l.
351 vbi numerus, ff. de testibus l. iurisiurandi. C. eo. neque
istius absentiæ causa fuit approbata, neque Vicarium a
Vicario approbatum reliquit, vt iubet S. C. Trid. allega
tum supra nu. 154.

352 Est & etiam vnum aliud pro vicario notandum,
quod inquit Bal. d. l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio
procon. & lega. quem sequitur Amod. de synd. nu. 186.
quod probationes debent esse in officiales sole clario-
res, per not. in l. fin. C. de prob. quæ est canonizata. 2. q.
8. & extitit dictum supra nu. 177. & adde per Bertaz. in
353 sepius allegato cons. 71. n. 11. Succumbant igitur ve-
xantes temere Vicarium. l. cum quem temere, ff. de iu-
di. §. hæc autem: Instit. de pœn. temere litig. vbi improbi
litigatores qui vincit, refelli, coargui putant esse turpissi
mum, ad ipse parant, nihilque aliud curant nisi propriā
pertinaciam, damna, ac expensas Vicario reficere tenē-
tur, vt etiam pulchre tradit Didac. qui materiam plene
discutit pract. quæst. c. 27. vltra atroces iniurias, de qui-
354 bus supra ac plenius in processu. Et pro Vicario viro
integerrimo militat in omnibus vulgata regula, actori-
bus non probantibus plene & legitime accusatus, tamet
si nil probauerit (cum tamen pro parte Vicarii proba-
ta sint plenæ omnia probanda) venit absoluendus pu-
rè, atque simpliciter, ad not. in l. qui accusare, C. de e-
dendis, & in capitulo primo, de accusation. & in
355 l. ei, qui dicit, atque in l. actor. ff. de probat. Quæ
iuris regula intelligenda est de diffinitiue absolutoria,
etiam ubi accusatorum intentio fuisset in negatiua fun
data. de istis omnibus habetur per Roland. cons. 67. nu.
356 1. 2. 3. libr. 2. Et in crimine falsi probatio debet de ne-
cessitate concludere, atque strictior esse debet, quam in
aliis criminibus, per ea quæ tradit late Cephal. d. cons.
230.

357 Et dicebat Ang. in l. itē apud Labeonem, §. si quis.
ff. de iniur. relatus a Curt. Sen. in repe. l. admonendi.
num. 356. ff. de iureiuran. quod actore haud probante
poterat aduersarius illum conuenire iniuriarum actio
ne, ac pro expensis, ex quo deprehensus maneat in ma
nifesta calumnia, etiam habetur latide per Iul. Clar.
quæstio. 62. versic. sed nunquid: ac per Menoch. de ar-
358 bit. iudi. 58. cas. 321. Et accusatores sunt etiam damnā-
di ad talionis pœnam. 5. q. 6. can. 1. & 3.

359 Et secundum text. 46. d. accusatores. Et multa pro
361 vicario habentur per Ceph. d. consilio 230. Caueant
igitur iudices, & prudenter attendāt, vt in causarū pro-
cessibus nil vendicet odiū, seu fauor vsurpet, timor exu
let, præmium aut præmii expectatio iustitiam non auer
tant, sed stateram gestent in manibus, lances appendant
æquo libramine, vt in omnibus quæ in causis agenda
fuerint, præsertim in concipiendis sententiis, ac ferēdis
præ oculis habeant solum Deum; illius imitantes exem
plum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad
dominum referebat, vt secundum eius imperium iudi-
caret. Si quis igitur famæ suæ prodigus, & proprij pro
secutor honoris contra conscientiam, & iustitiā in gra-
uamen alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiā
vel per sordes, ab officij executione per annum noue-
rit se suspensum, & ad litis æstimationem nihilomi-
nus parti læsæ condemnetur. Hæc fusius habentur in c.
vnico, de senten. & re iud. in 6. & aliqua. 45. dist. omnis
& cohortationem pulcherrimam ad iudices, vide per
Menoc. ante illius tract. de arbitr. iudic. qui etiam po-
nit condemnatoriam sententiam in eos a piis orthodo-
362 xisque Imperatorib. Leone, & Alexandro pronuntia-
tam. Et ad prædicta astipulantur ea quæ M. T. C. lucu-
lenter scripsit in præclara illa oratione pro Milo. dū in
vltimis verbis dicit, Vos oro, obtestorque iudices, vt
in ferendis sententiis, quod sentieris id audearis, ve-
stram virtutem, iustitiam, fidem (mihi credite) maxi-
me probabit, qui in iudicibus deligendis optimum, &
sapientissimum quemque delegit.

363 Item est perpetuo notandus quod iniustus iudex in
ter bruta est connumerandus, secundum Arist. lib. 1.
Poli. vbi ait sic. Sicut optimum animantium est lege
fruens, ita pessimum animantium est homo a lege, & iu
stitia separatus, referente Roland. consil. 12. nu. secun-
364 do, lib. 3. Et iudex qui corruptus pretio vel precibus
iniustam protulit sententiam, efficitur infamis, & tene-
tur parti læsæ ad æstimationem, tex. & ibi Castrens. in l.
365 fin. C. de pæn. iud. qui male iudic. Et ad materiam ha-
bemus memorabile exemplum Donati del Falconibus
qui ex eo, quia fuit ab vtraque parte corruptus, fuit cin
gulo doctorali priuatus, & exul: & merito, vt etiam tra
didit Iul. Clar. in pract. crim. q. 73. in versic. Iudex cō-
mittens. quæstio sequen. vers. scias autem. Et de illo exē
plo Donati, qui fuit auditor in prouincia Calabriæ me-
minit alia multa subiungens de iudice corrupto Lud.
366 Carc. in practica crimin. §. homicidium, el primo, nu
mero 92. 93. Et e conuerso, iuxta illud Prophe. psal. 15.
in prin. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iusti-
tiam in omni tempore. & psal. 109. In memoria æterna
erit iustus, & psal. 58. Si vere vtique loquimini, recte
iudicate filij hominum, similiter Ezechiel. capitulo
18. Et iudicium verum fecit inter virum, & virum,
hic iustus est, & prædicta commemorat Craue. consil.
219. in h. adde tex. in l. quoniam, C. de epis. & cler. qui
sollet, vt illic inquit Bal. allegari ad hoc, In memoria æ-
terna erit iustus, & ab auditione mala non timebit. Et
Salic. ibidem dicit; iusti memoria debet extolli, iniusti
367 autem aboleri. Meminerint igitur coniurati, quia
non relinquet dominus virgam peccatorum super sor
tem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem
manus suas, vt legitur psal. 124.

368 Et quod lento gradu ad sui vindictam diuina proce
dit ira tarditatēque supplici grauitate compensat. vt le-
gitur apud Valer. Max. in vita Diony. Syracu. in vltim.
verbis. Item, & iuxta illud Hora. Raro antecedentem
scelestum pena deserit, pede claudo pœna tamen pro-
sequitur nocentem.

369 Vicarius verò cantabit. Beati qui persecutiones pa
tiuntur propter iustitiam, & reliqua, fuit profecto iniu
ste ac indebite oppressus ab improbis apud quos ratio,
& veritas domicilium non habent. Hier. Giach. de Lu-
go, saluo semper, &c.

Subscriptio D. Ioan. Baro. Iurisconsulti.

370 Existimo veras ac prorsus iuri consentaneas, præ-
stantissimi do. consulentis conclusiones, in allegatio-
nibus, nonminus eleganter propositas, quam subtiliter
con-

confirmatas; & optime sublata, quæ loco obiectionum
in calce sunt ascripta. Propterea, & si sola a me subscri-
ptio postuletur, tamen ne videar pro iustissima causa
ac vetere amico laborem detrectasse, libet paucula licet
371 non necessaria adijcere. Et primo quod attinet ad præ
missa, præter adducta ab ipso est plenissima allegatio
372 Lapi. 73. ad quam vulgo recurritur. Quod vero obij-
citur de prætermissa monitione, ex c. sacro. de sen.
excom. & not. in c. 1. & 3. eo. lib. 6. si modo fuit ea opus,
quod non videtur ad ostensam ex doct. Archid. c. 1. nu.
10. Ioann. And. num. 11. Lap. d. alleg. 73. vbi Mand. alia
373 congerit, rectè refellitur, propter necessitatem ac im-
minens periculum, vt traditur in d. cap. 1. vbi post alios
Gemi. in §. si quis, num. 9. Fran. num. 3. Idem Gemi. §.
374 caueant, num. 6. ad fin. & 4. Fely. in d. c. sacr. Valuit
ergo excommunicatio sine metu suspensionis ipso iure
atq; ipso facto commissæ, vt per Io. & Fran. in prin. d. §.
375 si quis. Card. & cæteros d. c. sacro. Potuitque vicarius
licet vere suspensus fuisset, quod negatur, absoluere
excommunicatos, per gl. in d. §. sacro. allegatum in
consilio. & quam post sequuntur ibi Butr. numero 25.
Cardin. col. 5. & Abb. nume. 10.
376 Quo vero ad ratificationem querelæ propositæ a
procuratore carente mandato speciali, si quidem cer-
tum tempus sit ei constitutum, & lapsum, vera erit con
clusio firmata l. penul. vbi per docto. ff. rem rat. ha-
377 be. Socin. in consilio 16. numero 35. in 4. cum simi.
Sin minus obtinet opinio docto. in l. si maritus, C.
mand. Fel. c. nonnulli. §. sunt & alij, col. quarta, de rescr.
Quam in rem possem multa allegare. Cætera quia
sunt copiosissime, & vere examinata atq; reiecta, &
plurimum ex actis, quæ non vidi pendent, haud quam-
378 quam attingo, vti nec motiua. Quorum post rem de
scriptura aperte refellunt Io. Ant. de Butr. & Archid. d.
capitulo, sacro, & passim corruit ex traditis a Fel. in
379 rub. de sent. excommunic. Atque reor sine vlla exce-
ptione ius esse pro d. Vicario viro integerrimo ac do-
ctissimo, in quorum fidem &c. & Saluo. &c. hæc sub-
scripsi ac subsignaui. locus sigilli Ioan. Baro. iurisconf.
Ferrariens.

Corollarium eiusdem Do. Hieronymi.

380 Nihil est inter homines sic indubitatum, quin possit
licet iustissimum suscipere quandam solicitam dubita-
tionem, vt scriptum reliquit Imper. in Auth. de tabel. §.
si vero dominus, vers. proinde, cuius dictum reassu-
381 mit Ofasc. decisio. 29. in prin. vbi etiam tradit alia de
veritate notab. Et secundum Nat. consil. 60. col. 5. post
medi. Nihil tam clare tanque aperte verbis proferri po-
382 test, quod non maligna ac sophistica interpretatione
383 euelli possit leges enim sæpe calumniantur, l. non du-
bium, C. de legi. Et cauillantur, vt ff. ad Tert. l. 2. §. tracta
384 ri. & ff. de reg. iur. l. ea est natura. Et captantur l. pen.
385 ff. ad exhib. Adde etiam quod ad dissentiēdum homi
386 nes naturaliter sunt faciles. l. item si vnus. §. in duos, ff.
de arbi. Et quod impossibile est, quod fiat lex ita clare vt
dubitationem non recipiat; & propterea dixit Bar. in l.
1. num. 14. C. de no. faci. quod vbi circa legem sunt opi.
licet aliquis iudicaret secundum vnam opi. & non ve-
ram sententia valeret, nec diceretur continere expres-
387 sum errorem iuris. Et vicario, inique, multeque vexa
to adaptatur illud not. Mag. sen. in prolo. circa fi. post
Hylar. relatum in pri. de Su. Tri. dicentis, Ambigēdum
non est omnem humani eloquij sermonem calumniæ
atq; a mulorum contradictionis semper obnoxium, fuis
se, quia dissentientib. morib. dissentiens quoq; fit animo
388 rum sensus. Et accusantes vicarium contendere con-
tra agnitam veritatem, quod peccatum non leue ali-
389 quando legimus apud probatos authores. Quæ qui-
dem veritas vtinam tot haberet inuentores, quot ha-
bet contradictores, secundum Magist. sent.

390 Et vicarius paruit morsib. illorum qui stimulante in-
uidia despiciunt, quæ consequi nō possunt; & cum non
ex iudicio, sed ex odij præsūptione indesinenter obtre-
ctationib. lacerant, vt inquit Hier. Sanctissimus in pro-
391 lo. super Isa. Partes igitur iudicare debētium sunt ma-
ledictis confutatis, accusatores in ead. sententia vno
contextu præcedente vicarij simplici ac diffinitiua sen
tentia, c. licet causam, de proba, & per Cur. Sen. d. l. qui
392 accusare, nu. 4. & Castren. consil. 46. in fi. tom. 2. crim.
condemnare sicuti petitum est pluries, ad expensas, dan
na, interesse, ac iniurias vt tradit Crau. cons. 53. & Clar.
q. 62. ver. sed quæro nunquid, vt dicit ita * communiter
393 teneri: quod procedere inquit vbi iudex statuisset ac-
394 cusatorib. terminum ad allegandum causam, quare
&c. Et hoc ne vicarius dilaceratus calumniatusque in-
cedat. l. si calumnietur, ff. de verb. sig. & etiam dicatur
395 remuneratus ad ingratitudinē. Quæ est omniū malo-
396 rum radix, teste S. Aug. in soliloq. c. 8. Et ingratus non
397 dicitur viuere moraliter. l. fi. C. de inof. testa. Et potest
certe vicarius dicere illud quod legitur in Eccles. c. 4.
vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas in-
398 nocentium, & neminem consolatorem. Et illi potest
dici aliud, quod legitur eod. cap. 5. si videris calumnias
egenorum, & violentia iudicia ac subuerti iustitiam in
prouincia non mireris super hoc negotio, quia excelso
399 excelsior est alius. Vexationes tamen ac lacerationes
iuncta ingratitudine impia conturbauerunt vicarium
iudicem integerrimum, & apud quem non est accepta-
400 tio personarum, c. nouit. §. cæterum, de iud. † vnde
ne impij præualeant aduersus iustum, & ne egredia-
tur peruersum iudicium, vt legitur in prolog. Hieron.
401 † San Abach. Prophe. colu. 1. Lacerantes atq; calum-
niantes vicarium, debent condemnari. d. l. eum qui te-
mere, ff. de iudi. & per Pari. de Pute. d. tract. de syn-
dic. in verbo, expresse, nu. 4. Et etiam propter iniurias
ei illatas, l. fi. cum illic nota. ff. quod quisque iuris. & tra-
dit Catald. in d. tracta. ante finem. & Pute. ac Bossi. ci-
tati a Bertaz. in sæpius citato consil. 71. in fi. vbi illo ca-
su discusso concludit sic. Et idem in consi. 81. num. 15.
& consilio 91. num. 8. 9. sicuti apud acta pluries postu-
latum fuit.
402 † Fuit & etiam in vicarium obseruatum illud quod
legitur Sapien. cap. 11. Circumueniamus iustum, quo-
niam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris,
& improperat nobis peccata. Verum defecerunt scru-
403 tantes scrutationes non animaduertentes, † Iusto-
rum causas in manibus Dei esse; vt dicitur Sapien. ca-
404 pitulo quinto, † Itē vicario, adaptatur illud quod le-
gitur Ecclesiast. capitulo quarto, in fi. Pro iustitia agoni-
zare, pro anima tua, & vsque ad mortem certa, & Deus
405 expugnabit pro te inimicos tuos: † Deus enim vindi-
406 cans vindicabit. eod. capitulo quinto. † Item legitur
inter Beatitudines Ecclesiasticas Math. capitu. 5. Beati,
qui persequutiones patiuntur propter iustitiam, quo-
407 niam ipsorum est regnum cælorum. † Item beati estis,
cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fue
rint, & dixerint omne malum aduersum, vos mentien-
tes propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces
408 vestra copiosa est in cælis. † Et ibi. Nisi abundauerit
iustitia vestra, plusquam scribarum & pharisæorum,
409 non intrabitis in regnum cælorum. † Ex quibus om-
nibus cum in casu syndicatus debuisset vicarius syn-
dicari duntaxat de furtis, baratarìa, ac illicitis extor-
sionibus, vt per Iul. Cla. quæstio. 63. vbi ita de con-
suetudine retulit obseruari, cui adde & per Iodoc. in En
chirid. pariū, verb. parum ac per Gramm. criminali cōs.
410 54. nu. 11. & per Bertaz. d. cons. 71. nu. 3. † qui post re-
latos dicit officialem non posse syndicari nisi de dolo &
barataria ex generali cōsuetudine, non autē de iniquis
sententijs per imperitiam vel male latis, & idem consi-
lio

silio 92.in princ.Sed fuit attentatum contra eum, quo-
niam inauditus est ius syndicandi in vic. Episcopi.
411 † Concludendum est, vicarium fuisse syndicatum ob
meram inuidiam,diabolicamque vindictam, vexatum,
atque calumniatum a pertinacibus fortissime latranti-
bus, suggerente atque illis patrocinante etiam quorun
dam aliorum,qui putabant,ex fallaci & illicita sua mer
catura,nubere fœminas certas, incredibili cupiditate,
412 † quæ est radix omnium malorum.46.dist.bonorum.
§.cogitatio,& §.est quoque, in Auth. vt iudi.sin.quo-
que suffrag. & tradit Dec. in c.nam concupiscentiam,
in 2. no. de constitut. vbi alia etiam de cupiditate not.
413 † Et pro faciliori vindicta fuit constitutus, a volenti-
bus iniquitatem facinoris in hominem iudicem refun-
dere, pro iudice, Dõnus Ale. Gemadedius qui fuerat
ab ipso vicario per sententiam Parochiali priuatus;
item & de vi. publica processatus, & qui etiam fuerat
eid.vicario delatus de falso,ex eo quod claues ad sacri-
stani E.S.Andreæ penes tertium existentes fecit permu
tare, quæ minime hic erat omittenda: ex quibus patet
414 quales,ac quantos habuerit aduersarios, † verum nõ
est mirum, vaditorum etenim semper fuit, præcipua
ista conditio, aut potius infælicitas. Habet namque
virtus sua obstantia, aduersaque vitia. Et quo altiores
sunt turres,magis ventorum flatibus concutiuntur,iu-
xta illud Horat.ad Licin.

Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus. & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, Feriuntque summos
Fulmina montes.

415 † Et Ci.siue quisquis ille fuerit ad Heren.lib.4. vir-
tutis omnes inuidia plerunque bonos insectatur. Et
416 † idem Cic.de Cla.orat. Laudi & gloriæ maxime in-
417 uideri solet.† Et pro Corn. Balb. Et huiusmodi labes
quædam & macula,virtuti inuidere.

418 Verum idem inquit in Anton.omnia alia falsa, in-
certa,caduca,mobilia sunt. virtus est vna altissimis de-
fixa radicibus,quæ nulla vnquam vi labefactari potest.
419 Et ea omnibus consideratis, causa & innocentia do.
vicarij splendidissima facta est, atque posita extra om-
nem controuersiam,& omni ope, & diligentia in hanc
luculentam consonantiam, adimpleta. §. quorum. in
procem.Institu.Quam plura alia scribere potuissem,at-
que addere finito syndicatu isto, sed missa facio, ne ni-
420 mium suffarcinatum sit onus. Prolixas namque ac
verbosas disputationes euitare debemus,§.primo.Insti
421 tu.quod cum eo qui in alien. potest. Postremo scias
prudens lector quod ob religionis reuerentiam, ac S.
R.E.decorem, etiam multa ex industria omisi (timide
loquor) contra cupidos,qui in quib.gradibus,ac termi
nis reperiantur non nostra sit sententia, sed illorum iu-
dicum de quibus supra num.361. Et iam satis de causa.
422 Hæc volui scripsisse,ut si quid amaritudinis resideret
in pectore legentium,his vltimis omnia sileam. Vnde
totum relinquam, gratias Deo agens, cum Poeta no-
stro tandem dicam,sat prata bibere.

Hieronymus,qui supra,correctione semper Salua.

Subscriptio D.Alexandri Rondinel.

423 Quoniam alias plene in literis meis familiaribus
ad R. Interamnæ, Viso testium processu examinaui
quærelas omnes, concludendo pro vicario integerri-
mo viro, qui profecto dicere potest, liberas ædes ha-
beo.l.sicuti,§.si quæratur.l.loci corpus, §.competit.ff.
si seru.vend. Ideo reperitis tam in consi. quam in sub-
scriptione eleganter accurateque allegatis. de illis sum
contentus.Vnde vt superius scriptum est.dico, & iuris
esse consulo. Ego Alex.Rondinel.de Lugo, saluo sem-
per &c.

F I N I S.

CONSILIVM D. HIERONYMI DE GIACHARIS I. C. LVGIEN.

In materia Monetæ Marchiſanæ, atque beneplaciti Ducalis.

SVMMARIVM.

1 Remedium can. Reintegrandæ, 3. q. 1. competit etiam laicis pro re profana, ex communi, & magis communi ſententia.
2 Et conceditur pro quaſi poſſeſſione rerum incorporaliũ.
3 Et competit etiam pro rebus mobilibus, & immobilibus.
4 Et illa quaſi poſſeſſio releuat agentem ab onere probandi.
Præſertim in bona fide exiſtentem.
5 Communis vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi. & eſt mirabile. nu. 6. & 10.
7 Et præualet omni regulæ omnique conſtitutioni Fallit num 8.
9 Mens apparere dicitur, vbi iniquitas reſultaret, vel abſurditas nu. 16.
11 Propria ſignificatio a ſtatuto, vel l. deſumitur.
12 Propria ſignificatio ſumitur ex alluſione vocabuli.
13 Nomen debet rei eſſe conſonum, & conueniens.
14 Nomina adinuenta ad quod quid dignoſcendum.
17 Sicut inſignia & arma.
17 Poſſeſſio quaſi a pedum poſſeſſione.
18 Teſtamentum quaſi mentis teſtatio.
19 Moneta Marchiſana de lata & longa Romandiolæ intelligitur.
20 Minime mutanda, quæ interpretationem certam habuere.
21 Monetæ ſolutio de qua facienda. & nu. 22 23. 24. & 49.
25 Et quid in manua præſtatione.
26 Conſuetudo prouinciæ debet attendi. 29.
27 In claris non eſt locus coniecturis.
28 Idem in caſu legis.
30 Quæ ſi ſit generalis non indiget probatione quia index ſupplet num ſeq.
31 Et dicitur ius moribus conſtitutum.
32 Et pactum cum ciuibus initum.
33 Pacta ſeruabo, ait prætor.
34 Quæ vox fuit quaſi diuina.
35 Et ſuam obtineant firmitatem.
36 Studioſe agendum eſt vt illa quæ ore promittuntur compleantur etiam opere.
37 Quod procedit etiam in Principe, qui pacto cũ ſuis ſubditis inito contrauenire haud poteſt etiam de plenitudine poteſtatis nu. 18.
39 Ariſtot. pulchrum dictum ad Alex. Regem Macedon.
40 Nihil eſt quod luce clariore præfulgeat in Principe, quam recta fides.
41 Sereniſſimus Dux Ferrariæ laudatur.
42 Beneplacitum ducis Alfonſi refertur.
43 Quod in conuentionem abijt.
44 Principis priuilegium aliqua cauſa non eſſe renouandũ & nu 45.
47 Magnifica communitas Lugi. benemerita cum ſeq.
50 Pacta contra publicam vtilitatem ita non valent, & num. 58.
51 Nec firmantur neque ſtipulatione, neque iuramento.
52 Pactum contra publicam vtilitatem quod.
53 Epilogus notab. de reſiſtentibus.
54 Libertas res inæſtimabilis.
55 Monetam alterare vel mutare eſt de Regalibus.
56 Regalia quæ relatiue, & ſeq.
59 Epilogus pro Com. Lugi. & Bagarelli:

REquiſitus pro parte Magnificæ Cõmunitatis Lugi mihi, atq; antiquioribus meis patriæ originis, ac domicilij, non potui cum bona conſcientia eidẽ me interroganti iuſtum, atq; debitum denegare patrocinium, & ſcribere quid de iure ſentiam contra do. Maſſarium Ducalẽ in prouintia Romandiolæ, qui conatur pro poſſe ſuo interuertere ſolitum, & ſic augere in gabellarum exactionib. monetã, exigendo de facto & per vim, ad monetam ſtrictam ciuitatis Ferrariæ, non autem ſecundum antiquam, atq; immemorialem conſuetudinem, vſumq; longæuum totius prouintiæ noſtræ Romandiolæ ad monetam latam, ſiue mauis, longam Romandiolæ, ſicuti ſemper Publicani omnes, ſiue Gabellarij ante hac inuiolabiliter indiſtinctéq; a tanto tempore, quod non eſt hominum memoria in contractum, obſeruauere exigentes illas. Libenter igitur onus mihi iniunctum ſuſcepi, vt in partibus patriæ, cui omnes quàmplurimum debemus, quantum in me eſt, vtilitati publicæ, ac vniuerſorum commodo conſulam. Inuocato igitur nomine Ieſu Chriſti, ſecundum quod docet Apoſtol. ſcribens ad Corin. c. 3. & ad Coll, 10. & legitur in actis Apoſt. c. 6. & 16. q. 5. c. nõ licet. priora a me ſuccincte ſcripta, repetendo, atque ampliando. Multa, ſed duo principaliter ſeſe offerunt diſcutienda, quaſi poſſeſſoriũ ſcilicet præfatæ magnificæ Cõmunitatis, de facto, & abſq; ſuo facto, & culpa ſua, deiectæ ſiue ſpoliatæ a ſua quaſi antiquiſſima, immemorialiq; poſſeſſione pacifica.

1 Secundo petitorium Circa primum † remedium can. reintegrãdæ, 3. q. 1. quo experitur prædicta Magnifica Cõitas Lugi, competere etiam laicis pro re profana communi poſt Ioan. ab Imol. Alex. & Rip. & magis commune poſt eundem Alexan. reſtatur. Rolan. conſ. 50. num. 3. col. 3. & de cõmuni habetur in reſponde. primo cauſæ Finarien. num. 8. & in 2. artic. nu. 1. vbi crebrior & verior dicitur. Item crebrior, vt late per Iac. Menoch. in ſuo ſolemni tract. de recuper. poſſeſ. 15. remed. ſub nu. 13. cum plurib. ſequen. item commune & fuſius per Recentiores in ſua collecta cõm. opi. verb. remedium, nu. 22.

2 † Quod quidem remedium intentatum, concedi pro quaſi poſſeſſione rerũ incorporalium aſſeuerauit. Soc. in l. rem quæ nobis ſub num. 13. verſ. 3. conclude. ff. de acq. poſſeſ. & conſultus per plura reſpondit Iaſ. in conſil. 172. alias 178. in quarto, & tradunt etiã Franc. Marci in deciſi. parlamenti Delph. q. 389. & 448. Rip. in c. cum eccleſia Sutrina, nu. 101. de cau. poſſeſ. ac propriet.

3 † Et præciſe Plot. tract. ſuo de in lit. iuran. §. 3. ſub nu. 7. vbi competere etiam pro reb. mobilibus & immobilib. commune retulit ex Rip. in d. c. ſæpe, nu. 21. & Soc. & Iaſ. in eandem. l. rem quæ nobis, hic nu. 19. ille, qu. 5. & tradunt plene præfati Modern. eod. remed. 15. q. 17. nu. 200. Et iſtis receptas ſententias quo ad primum, & primo atque principaliter intentatum remedium ſufficere

4 exiſtimo. † Pro cuius tamen complemento addo, quod iſta quaſi poſſeſſio iuris releuat præfa. Magnificã Com. ab onere probandi, præſertim, cum ſit in bona fide text. eſt in l. eam quæ. C. de libera. cau. per quam legem

dis

colligit Bal. illic. hoc notab. quod quasi possessio in iuri-
bus corporalibus, releuat ab onore probandi, præ-
sertim si sit habita bona fide sicuti hæc nostra allegan-
dis inferius in petitio. Ad idem etiam bene facit text. in
l. circa eum, qui. ff. de pro b. vbi Iacob. de S. Geor. nu. 2.
notab. inquit quod quasi professio alicu ius iuris habi-
ta bona fide, releuat quasi possidentem ab onere pro-
bandi vt in casu nostro.

5 Circa secundum, clarum est in iure nostro † Quod
communis vsus loquendi præfertur propriæ significa-
tioni l. librorum, §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. vbi
habemus bonam glo. quam Bar. illic præcise notat ad
interpretationem statutorũ, quia si aliquod verbum re-
periatur ambiguum quod habeat aliud significatum,
illud debemus intelligere secundum communem vsum
loquendi; quod & etiam tradidit Bartolus & Alexan.
in l. Labeo. ff. de supel. lega. idem Bart. in l. non dubium
C. de legibus & habetur, p Ant. de Bur. & Abb. in proe.
decret. quod & etiam tradit Dec. qui alia etiam conge-
rit in consilio 146. columna secunda in princi. & cons.
6 610. in fi. vbi dicit hæc notan. esse, † imo mirabile est se
cundum Bart. in l. 1, columna secunda in prin. ff. de suis
& legit. quod propria significatio non sit, & quod pro-
7 priæ tamen significationi præferatur † Quinimo quod
plus est, præualet omni regulæ omnique constitutioni
in intelligendis sermonibus, statutis, vel constitutioni-
bus, vt voluit idem Bartol. consilio 159. columna 4. in
prin., ad quem semper pro solenni interpretatione recur
8 ri inquit Bal. in c. in præsentia, col. 6. de prob. † Ad idẽ
& plenius per eũdem Bart. in l. omnes populi. ff. de iu-
sti. & iure, colum. mihi 22. in fi. qui supra eo loci distin
guendo voluit, quod ubi in statuto reperitur aliquod
verbum plures habens significationes vnam propriam
alteram impropriã, tunc licet regulariter sit, vt assuma-
matur propria, & omittatur impropria; tamen illud fal-
lit, si de mente disponentis appar et, sicuti in præsenti ca
su ex vsu longeuo, atque ex vetustissima ac immemo-
9 riali totius prouinciæ obseruantia. Et de mente dicitur
apparere secundum Bar. ibid. si intelligendo secundum
primã propriamque significationem resultet iniquitas,
siue absurditas (vt in casu nostro) tunc assumitur im-
propria, uel si personarum qualitas, aliud annue-
ret; vel communis vsus loquendi aliter se haberet, qui
(vti diximus) omni regulæ, omnique constitutioni in
exaudiendis, ac examinandis sermonibus derogat pre-
10 ualetque † Sed quid de communi vsu loquendi, cum
in casu nostro pro Magnifica Communitate Lugi no-
stra adsit propria verborum significatio, de libris Mar-
chi. loquentium, discurrantur obsecro statuta Lugi pœ
nalia præsertim. & præcipue in 3. lib. perperdantur, dũ
disponunt loquunturque de pœnis irrogandis, & insli-
gendis delinquentibus quibuscunque, quia statuentes
semper vsi sunt verbis istis, condemnetur contrafaciẽs
siue delictum illud perpetrans in li. tot. Marchisinis,
& tamen condemnationes, atque prædictarum pœna
rum ac mulctarum exactiones, a tanto tempore quod
non est hominum memoria in contrarium fuere sem-
per de plano, & absque vlla hæsitatione ab officialibus
exactoribusque ducalibus exactæ ad monetam longam
prouinciæ Romandiolæ, non autem ad monetam stri-
11 ctam ciuitatis Ferrariæ, qua propter hæc propria di-
citur significatio, cum summatur a statuti authoritate,
& sic ab ipsamet lege explicite loquente, ita expresse de
cidit Bart. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iu. nu. 59. &
sequitur Ias. late ibi, quod etiam habetur explicite in sta
tu. Ferrariæ, tit. Modus facie. soluti. c. 32. li. 2. vers. quod
si creditum, vbi confunditur, & non ponitur differen-
tia inter vnum, & alterum, sed indifferenter accipiun-
12 tur † Item ex alio ad fauorem præfatæ Mag. Commu-
nitatis dicitur propria significatio ista, videlicet ex allu

sione vocabuli, in istis nominibus appellatiuis diffini-
tione carentibus, in quibus bene potest argui ad no. in
l. 2. §. appellari. ff. si cert. per. & tradit Ang. de Are. in §.
1. col. 2. Instit. de testa. Et gabellæ capitula fuere facta tẽ
poribus Illust. Marchionũ Aestensiũ, a quibus deriuan
13 tur. Quinimo ipsis Marchionibus authoribus sicuti, &
memorant statuta, ideo non est mirum si semper loquã
tur de moneta Marchionali, quia istud est ad similitu-
dinem vocis illor, & quoniam illud ideo etiam est, vt
nomen sit rei authorique suo consonum, conueniensq;
iuxta tex. & gl. in §. Est & aliud in verb. & cõsequentia
14 Instit. de don. vbi gl. iura concordantia aduocat. † Et
comprobatur, nam nomina adinuẽta fuerunt ad distin
guendum, & ad quod quid est dignoscẽdum. C. de in-
15 gen. & manumis. † Sicuti etiam insignia siue arma,
quæ ad illud idem fuere inuenta l. sanctum. ff. de re-
16 rũ diuis. † Quapropter non per hoc debet introduci
insolitum illud, & sic haud capi absona illa, incongrua,
inauditaq; in prouincia interpretatio, & abusiuus intel
lectus, in tam grande damnum, & in tam notabile atq;
perpetuum præiudicium tot viduarum, tot pupillorum
& denique totius prouinciæ, vt sic decisum reliquit
Bar. d. l. omnes populi, in veritatem quando, quem secu-
tus est Ias. ibi non desunt exempla ad hoc debemus ete
nim scire alia similia de possessione. scilicet ac de testa-
17 mentis † nam possessio a quasi pedum positione appel
latur, vt legitur & nota. in l. 1. de acq. pos.

18 † Et testamentum ex eo appellatur, quod testatio
mentis sit, vt habetur Instu. de testam. in princ. Et tamen
nõ omnis pedum positio dicitur proprie possessio, sicu
ti nec quælibet mentis testatio dicitur proprie testamẽ
19 tum, sed large improprie, atque abusiue. † Large igitur
improprie, atque abusiue accipiuntur in prouincia illa
verba ad monetam Marchisanam, ad monetam latã, si-
ue longam Romandiolæ, non autem stricte ad
monetam Ferrariæ. Et ista interpretatio ab vsu lon-
geuo immemorialique totius prouinciæ obseruan-
20 tia reperitur mallies comprobata † minime igi-
tur mutanda sunt ea quæ interpretationem certam ac
indubitaram semper habere. l. minime, ff. de legibus,
21 & comprobatur. † Nam solutio quælibet regula-
riter debet fieri ad monetam currentem, vigentem-
que tempore impositionis, atque contractus iste est
casus notab. & multum allegabilis, vt dicit Abb. in ca-
pit. olim causam, de censibus & exactio. nisi sit in alte-
rius monetæ solutione præscriptum vt dicit tex. ille,
22 † Et si quis diceret, si igitur solutio debet fieri ad anti-
quam monetam currentem, vigentemq; tempore impo
sitionis, ergo debet solui gabella ad monetam Ferrariæ.
& sic ad monetam impositionis tempore currentem,
23 non autem ad monetam Romandiolæ. Ad hoc respon
detur, vt superius iam dictũ est, & primo, quod indiste
tenter sumitur etiam a statuto Ferrariæ moneta. Secun
do quod solutio ad monetam prouinciæ Romandiolæ
est facienda etiam ex propria verborum significatione,
per allegata superius in secundo dubio principali. Ter-
tio non adest præscriptio vlla soluendi ad illam mone-
tam quinimo ex diuerso reperitur præscriptum pro par
te præfatæ Mag. Cõmunitatis Lugi, & ista semper fuit
ab omnibus nullo prorsus dubitante ex vsu, longæuo,
ex immemoriali consuetudine receptum, atque inuio-
labiliter ad ipsis Gabellarijs obseruatum.

24 † Vltra quod etiam in dubio de iure inspicitur mo-
neta currens in loco vbi solui debet, per ea quæ plene,
atque in terminus tradidit Alexan. in cons. 21. in secun-
do dubio; vbi ipse considerat etiam statutorum verba
& ciuitatis consuetudinem, quæ eius consideratio mi-
litat, vt est iam dictum, pro præfata Mag. Lugi. Com
munitate, quæ est in ista quasi possessione non minus
pacifica quam antiqua.

Et

25 Et in annua præstatione est in terminis consil. Pur-
purat.consil.522.quem vide.
26 Quo circa intrepide concludendum esse existimo,
attendi debere vsum longæuum, immemorialemque
obseruantiam & consuetudinem totius prouinciæ Ro
mandiolæ ad fauorem Magnif. Communitatis prædi-
27 ctæ in istis clarissimis terminis. † In quibus nullus est
dubitandi locus, neque coniectutandi. l.continuus, §.
28 cum ita.ff.de verborum obligatione. Quinimo in ca-
su isto legis, in quo dubitare non licet, l.ancillæ, C.de
furtis.
29 Accedat quoque istud, quod vbi dubia esset memo-
ria consuetudo, quæ tamen est indubitata per superius
deducta, pro Magnifica Communitate prædicta; ad-
huc diceretur etiam primo attendendam esse loci, ac
prouinciæ vrgentem consuetudinem, ad tradita per
Iaf.in l.de quibus, columna prima, ff.de leg, vbi plene.
30 Quæ quidem consuetudo cum sit generalis non in-
diget probatione, quia iudex supplet, vt tradit Bal.in l,
si fugitiui serui, sub numerum tertium, versic, vel sic,
C.de ser.fugit, quod commune dicit Card, Parif. consi,
13.sub numerum 33. Item commune etiam per eosdē
recentiores in sua collecta communium opin, versic.
consuetudo, num,26. & ad idem per Dec, qui alia in
proposito adnotat.consi.483.nu.20,consi.402.nu.10,
& consil.447.nu.12,& cons.559.num.9. & cons.615,
colum.3.ad medium,& consil,586.nu.2, & 693.nu.4.
31 Inueterata etenim consuetudo (vt ista) est ius mo-
ribus constitutum, vt not. Bald. in l. de quibus, prima
lect.nu.4.ff.de legi,
32 Item dicitur pactum cum ciuibus initum, vt per
33 Bal.in l.de consuetudine. ff. eod. tit. Et pacta semper
seruabo, semel loquutus est prætor, in l.iurisgentium,
34 §.prætor ait, ff.eod. Quæ vox prætoris fuit quasi di-
35 uina, vt post relatos ab eo tradit Afflict.75. ad fin. Pa-
cta igitur suam obtineant firmitatem adnotata in cap,
1.eod.tit.
36 † Item studiose agendum est, vt illa quæ promittun-
tur verbo, compleantur etiam opere, per ea quæ haben
37 tur, atque notantur in c,qualiter, eo. † Quod procede-
ret etiam in principe, qui pacto cum subditis inito con
trauenire haud potest, per ea quæ tradunt Rub.in cōsi.
138.col.2.consi,146.col.3.Pau.de Cast. consi.317,col.
38 1.& Car.Parif.late consi.2.nu.39.nu.4. † Etiam de ple-
nitudine potestatis, per ea quæ post plene aduocatos
39 tradit Rol consil.2.nu.28.vol.2. † Vbi inter alios citat
Bal. in l. 1. ff. eo. qui refert Aristo. dixisse ad Alex, Re-
40 gem Mace.ó Alex, serua fidem datam. † Quibus ego
addo tex.in Authen. inter claros, C.de sum. Trin.& fi-
de cath. vbi imperator præcise dicit, nihil est quod luce
41 clarius præfulgeat in principe, quam recta fides. De
qua nullo vnquam tempore fuit dubitatum in Serenissi
mo, atq; potentissimo Principe nostro, qui semper fuit
inuiolatæ fidei, & subditorum amator, pupillorum pa-
ter optimus, viduarum protector vnicus, & deniq; iu-
stitiæ præsul singularis, & quam semper studet pro sub-
42 ditis suis, & nunquam in subditos. Et hic optime cadit
beneplacitum illud ab Inuictiss, Duce Alphonso primo
concessum hominibus, & Communitati, præfatæ Lugi
quod; ex facti narratione, ac per traditionem audio cō-
cessum propter commensurationem donationis molen
dinorum Lugi non modici introitus. Seu ob recompen
sationem factorum præteritorum, & propter iacturam,
damna, violentias oppressiones.atq; infinita mala passa
temporib.illis infestis, dānosis, iniuriosis, ac calamitosis
& ob incomparabilem fidelitatē hominum Lugi plu-
ries agnitam ante, ac in bello & actu cōtra Serenissimos
Venetos, & postea in acieb. Bastiæ, atq; Rauennæ.
43 Quib. animaduersis tale priuilegium, & concessio di
citur in contractum & conuentionem transiuisse secun
dum gl.in l.Aquilius, ff.de don. Pau.de Cast.in consil.
317.& citatos plene per Car. Par.in consil.12.num.52.
qui nu.seq.ex plurib.probat transiuisse in contractum.
44 Esto quod apparet per viam priuilegij seu gratiam cō-
cessum, quod absq; iusta causa non posset reuocari à
Principe, qui tenetur illud vt a Principe concessum ob-
seruare, ex plurib.docuit, quæ non transcribo, sed adde
Ruber.consil.1.columna quarta, in 2.Domi. consi.74.
colum.1. Bert.consil.206. colum.1, id secundo, in no-
uis, & Abb. consil.94. colum.3, versic.quoad tertium,
volum.2, Afflict.decis.128.num.10. & plenius habe-
tur per Menoch. in suo respon. causæ Finarien. in pri-
mo artic, sub num.139. vbi concor. congerit, & ibi de
commun opin. & reperitur post allegatum suum tra-
45 cta.de recuper, possess. Neque præsumitur causa reuo-
candi in principe etiam in lucratiuis, per Rui n.consil.
7.colum.6,& consi. 36.col.7.& consil.91.col.1.vol.1.
46 Sicuti neque in hominibus Lugi reperitur causa vlla,
neque ingratitudinis, neque iniustitiæ, neque doli, aut
47 alterius speciei. Et tamen causa vera ac iusta requiri-
tur, & illius cognitio, vt per Alex. consil.101. num.7.
volum.1.& in consil.17.num.30. volum, 5. vbi plene,
& prædicta experientia rerum magistra semper do-
cuit, & in dies magis docet pro Magnifica Communi-
tate prædicta, cuius benemerita sunt innumera, & e-
48 quidem militantia. Libet hic aliqua commemorare,
& primo donationem factam Illustriss. atque Excellen-
tiss. fœlicis recordationis Herculi secundo Duci quar-
to Sereniss. de terris vallinis in non modica quantitate
ab ipsa Communitate. Secundo operas immensas po-
sitas in tortilicijs Mutinæ, atque Lugi. Tertio in expen
sis in Mantelli aggeribus. Quarto in Belregendi fo-
ueis duplicatis. Quinto in Meiutæ lapidibus constru-
ctis, & continuis operis, in quibus Magnifica Commu
nitas cum tota prouincia, inæstimabiles sumptus, &
incomparabiles operas est passa, patiturque in dies, in
quibus multi homines ex hac vita decessere.
Postremo in tot donatiuis alias factis. Et quibus pa-
49 tet de benemeritis dictis. Et prædicta de moneta Mar
chia. soluenda ad monetam longam Romandiolæ (vt
semita in viam post longam digressionem redeamus)
adeo vera sunt, vt etiam procedat, vbi adessent pacta a
Massario cum priuatis inita de istorum acordia sol-
50 uendo ad monetam Ferrariæ, Quoniam pacta illa
vti, & tanquam contra publicam vtilitatem inita haud
valerent, & non firmantur, neque stipulatione, ne-
que iuramento, per ea quæ tradit Bart. in l. si quis pro
eo.ff.de fideius.& habetur per can.maxime Io.ab Imo.
in sua solem, reperi.c.cū contingat, de iur.iur.& legitur
atque communiter notatur per legistas etiam in l.iuris-
gētium, §.si paciscar, ff.de pac. vbi Bar.sing.notat, quod
quando pactum vel contractus est ob publicam vtilita
tem prohibitus, tunc non firmatur iuramento, quod cla
rius aperit, atq; explicat ibi. Iaco.de S.G.in 2.lec.dicens
non firmari, neque stipulatione, neq; iuramento, Et dici
52 tur pactum contra legem contraq; publicam vtilitatem
quando lex vel consuetudo, quæ est altera lex, vt habe-
tur atq; notatur in l.de quibus, ff.de legibus, resistit. De
53 omnibus igitur (Bone Deus) resistentib. videamus se-
riatim. Resistit lex, resistit sæpius cōfirmatum ab Illust.
Ducibus statutum resistunt capitula gabellæ, resistit lo-
ci ac prouinciæ consuetudo immemorialis resistit lon-
gæuus vsus, resistit deniq, ac fortiter exclamat bonum
publicum prouinciæ principaliter, & secundario subti-
liter intuentibus. Item, & mercati Lugi in prouincia ce
lebratissimi libertas.
54 Quæ est res inæstimabilis argumento l.libertas, ff.de
55 reiur. Vltra quod alterare, atq; mutare monetā in exi-
gendo

gendo fiete non potest fieri, cum sit de Regalib. rerum particularium, atq; locorum prouinciæ, vt declarat Ias.
56 in consi. 10. col. 1. in 3. Et quæ sint regalia habetur in c.
57 1. quæ sint reg. Et de quibus multa habentur per Boss.
58 tit. de Regal. Et prædicta de pacto contra legem contraque publicam vtilitatem probat optime pulcherrima glos. in l. pacta quæ contra, verb. contra bonos mores, C. de pact. ad quam semper recurri inquit illic Iaco. de S. G. qui ita etiam declarat, atq; alia ad materiam ci-
59 tat. Et prædicta omnia (Beneplacito excepto) faciunt etiam pro Magnifica Communitate Bagarelli, quæ reperitur in eadem naui. Et ex istis procella cessabit, & naturæ tandem portum saluris agnoscent, supraScripta libuit scripsisse instante Mag. Cõmunitate prædicta, cui semper libenti animò summa ope, atq; alacriori studio patrocinabor. Laus D.O.M. vt superius scriptum est iuris esse dico. Ego Hiero. de Giac. I. V. D. Lugiensis. In quorum fidem subscripsi subsignauiq; saluo, &c.

FINIS.

276 meminit Olasc.ead. decisio. 30. sub numero 1. Item
est mater iustitiæ, Bald.in l.libertini, ff.de stat.hom.Et
277 veritati omnia cedunt, vt tradit Roland.consilio 11.
278 numero 23.libr.3. Et iudex qui est minister Dei de-
bet inhærere veritati, vt exclamat Paul.de Castro eius
279 consilio 300. Et tenetur illam adiuuare quibuscun-
que modis, per Mart.Anguis.post Innocent. & Bald.ab
280 illo citatos consilio 52. sub numero 74. His sic præ-
fatis, ad responsiones nunc me accingã. Et vt res splen-
didior fiat, respondebo ad illa in specie, atque sigilla-
t[illegible]apropter dico, iustam causam sumi ex illa Bul-
[illegible]certissimi iam apud acta dimissa, quæ erat omnino
executioni demandanda per vicarium in illo actu, a-
281 lias non fuit scandalis pertransituro, quibus teneba-
tur ex debito sui officij occurrere illico, etiam receden-
do a regulis iuris, cap.quoniam, de iur.patron.glo.pen.
in cap.2.de oper.nou.nunc.l.de pupillo, §.si quis riuos,
ff.de ope.nou.nunt. & faciunt deducta per Crau.con-
silio 314.colum.3.volum.4. versiculo secundo respon-
282 deo † Et facienti illud, quod debet, culpa ascribi non
potest, l.vtrique, §.culpa, ff.de rei vendicatio.Roman.
consilio 395. vt res clarior, colum.2. & per Crauett.in
consilio 319. per totum, ac magis explicite per nume-
283 rũ 16. Et culpa qualiber etiam leuissima abesse præ-
sumitur ab illis qui dant operam rei licitæ, nisi contra-
rium probetur, cap.dilectus, capit.ex literis, capit.tua
nos. de homicid. quæ iura ad hoc citat Bald. in consi-
lio 222. visis prædictis, libro quinto, & retulit Cra-
284 uett. eodem consilio 319.numero 17.† Item culpa
tunc nõ imputatur, quando Ex illa damnum haud con-
tingit leg.si vehenda, §.1, versiculo Paulus, ff.ad leg.
Rhod. de iact. cum similibus. de quibus per Crauett.
285 dict. consil. 319. colum.1. versicul. vndecima. † Sed
dicant quærelantes, obsecro, quod damnum passi fuis-
sent obnoxij, si tunc mandatis pijs pariter & iustis
eiusdem do.vicarij obtemperassent, certo postposito o-
dio respondebunt, nullum, in nullo igitur peccauit vi-
carius, iura sunt notissima ad propositum, præsertim
cum Reuerendissimus sit quasi possessione iubendi fa-
milia clericis suis, semper contra stimulum calcitrare
286 consuetis, quo circa istis præmissis † ad pri-
mum respondetur, quod quando pro aliquo futuro fit
excommunicatio (sicut in casu nostro) tunc non o-
287 portet illud esse mortale, quinimo neque veniale. Si-
militer non oportet, tunc quem esse contumacem, sed
sufficit, vt sit inobediens, per Syluest.in sua sum. verb.
excommunicatio, post numerum 11.versicul.sed hæc.
288 † Item dicit Abbas in cap. si quis, in primo nota.de
maior. & obedien. quod veniens contra præceptum
sui superioris peccat mortaliter, & quod potest excom-
municari ratio est in promptu, quoniam adest inobe-
289 dientia, quæ aliter mederi haud potest. Et quanquam
audax Prior atque obnoxij tantum, non autem cæte-
ri, sint incursi inobedientiam, cum obnoxijs tantum,
non autem capitulo, vt quidam leuissimi existimauere,
fuerit factum dictum præceptum, vti iam dictum est.
290 Et inobedientiæ in casu atque tempore morbum me-
deri aliter non poterat, in illo momento scandalis ple-
no, quoniam murmur illic aderat, quando Dominus
Pompeus canonicus illuc rediens, illud Vicario in
choro assidenti retulit. Et sic vbi de scandalo timetur,
tunc cessat ius commune, & receditur a regulis iuris,
atque omnia efficiuntur iudici arbitraria, ita per Iacob.
291 de Aretin.in l.1.in princ.ff.de damn. infect. ac per do-
mi. Felin.in capit.2. de præscript. vbi ponit 32. specia-
lia contra iuris regulas ob scandalum & in penult.lo-
292 quitur in terminis, de forma data. Ex quibus dolus
adesse dicitur contra illos, qui sui superioris mandata
pia, atque iusta contempsere, & maior est inobedien-
tia iudicis, quàm canonis. Idest grauius peccat non o-
bediens iudici, quàm legi. glossa in capitulo, dolen-
tes, de celebr. missar. & habetur per Dec. in capitulo
primo, numero vigesimosecundo, de postul.prælat. Et
293 paulo superius numero 19. notauit etiam, quòd præ-
latus debet esse promptus in puniendo inobedientes
294 ex dicto Apost. ibi in text.relato. † Vnde inobedien-
tia, quæ inducit peccatum mortale, vt dicit notab. Ab-
bas in capitulo secundo, ad fin.de maior.& obedien. &
late habetur per Dec. in cap.nam concupiscentiam, in
295 2.lectur. sub numero mihi 7. de constit. Nemini du-
bium est, quod quando fit pro futuro, quòd tunc non
oportet illud esse mortale, quinimo neque veniale, vt
296 superius dictum extitit. Item pro contumacia valet
per Felin.dict.capitulo, sacro, colum.2.versiculo, Et li-
297 mita. † Item vbi aliquod licitum cuipiam præcipi-
tur sub pœna excommunicationis, tametsi illud præ-
ceptum non fiat pro mortali, illud tamen veniale ob
contemptum efficitur mortale, secundum gloss, 25. di-
stinct. §.nimis, in verbo, plus accepti, in capitulo, qua-
lis, in verbo, Blasphemias, cum simil. & tradit Dec.in
capitulo, cum non ab homine, post numerum septi-
mum, de iudic. & in capitul.primo. in secunda lectu.
columna secunda, ad fi.de constit. vbi plene. Et sic te-
298 nebantur parere illi per Crauett. consilio 233.colum.
fina. & hæc etiam patent ad sensus efficacem rationem,
299 † quam pro lege nobis sat est allegare, leg.scire opor-
tet, §.sufficit, ff.de excus.tutor. capitulo, consuetudo di
stinctio.prima Abb.in capitul.nulli, de præbend. Et ad
300 rem redeundo, atque illam perstringendo, limitatur
dict.capitul. sacro approbante concilio, per domi. Fe-
lin.ibidem, tribus modis notab. columna secunda. Et
301 primo, nisi excessus esset notorius, numero tertio.
302 Item nisi contumacia fuisset facta in iudicis præsen-
tia, versicul. sexto limita, quæ duæ limitationes opti-
me hic cadunt inter cæteras ibidem adnotatas; quæ
omnia bene faciunt pro vicario in toto processu isto.
303 Item dicit singulariter Innocent.in capitul. ex parte,
numero quarto, de verborum significat. quod si in ali-
quo negotio, quis sit contumax, verbi gratia, quia
non vadit ad concilium, vel prælatus aliquid præci-
pit subdito, & subditus illi non obtemperat, quod po-
terit illum excommunicare absque monitione, siue ci-
tatione, ex quo est in contumacia. Ad idem Perusin.
in capitulo, cum sit Romana, §.præterea, numero
quarto de appellatio. & habetur etiam supra numero
19.& ista Innocent. decisio stringit valde pro vicario.
304 Quo ad monitionem iam dictum est, quod quando
fit excommunicatio pro futuris culpis, quod tunc non
requiritur monitio, quæ alias præcedere debet, per
superius allegata numero decimo, atque per dec. Fe-
305 lin. in dict. capitulo sacro, numero quinto. Item re-
spondetur, quod extra casus in quibus monitio haud
requiritur, quod ordo ille de trina monitione non exi-
gitur vbi necessitas suadet, eo modo quo suadebat, quo
niam imminentis necessitatis periculum excusat, & ca-
sus quam plures in quibus excusatur recedens à regu-
lis iuris ob imminentem necessitatem habes in reper-
to. ad do.Felin. in verbo, necessitas, per totum, vltra
306 allegata superius numero 290. Item vt supra dictum
est numero 23.& 28. cum duobus sequentibus, erat
tunc periculum in mora, nec illic etiam aderant, ne-
307 que scriba, neque ad scribendum necessaria. Et hæc
pariter accommodari possunt ad secundi motiui solu-
tionem, & d.gloss.in capitulo primo, post Archidiac.
& Ioann.Andr. receptam esse dicit Syluest. d.§.14. at-
que relati superius numero 30. sequuntur, atque est
communiter ab omnibus approbata, neque pos-
308 set quadrare melius. Ad secundum motiuum re-
pertis præmissis supra respondetur, quod Prior atque
cæteri obnoxij absolutionem ex professo contem-
psere

psere

pfere & de istorum contemptu est dictum superius nu-
mero 31. Et fuit in processu testium probatum de con-
cessa authoritate in solidum illis quatuor sacerdotibus
confessariis, & de illius intimatione priori, aliisque ob-
noxius facta, de qua quidem concessione haud require-
batur scriptura.
309. Nam casum hunc non ponit glossa magistra, quæ
adnotat casus omnes scripturam exigentes, in d. capitu-
lo primo, §. postquam, de censibus, libro sexto, & de qui
bus etiam per Specul. tit. de instrum. edit. §. restat. sub
numero decimo quarto, & alios ponit Bald. in l. gesta,
C. de re iudi. & in l. humanum, C. de legibus, & retulit
Iacobin. de Sancto Georgio in l. pactum quod contra,
310 C. de pactis. Et hanc consequentiam firmat Rot. dec.
prima, de procu. in nouis, columna prima. Soci. consilio
120. columna quarta, libro primo. Eam que notat etiam
Rip. in c. cum M. Ferrariensis, post nu. 136. de constitu-
tio.
311 Et negatiua ista probatur, per librorum aperturam,
312 vt tradit Crauett. consilio 135. num. 5. sicuti proba-
tur per instrumentorum inspectionem, vt per Dec. in
cons. 563. num. 12. 438. num. 4. 496. nu. 8. 552. num. 8.
557. col. 2. Roland. cons. 1. nu. 72. cons. 2. numero 129.
& alibi sæpe per doc.
313 Item posito, non tamen concesso, quod vicarius in
illo tunc fuisset ab ecclesiæ ingressu priuatus, adhuc di
citur, quod retinebat nihilominus clauium vsum, & sic
poterat impartiri officium suum, ita in terminis termi-
nantibus decidit glo. ad hoc optima, & communibus
* calculis recepta in dicto capitulo sacro, in verbo in
terdictum. Item respondetur, quod cum tali in vtilibus
atque in ad legem pertinentibus licitum fuit participa-
re, & ita ab istorum vicario mediantibus quatuor illis
sacerdotibus confessariis alias approbatis, & tunc dele-
ctis, absolutionem accipere, quoniam vicario istud in-
cumbebat ex officio, ad tradita per Bart. & docto. in l. 4.
315 §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Vbi potest iu
dex, atque etiam tenetur interponere nobile officium a
nemine postulatum in iis, quæ respiciunt actum pium,
nec possit probabilem prætendere ignorantiam, & ma-
316 xime per Bar. col. 2. versi. primo casu. Et præcipue in
casu isto, in quo versatur rectis oculis intuenti vtilitas
publica atque actus pius, vt per Bar. ac alios in d. §. hoc
317 autem iudicium. Et fuit ordinarius in ministerio eccle
siæ semper absque vlla hæsitatione toleratus, quinimo,
& laudatus, ideo poterat vtilia, atque etiam ad legem
pertinentia gerere administrareque, ex quo sibi incum
bebat ex officio per prædicta, quæ non repeto (ne vt
318 est in veteri prouerbio) repetita auribus officiant. Itē
potuit requisitus a fidelib. sibi subditis concedere facul
tatem absoluendi prædictos excommunicatos officio
iudicis nobili, ac demandare, quoniam istorum respe-
ctu priuatam respicit vtilitatē, & sic iuxta theori. Bart.
quam communibus calculis approbant Moder. in l. im
perium, ff. de iurisdi. omni. iudi. comprehenditur sub
mixto imperio, ex quo participat de duobus vel pluri-
319 bus. Ideo potuit tuto delegari de iure pontificio. com
muniter inquit Iacobi. de S. Georg. in l. properandum,
§. sin autem rem. sub numero septimo, C. de iudi. Et ita
etiam in aliis diœcesibus in practica seruatum pluries
videmus.
320 Sed quid plura, nonne casus iste fuit a summo Pōti
fice bene intellectus & approbatus, ac demum ex illius
liberali gratia clerici ob illum in vrbe carcerati relaxati
321 fuere? † Et quibus reuersuris domum versus in-
iunctum fuit exprese iussu eiusdem Sanctissimi, qua
tenus de cætero cum eorum vicario, omni cum debita
reuerentia, submissione, atque humilitate procedant,
illique obtemperent, ac debitum tribuant honorem,
tum ob vicarii merita (vt vtar ipsius summi Pon-
tificis verbis) cum etiam propter authoritatē officij ex
literis quidem alias in actis per prædictos exhibitis, at-
que penes eundem vicarium existentibus, Ex quibus
patet clarissime casum pro vicario esse contra illum ve-
322 xantes decisum. † Et est nempe meritis merito ho-
323 nor tribuendus, vt habetur in Apophtegma † cum
virtutis merces sit proprium præmium. ex Cicer. sen-
tentia de claris oratoribus dicentis honor est præmium
virtutis, & pro Archi. poet. virtus nullam mercedem
laborum, periculorumque suorū desiderat præter hanc
324 † laudis & gloriæ, & alibi, quæ omitto. Et de gestis à
summo Pontefice, atque de illius authoritate disputare
sacrilegij instar est. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. li. 2.
325 de sacrileg. Et dicebat Bald. in prælu. feud. nume. 34.
quod in principe est potestatis plenitudo, & postea-
326 quam vult aliquod ex certa scientia, nemo potest ei
dicere; domine cur ita facis? Ideo &c. Et in cap. cum
super. de cau. pos. & proprieta. quod princeps ex sui
scientia certa, est supra ius, extra ius, & omnia potest,
327 vt retulit Dec. in cons. 588. numero 5. Adduco ad id
etiam Bald. in c. 1. quali. domi. propric. feudi priuc. di-
cens, quod Imperator est omnia, ac super omnia: ergo
328 multo magis Papa, qui præest Imperatori, sicut sol
præest lunæ, vt habetur per Ludo. Caren. tractat. suo de
hære. sub nu. 30. Et comprobatur.
329 Nam maius dignum trahit ad se minus dignum, &
principale annexū, non è conuerso. cap. vnico. de con-
330 sec. eccl. vel altar. in 6. Item antecedens hoc est Papa
non sapit naturam sui subsequentis, quod est Imperato-
ris, sed bene subsequēs sui antecessoris, per Bal. in l. quo-
331 ties. C. de fideicom. Qui quidem Papa omnia potest
ex certa scientia, supra ius, extra, & contra ius, per
eundem in c. cum super, col. 1. de cau. pos. & proprieta.
quem refert, comprobat, atque sequitur Crau. in consil.
166. col. 2. quod tradit etiam Roland. in cons. 1. nu. 93.
332 & in cons. 3. num. 140. Et solet etiam dici, vbi leo figit
pedes cætera animalia conquiescunt, ita de sūmo Pon-
333 tif. dicit Crau. in cons. 296. col. 1. Item comparatur Pa
pa Soli, qui est maior luna, quantitate, dignitate, offi-
cio, ac sublimitate, Bal. in consil. 333. ad intelligentiam.
334 libr. 1. & per Ludo. Carer. vbi supra. Et sicut Sol se ha
bet in planetis, ita Papa in ecclesiijs, vt dicit Bal. in c. bo
næ, el 2. col. 4. de postul. prælat. quem retulit Crau. consil.
335 296. colum. fi. Et potest mutare quadrata rotundis, vt
inquit Host. in c. cum venissent, de iudic. vt illū retulit
336 Rol. supradictis in locis. † & cum Princeps sit causa
causarum, non est vlterius de illius potestate inquiren-
dum, cum primæ causæ non sit alia causa. Et quod pri-
mum est, aliud ante se habere non potest, vt patet ad sen
sum, & probatur etiam per l. proximus. ff. de verbor. si-
gnific.
337 † Quinimo contemnentes mandata summi Pontif.
contrahunt hæresim, vt habetur late per Ludouic. Ca-
338 rer. d. tract. sub num. 28. † Et qui disputat de Principis
potestate se facit superiorem, vel illi parem, ac ponit se-
dem suam ab Aquilone, tentando similem esse altissimo
vt post Bal. consil. 359. colu. 1. lib. 1. inquit Crau. consil.
241. num. 3. 266. ante num. 2. 396. columna 7. versic.
Verum.
339 † Et dicit Abb. q. 1. quòd Papa non habet parem, nec
superiorem, vt per Ludo. Carer. vbi supra, ante nu. 31.
340 † Vnde ex Feder. Imperiū a Papa procedi inquit & ali
341 ter sentiens esset in hæresi. † Et dicit Nata in consi-
lio 637. nu. 13. quod Papa est dominus dominantium,
& habet ius Regis, Regum in subditos, & quod apud
342 eum est suprema potestas in qua non habet parē. † Et
est culmen cæterorum, quos intellectus potest imagina
343 re, vt dicit Dec. in consi. 469. numer. 39. † Et solus vti
caput omnimodam potest exercere iurisdictionem, vt
344 inquit Abb. vbi supra, nu. 14.

344 † Nec principi dici potest, Domine cur ita facis; vt in quit Craue. alios adducans d. consil. 166. num. 2. etiam
345 habetur supra num. 325. † Quisquis igitur est tam fatuus, qui audeat se intromittere, vbi Papa manus ap-
346 posuit, repugnante tex. in c. vt nostrum, de appel. Vnde quod confirmat, nemo infirmat, vt dicit Bal. in l. rescripta. C. de prec. Imper. offer. & tradit Dec. in c. cum
347 accessissent, col. mihi 7. de constit. Neque inferior potest rescindere sui superioris factum, l. nam & magistratus. ff. de arb. l. minor autem magistratus, ff. de minoribus cum alijs similibus.
348 Quinimo non potest inferior se intromittere super factum sui superioris etiam nullum per Innoc. in c. inter dilectos, de excel. prælat. cum simil. de quibus per Decan. c. vt nostrum, de appel. sub num. 1. & in c. 1. colum. 2. de confirm. vtili. vel inut. & per Crauet. consil.
349 256. col. fi. in fi. Non omitto contra Dom. Leonorum quod dimissoriam in scriptis obtinere debebat, per glossam magistram citatam supra num. 157. atque per alle-
350 gata nu. 309. Et vnico testi non est adhibenda fides. l.
351 vbi numerus, ff. de testibus l. iurisiurandi. C. eo. neque istius absentiæ causa fuit approbata, neque Vicarium a Vicario approbatum reliquit, vt iubet S. C. Trid. allegatum supra nu. 154.
352 Est & etiam vnum aliud pro vicario notandum, quod inquit Bal. d. l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio procon. & lega. quem sequitur Amod. de synd. nu. 186. quod probationes debent esse in officials sole clariores, per not. in l. fin. C. de prob. quæ est canonizata. 2. q. 8. & extitit dictum supra nu. 177. & adde per Bertaz. in
353 sepius allegato cons. 71. n. 11. Succumbant igitur vexantes temere Vicarium, l. cum quem temere, ff. de iudi. §. hæc autem. Instit. de pœn. tamen litig. vbi improbi litigatores qui vincit, refelli, coargui putant esse turpissimum, ad ipse parant, nihilque aliud curant nisi propriã pertinaciam, damna, ac expensas Vicario reficere tenẽtur, vt etiam pulchre tradit Didac. qui materiam plene discutit pract. quæst. c. 27. vltra atroces iniurias, de qui-
354 bus supra ac plenius in processu. Et pro Vicario viro integerrimo militat ista omnibus vulgata regula, actoribus non probantibus plene & legitime accusatus, tamet si nil probauerit (cum tamen pro parte Vicarij probata sint plenæ omnia probanda) venit absoluendus purẽ, atque simpliciter, ad not. in l. qui accusare, C. de edendis, & in capitulo primo, de accusation. & in
355 l. ei, qui dicit, atque in l. actor. ff. de probat. Quæ iuris regula intelligenda est de diffinitiuæ absolutoria, etiam vbi accusatorum intentio fuisset in negatiua sun data. de istis omnibus habetur per Roland. cons. 67. nu.
356 1. 2. 3. lib. 2. Et in crimine falsi probatio debet de necessitate concludere, atque strictior esse debet, quam in alijs criminibus, per ea quæ tradit late Cephal. d. cons. 230.
357 Et dicebat Ang. in l. ite apud Labeonem, §. si quis. ff. de iniur. relatus a Curt. Sen. in repe. l. admonendi. num. 356. ff. de iureiuran. quod actore haud probante poterat aduersarius illum conuenire iniuriarum actione, ac pro expensis, ex quo deprehensus maneat in manifesta calumnia, etiam habetur latide per Iul. Clar. ma ftio. 61. versic. sed nunquid: ac per Menoch. de ar-
358 bit. iudi. 58. cas. 321. Et accusatores fuere etiam damnãdi ad talionis pœnam. 5. q. 6. can. 1. & 3.
359 Et secundum text. 46. d. accusatores. Et multa pro
361 vicario habentur per Ceph. d. consilio 230. Caueant igitur iudices, & prudenter attendãt, vt in causarũ processibus nil vendicet odiũ, seu fauor vsurpet, timor exulet, præmium aut præmij expectatio iustitiam non auertant, sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine, vt in omnibus quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis, ac serẽdis præ oculis habeant solum Deum; illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad dominum referebat, vt secundum eius imperium iudicaret. Si quis igitur famæ suæ prodigus, & proprij pro secutor honoris contra conscientiam, & iustitiã in grauamen alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiã vel per sordes, ab officij executione per annum nouerit se suspensum, & ad litis æstimationem nihilominus parti læsæ condemnetur. Hæc fusius habentur in c. vnico, de senten. & re iud. in 6. & aliqua. 45. dist. omnis & cohortationem pulcherrimam ad iudices, vide per Menoc. ante illius tract. de arbitr. iudic. qui etiam ponit condemnatoriam sententiam in eos a piis orthodo-
362 xisque Imperatorib. Leone, & Alexandro pronunciatam. Et ad prædicta astipulantur ea quæ M. T. C. luculenter scripsit in præclara illa oratione pro Milo. dũ in vltimis verbis dicit, Vos oro, obtestorque iudices, vt in ferendis sententiis, quod sentieris id audeatis, vestram virtutem, iustitiam, fidem (mihi credite) maxime probabit, qui in iudicibus deligendis optimum, & sapientissimum quemque delegit.
363 Item est perpetuo notandus quod iniustus iudex in rer bruta est connumerandus, secundum Arist. lib. 1. Poli. vbi ait sic. Sicut optimum animantium est lege fruens, ita pessimum animantium est homo a lege, & iustitia separatus, referente Roland. consil. 12. nu. secun-
364 do, lib. 3. Et iudex qui corruptus pretio vel precibus iniustam protulit sententiam, efficitur infamis, & tenetur parti læsæ ad æstimationem, tex. & ibi Castrensis l.
365 fin. C. de pæn. iud. qui male iudic. Et ad marcatam habemus memorabile exemplum Donati del Falconibus qui ex eo, quia fuit ab vtraque parte corruptus, fuit cingulo doctorali priuatus, & exul; & merito, vt etiam tradit Iul. Clar. in pract. crim. q. 73. in versic. Iudex cõmittens. quæstio sequen. vers. scias autem. Et de illo exẽ plo Donati, qui fuit auditor in prouincia Calabriæ meminit alia multa subiungens de iudice corrupto Lud.
366 Carc. in practica crimin. §. homicidium, el primo, numero 92. 93. Et e conuerso, iuxta illud Prophe. psal. 15. in prin. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. & psal. 109. In memoria æterna erit iustus, & psal. 58. Si vere vtique loquimini, recte iudicate filij hominum, similiter Ezechiel. capitulo 18. Et iudicium verum fecit inter virum, & virum, hic iustus est, & prædicta commemorat Craue. consil. 219. in fi. adde tex. in l. quoniam, C. de epis. & cler. qui sollet, vt illic inquit Bal. allegari ad hoc, In memoria æterna erit iustus, & ab auditione mala non timebit. Et Salic. ibidem dicit; iusti memoria debet extolli, iniusti
367 autem aboleri. Meminerint igitur cuniutari, quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, vt legitur psal. 124.
368 Et quod lento gradu ad sui vindictam diuina procedit ira tarditatẽque supplicij grauitate compensat, vt legitur apud Valer. Max. in vita Diony. Syracu. in vltim. verbis. Item, & iuxta illud Hora. Raro antecedentem scelestum pena deserit, pede claudo, pœna scelus prosequitur nocentem.
369 Vicarius verò cantabit. Beati qui persecutiones patiuntur propter iustitiam, & reliqua, fuit, fultus manifeste ac indebite oppressus ab improbis apud quos ratio, & veritas domicilium non habent. Hier. Giach. de Lugo, saluo semper, &c.

Subscriptio D. Ioan. Baro. Iurisconsulti.

370 Existimo veras ac prorsus iuri consentaneas, præstantissimi do. consulentis conclusiones, in allegationibus, nonminus eleganter propositas, quam subtiliter con-

confirmatas; & optime sublata, quæ loco obiectionum
in calce sunt ascripta. Propterea, & si sola a me subscri-
ptio postuletur, tamen ne videar pro iustissima causa
ac vetere amico laborem detrectasse, libet paucula licet
371 non necessaria adijcere. Et primo quod attinet ad præ
missa, præter adducta ab ipso est plenissima allegatio
372 Lapi. 73. ad quam vulgo recurritur. Quod vero obij-
citur de prætermissa monitione, ex c. sacro. de sen.
excom. & not. in c. 1. & 3. eo. lib. 6. si modo fuit ea opus,
quod non videtur ad offensam ex doct. Archid. c. 1. nu.
10. Ioann. And. num. 11. Lap. d. alleg. 73. vbi Mand. alia
373 congerit, rectè refellitur, propter necessitatem ac im-
minens periculum, vt traditur in d. cap. 1. vbi post alios
Gemi. in §. si quis, num. 9. Fran. num. 3. Idem Gemi. §.
374 caueant, num. 6. ad fin. & 4. Fely. in d. c. sacr. Valuit
ergo excommunicatio sine metu suspensionis ipso iure
atq; ipso facto commissæ, vt per Io. & Fran. in prin. d. §.
375 si quis. Card. & cæteros d. c. sacro. Potuitque vicarius
licet vere suspensus fuisset, quod negatur, absoluere
excommunicatos, per gl. in d. §. sacro. allegatum in
consilio. & quam post sequuntur ibi Butr. numero 25.
Cardin. col. 5. & Abb. nume. 10.
376 Quo vero ad ratificationem querelæ propositæ a
procuratore carente mandato speciali, si quidem cer-
tum tempus sit ei constitutum, & lapsum, vera erit con
clusio firmata l. penul. vbi per docto. ff. rem rat. ha-
377 be. Socin. in consilio 16. numero 35. in 4. cum simi.
Sin minus obtinet opinio docto. in l. si mutuus, C.
mand. Fel. c. nonnulli. §. sunt & alij, col. quarta, de rescr.
Quam in rem possem multa allegare. Cætera quia
sunt copiosissime, & vere examinata atq; reiecta, &
plurimum ex actis, quæ non vidi pendent, haud quam-
378 quam attingo, vti nec motiua. Quorum post rem de
scriptura aperte refellunt Io. Ant. de Butr. & Archid. d.
capitulo, sacro, & passim cotruit ex traditis a Fel. in
379 rub. de sent. excommunic. Atque reor sine vlla exce-
ptione ius esse pro d. Vicario viro integerrimo ac do-
ctissimo, in quorum fidem &c. & Saluo. &c. hæc sub-
scripsi ac subsignaui. locus sigilli Ioan. Baro. iurisconf.
Ferrariens.

Corollarium eiusdem Do. Hieronymi.

380 Nihil est inter homines sic indubitatum, quin possit
licet iustissimum suscipere quandam solicitam dubita-
tionem, vt scriptum reliquit imper. in Auth. de tabel. §.
si vero dominus, vers. proinde, cuius dictum reassu-
381 mit Olasc. decisio. 29. in prin. vbi etiam tradit alia de
veritate notab. Et secundum Nat. consil. 60. col. 5. post
medi. Nihil tam clare tanque aperte verbis proferri po-
382 test, quod non maligna ac sophistica interpretatione
383 euelli possit leges enim sæpe calumniantur, l. nun du-
bium, C. de legi. Et cauillantur, vt ff. ad Tert. l. 2. §. tracta
384 ri. & ff. de reg. iur. l. ea est natura. Et captantur l. pen.
385 ff. ad exhib. Adde etiam quod ad dissentiēdum homi
386 nes naturaliter sunt faciles. l. item si vnus. §. in duos, ff.
de arbi. Et quod impossibile est, quod fiat lex ita clare vt
dubitationem non recipiat; & propterea dixit Bar. in l.
1. num. 14. C. de no. faci. quod vbi circa legem sunt opi.
licet aliquis iudicaret secundum vnam opi. & non ve-
ram sententia valeret, nec diceretur continere expres-
387 sum errorem iuris. Et vicario, inique, iniusteque vexa
to adaptatur illud not. Mag. sen. in prolo. circa fi. post
Hylar. relatum in pri. de Su. Tri. dicentis, Ambigēdum
non est omnem humani eloquij sermonem calumniæ
atq; æmulorum contradictionis semper obnoxium, fuis
se, quia dissentientib. morib. dissentiens quoq; fit animo
388 rum sensus. Et accusantes vicarium contendere con-
tra agnitam veritatem, quod peccatum non leue ali-
389 quando legimus apud probatos authores. Quæ qui-
dem veritas vtinam tot haberet inuentores, quot ha-
bet contradictores, secundum Magist. sent.

390 Et vicarius paruit morsib. illorum qui stimulante in-
uidia despiciunt, quæ consequi nō possunt; & cum non
ex iudicio, sed ex odij præsūptione indesinenter obtre-
ctationib. lacerant, vt inquit Hier. Sanctissimus in pro-
391 lo. super Isa. Partes igitur iudicare debētium sunt ma-
ledictis conturatis, accusatores in ead. sententia vno
contextu præcedente vicarij simplici ac diffinitiua sen
tentia, c. licet causam, de proba, & per Cur. Sen. d. l. qui
392 accusare, nu. 4. & Castren. consil. 46. in fi. tom. 2. crim.
condemnare sicuti petitum est pluries, ad expensas, dan
na, interesse, ac iniurias vt tradit Crau. cons. 53. & Clar.
* q. 62. ver. sed quarto nunquid, vt dicit ita * communiter
393 teneri: quod procedere inquit vbi iudex statuisset ac-
394 cusatorib. terminum ad allegandum causam, quare
&c. Et hoc ne vicarius dilaceratus calumniatusque in-
cedat. l. si calumnietur, ff. de verb. sig. & etiam dicatur
395 remuneratus ad ingratitudinē. Quæ est omniū malo-
396 rum radix, teste S. Aug. in soliloq. c. 8. Et ingratus non
397 dicitur viuere moraliter. l. fi. C. de inof. testa. Et potest
certe vicarius dicere illud quod legitur in Eccles. c. 4.
vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lacrymas in-
398 nocentium, & neminem consolatorem. Et illi potest
dici aliud, quod legitur eod. cap. 5. si videris calumnias
egenorum, & violentia iudicia ac subuerti iustitiam in
prouincia non miteris super hoc negotio, quia excelso
399 excelsior est alius. Vexationes tamen ac lacerationes
iuncta ingratitudine impia conturbauerunt vicarium
iudicem integerrimum, & apud quem non est accepta-
400 tio personarum, c. nouit. §. cæterum, de iud. † vnde
ne impij præualeant aduersus iustum, & ne egredia-
tur peruersum iudicium, vt legitur in prolog. Hieron.
401 † S. in Abach. Prophe. colu. 1. Lacerantes atq; calum-
niantes vicarium, debent condemnari. d. l. eum qui te-
mere, ff. de iudi. & per Pari. de Pute. d. tract. de syn-
dic. in verbo, expresse, nu. 4. Et etiam propter iniurias
ei illatas, l. fi. cum illic nota. ff. quod quisque iuris. & tra-
dit Catald. in d. tracta. ante finem. & Pute. ac Bossi. ci-
tati a Bertaz. in sæpius citato consil. 71. in fi. vbi illo ca-
su discusso concludit sic. Et idem in consi. 81. num. 15.
& consilio 91. num. 8. 9. sicuti apud acta pluries postu-
latum fuit.
402 † Fuit & etiam in vicarium obseruatum illud quod
legitur Sapien. cap. 11. Circumueniamus iustum, quo-
niam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris,
& improperat nobis peccata. Verum defecerunt scru-
403 tantes scrutationes non animaduertentes, † Iusto-
rum causas in manibus Dei esse; vt dicitur Sapien. ca-
404 pitulo quinto, † Itē vicario, adaptatur illud quod le-
gitur Ecclesiast. capitulo quarto. in fi. Pro iustitia agoni-
zare, pro anima tua, & visque ad mortem certa, & Deus
405 expugnabit pro te inimicos tuos: † Deus enim vindi-
406 cans vindicabit. eod. capitulo quinto. † Item legitur
inter Beatitudines Ecclesiasticas Math. capitu. 5. Beati,
qui persequutiones patiuntur propter iustitiam, quo-
407 niam ipsorum est regnum cælorum. † Item beati estis,
cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fue
rint, & dixerint omne malum aduersum, vos mentien-
tes propter me, gaudere, & exultare, quoniam merces
408 vestra copiosa est in cælis. † Et ibi. Nisi abundauerit
iustitia vestra, plusquam scribarum & pharisæorum,
409 non intrabitis in regnum cælorum. † Ex quibus om-
nibus cum in casu syndicatus debuisset vicarius syn-
dicari duntaxat de furtis, barataria, ac illicitis extor-
sionibus, vt per Iul. Cla. quæstio. 63. vbi ita de con-
suetudine retulit obseruari, cui adde & per Iodoc. in En
chirid. pariū, verb. parum ac per Gramm. criminali cōs.
410 54. nu. 11. & per Bertaz. d. cons. 71. nu. 3. † qui post re-
latos dicit officialem non posse syndicari nisi de dolo &
barataria ex generali cōsuetudine, non autē de iniquis
sententijs per imperitiam vel male latis, & idem consi-
lio

filio 92.in princ.Sed fuit attentatum contra eum, quoniam inauditus est ius syndicandi in vic. Episcopi.
411 † Concludendum est, vicarium fuisse syndicatum ob meram inuidiam,diabolicamque vindictam,vexatum, atque calumniatum a pertinacibus fortissime latrantibus, suggerente atque illis patrocinante etiam quorundam aliorum,qui putabant,ex fallaci & illicita sua mercatura,nubere fœminas certas, incredibili cupiditate,
412 † quæ est radix omnium malorum.46.dist.bonorum. §.cogitatio,& §.est quoque, in Auth. vt iudi.sin.quoque suffrag. & tradit Dec. in c.nam concupiscentiam, in 2. no. de constitut. vbi alia etiam de cupiditate not.
413 † Et pro faciliori vindicta fuit constitutus, a volentibus iniquitatem facinoris in hominem iudicem refundere, pro iudice, Dñus Ale. Gemadedius qui fuerat ab ipso vicario per sententiam Parochiali priuatus; item & de vi. publica processatus, & qui etiam fuerat eid.vicario delatus de falso,ex eo quod claues ad sacristani E.S.Andreæ penes tertium existentes fecit permutare, quæ minime hic erat omittenda : ex quibus patet
414 quales,ac quantos habuerit aduersarios, † verum nõ est mirum, vaditorum etenim semper fuit, præcipua ista conditio, aut potius infælicitas. Habet namque virtus sua obstantia, aduersaque vitia. Et quo altiores sunt turres,magis ventorum flatibus concutiuntur,iuxta illud Horat.ad Licin.

Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, Feriuntque summos
Fulmina montes.

415 † Et Ci.siue quisquis ille fuerit ad Heren.lib.4. virtutis omnes inuidia plerunque bonos insectatur. Et
416 † idem Cic.de Cla.orat. Laudi & gloriæ maxime in-
417 uideri solet.† Et pro Corn. Balb. Et huiusmodi labes quædam & macula,virtuti inuidere.

418 Verum idem inquit in Anton.omnia alia falsa, incerta,caduca,mobilia sunt. virtus est vna altissimis defixa radicibus,quæ nulla vnquam vi labefactari potest.
419 Et ea omnibus consideratis , causa & innocentia do. vicarij splendidissima facta est, atque posita extra omnem controuersiam,& omni ope, & diligentia in hanc luculentam consonantiam, adimpleta. §. quorum . in proœm.Institu.Quam plura alia scribere potuissem,atque addere finito syndicatu isto, sed missa facio, ne ni-
420 mium suffarcinatum sit onus. Prolixas namque ac verbosas disputationes euitare debemus,§.primo.Insti
421 tu.quod cum eo qui in alien. potest. Postremo scias prudens lector quod ob religionis reuerentiam, ac S. R.E.decorem, etiam multa ex industria omisi (timide loquor) contra cupidos,qui in quib.gradibus,ac termi nis reperiantur non nostra sit sententia, sed illorum iudicum de quibus supra num.361. Et iam satis de causa.
422 Hæc volui scripsisse,ut si quid amaritudinis resideret in pectore legentium,his vltimis omnia sileam. Vnde totum relinquam, gratias Deo agens, cum Poeta nostro tandem dicam,sat prata bibere.

Hieronymus,qui supra,correctione semper Salua.

Subscriptio D.Alexandri Rondinel.

423 Quoniam alias plene in literis meis familiaribus ad R. Interamnæ, Viso testium processu examinaui quærelas omnes, concludendo pro vicario integerrimo viro, qui profecto dicere potest, liberas ædes habeo.l.sicuti,§.si quæratur.l.loci corpus, §.competit.ff. si serui.vend. Ideo reperitis tam in consi. quam in subscriptione eleganter accurateque allegatis. de illis sum contentus.Vnde vt superius scriptum est.dico, & iuris esse consulo. Ego Alex.Rondinel.de Lugo, saluo semper &c.

F I N I S.

CONSILIVM D. HIERONYMI DE GIACHARIS I. C. LVGIEN.

In matèria Monetæ Marchiſanæ , atque beneplaciti Ducalis .

SVMMARIVM.

REquiſitus pro parte Magnificæ Cõmunitatis Lugi mihi, atq; antiquioribus meis patriæ originis, ac domicilij, non potui cum bona conſcientia eidẽ me interroganti iuſtum, atq; debitum denegare patrocinium, & ſcribere quid de iure ſentiam contra do. Maſſarium Ducalẽ in prouintia Romandiolæ, qui conatur pro poſſe ſuo interuertere ſolitum, & ſic augere in gabellarum exactionib. monetã, exigendo de facto & per vim, ad monetam ſtrictam ciuitatis Ferrariæ, non autem ſecundum antiquam, atq; immemorialem conſuetudinem, vſumq; longæuum totius prouintiæ noſtræ Romandiolæ ad monetam latam, ſiue mauis, longam Romandiolæ, ſicuti ſemper Publicani omnes, ſiue Gabellarij ante hac inuiolabiliter indiſtinctoq; a tanto tempore, quod non eſt hominum memoria in contractum, obſeruauere exigentes illas. Libenter igitur onus mihi iniunctum ſuſcepi, vt in partibus patriæ, cui omnes quàmplurimum debemus, quantum in me eſt, vtilitati publicæ, ac vniuerſorum commodo conſulam. Inuocato igitur nomine Ieſu Chriſti, ſecundum quod docet Apoſtol. ſcribens ad Corin. c. 3. & ad Coll, 10. & legitur in actis Apoſt. c. 6. & 16. q. 5. c. nõ licet. priora a me ſuccincte ſcripta, repetendo, atque ampliando. Multa, ſed duo principaliter ſeſe offerunt diſcutienda, quaſi poſſeſſoriũ ſcilicet præfatæ magnificæ Cõmunitatis, de facto, & abſq; ſuo facto, & culpa ſua, deiectæ ſiue ſpoliatæ a ſua quaſi antiquiſſima, immemorialiq; poſſeſſione pacifica.

1 Secundo petitorium Circa primum † remedium
can. reintegrãdæ. 3. q. 1. quo experitur prædicta Magni-
* fica Cõitas Lugi, competere etiam laicis pro re profa-
na communẽ poſt Ioan. ab Imol. Alex. & Rip. & ma-
gis communẽ poſt eundem Alexan. teſtatur. Rolan.
conſ. 50. num. 3. col. 3. & de cõmuni habetur in reſpon-
de. primo cauſæ Finarien. num. 8. & in 2. artic. nu. 1. vbi
crebrior & verior dicitur. Item crebrior, vt late per Iac.
Menoch. in ſuo ſolemni tract. de recuper. poſſeſ. 15. re-
med. ſub nu. 13. cum plurib. ſequen. item commune &
fuſius per Recentiores in ſua collecta cõm. opi. verb.
remedium, nu. 22.
2 † Quod quidem remedium intentatum, concedi pro
quaſi poſſeſſione rerũ incorporalium aſſeuerauit. Soc.
in l. rem quæ nobis ſub num. 13. verſ. 3. conclude. ff. de
acq. poſſeſ. & conſultus per plura reſpondit Iaſ. in con-
ſil. 172. alias 178. in quarto, & tradunt etiã Franc. Marci
in deciſ. parlamenti Delph. q. 389. & 448. Rip. in c.
cum eccleſia Sutrina. nu. 101. de cau. poſſeſ. ac propriet.
3 † Et præciſe Plot. tract. ſuo de in lit. iuran. §. 3. ſub nu. 7.
vbi competere etiam pro reb. mobilibus & immobilib.
commune retulit ex Rip. in d. c. ſæpe, nu. 21. & Soc. &
Iaſ. in eandem, l. rem quæ nobis, hic nu. 19. ille, qu. 5. &
tradunt plene præfati Modern. eod. remed. 15. q. 17. nu.
200. Et iſtas receptas ſententias quo ad primum, & pri-
mo atque principaliter intentatum remedium ſufficere
4 ter exiſtimo. † Pro cuius tamen complemento addo,
quod iſta quaſi poſſeſſio iuris releuat præfa. Magnificã
Com. ab onere probandi, præſertim, cum ſit in bona fide
text. eſt in l. eam quæ. C. de libera. cau. per quam legem
dis

colligit Bal, illic. hoc notab. quòd quasi possessio in iuri-
bus corporalibus, releuat ab onore probandi, præ-
sertim si sit habita bona fide sicuti hæc nostra allegan-
dis inferius in petitio. Ad idem etiam bene facit text. in
l. circa eum, qui. ff. de prob. vbi Iacob. de S. Geor. nu. 2.
notab. inquit quod quasi possessio alicuius iuris habi-
ta bona fide, releuat quasi possidentem ab onere pro-
bandi vt in casu nostro.
5 Circa secundum, clarum est in iure nostro † Quod
communis vsus loquendi præfertur propriæ significa-
tioni l. librorum, §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. vbi
habemus bonam glo. quam Bar. illic præcise notat ad
interpretationem statutorũ, quia si aliquod verbum re-
periatur ambiguum quod habeat aliud significatum,
illud debemus intelligere secundum communem vsum
loquendi; quod & etiam tradidit Bartolus & Alexan.
in l. Labeo. ff. de supel. lega. idem Bart. in l. non dubium
C. de legibus & habetur, p Ant. de Bur. & Abb. in proe.
decret. quod & etiam tradit Dec. qui alia etiam conge-
rit in consilio 146. columna secunda in princi. & cons.
6 610. in fi. vbi dicit hæc notan. esse, † imo mirabile est se
cundum Bart. in l. 1. columna secunda in prin. ff. de suis
& legit. quod propria significatio non sit, & quod pro-
7 priæ tamen significationi præferatur † Quinimo quod
plus est, præualet omni regulæ omnique constitutioni
in intelligendis sermonibus, statutis, vel constitutioni-
bus, vt voluit idem Bartol. consilio 159. columna 4. in
prin. ad quem semper pro solenni interpretatione recur
8 ri inquit Bal. in c. in præsentia, col. 6. de prob. † Ad idẽ
& plenius per eũdem Bart. in l. omnes populi. ff. de iu-
sti. & iure, colum. mihi 22. in fi. qui supra eo loci distin
guendo voluit, quod ubi in statuto reperitur aliquod
verbum plures habens significationes vnam propriam
alteram impropriã, tunc licet regulariter sit, vt assuma-
matur propria, & omittatur impropria; tamen illud fal-
lit, si de mente disponentis apparet, sicuti in præsenti ca
su ex vsu longeuo, atque ex vetustissima ac immemo-
9 riali totius prouinciæ obseruantia. Et de mente dicitur
apparere secundum Bar. ibid. si intelligendo secundum
primã propriamque significationem resultet iniquitas,
siue absurditas (vt in casu nostro) tunc assumitur im-
propria, uel si personarum qualitas, aliud annue-
ret; vel communis vsus loquendi aliter se haberet, qui
(vti diximus) omni regulæ, omnique constitutioni in
exaudiendis, ac examinandis sermonibus derogat pre-
10 ualetque † Sed quid de communi vsu loquendi, cum
in casu nostro pro Magnifica Communitate Lugi no-
stra adsit propria verborum significatio, de libris Mar-
chi. loquentium, discurrantur obsecro statuta Lugi pœ-
nalia præsertim. & præcipue in 3. lib. perpendantur, dũ
disponunt loquunturque de pœnis irrogandis, & infli-
gendis delinquentibus quibuscunque, quia statuentes
semper vsi sunt verbis istis, condemnetur contrafaciẽs
siue delictum illud perpetrans in li. tot. Marchisanis,
& tamen condemnationes, atque prædictarum pœna
rum ac mulctarum exactiones, a tanto tempore quod
non est hominum memoria in contrarium fuere sem-
per de plano, & absque vlla hæsitatione ab officialibus
exactoribusque ducalibus exactæ ad monetam longam
prouinciæ Romandiolæ, non autem ad monetam stri-
11 ctam ciuitatis Ferrariæ, qua propter hæc propria di-
citur significatio, cum summatur a statuti authoritate,
& sic ab ipsamet lege explicite loquente, ita expresse de
cidit Bart. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iu. nu. 59. &
sequitur Ias. late ibi, quod etiam habetur explicite in sta
tu. Ferrariæ, tit. Modus facie. soluti. c. 32. li. 2. vers. quod
si creditum, vbi confunditur, & non ponitur differen-
tia inter vnum, & alterum, sed indifferenter accipiun-
12 tur † Item ex alio ad fauorem præfatæ Mag. Commu-
nitatis dicitur propria significatio ista, videlicet ex allu
sione vocabuli, in istis nominibus appellatiuis diffini-
tione carentibus, in quibus bene potest argui ad no. in
l. 2. §. appellari. ff. si cert. pet. & tradit Ang. de. Are. in §.
1. col. 2. Instit. de testa. Et gabellæ capitula fuere facta tẽ
poribus Illust. Marchionũ Aestensiũ, a quibus deriuan
13 tur. Quinimo ipsis Marchionibus authoribus sicuti, &
memorant statuti, ideo non est mirum si semper loquã
tur de moneta Marchiunali, quia istud est ad similitu-
dinem vocis illor. & quoniam illud ideo etiam est, vt
nomen sit rei authorique suo consonum, conueniensq;
iuxta tex. & gl. in §. Est & aliud in verb. & cõsequentia
14 Instit. de don. vbi gl. iura concordantia aduocat. † Et
comprobatur, nam nomina adinuẽta fuerunt ad distin
guendum, & ad quod quid est dignoscẽdum. C. de in-
15 gen. & manumis. † Sicuti etiam insignia siue arma,
quæ ad illud idem fuere inuenta. l. sanctum. ff. de re-
16 rũ diuis. † Quapropter non per hoc debet introduci
insolitum illud, & sic haud capi absona illa, incongrua,
inauditaq; in prouincia interpretatio, & abusiuus intel
lectus, in tam grande damnum, & in tam notabile atq;
perpetuum præiudicium tot viduarum, tot pupillorum
& denique totius prouinciæ, vt sic decisum reliquit
Bar. d. l. omnes populi, in veritatem quando, quem secu-
tus est Ias. ibi non desunt exempla ad hoc debemus ete
nim scire alia similia de possessione. scilicet ac de testa-
17 mentis † nam possessio a quasi pedum positione appel
latur, vt legitur & nota. in l. 1. de acq. pos.
18 † Et testamentum ex eo appellatur, quod testatio
mentis sit, vt habetur Insti. de testam. in princ. Et tamen
nõ omnis pedum positio dicitur proprie possessio, sicu
ti nec quælibet mentis testatio dicitur proprie testamẽ
19 tum, sed large improprie, atque abusiue, † Large igitur
improprie, atque abusiue accipiuntur in prouincia illa
verba ad monetam Marchisanam, ad monetam latã, si-
ue longam Romandiolæ, non autem stricte ad
monetam Ferrariæ. Et ista interpretatio ab vsu lon-
geuo immemorialique totius prouinciæ obseruan-
20 tia reperitur millies comprobata † minime igi-
tur mutanda sunt ea quæ interpretationem certam ac
indubitatam semper habere. l. minime, ff. de legibus,
21 & comprobatur. † Nam solutio quælibet regula-
riter debet fieri ad monetam currentem, vigentem-
que tempore impositionis, atque contractus iste est
casus notab. & multum allegabilis, vt dicit Abb. in ca-
pit. olim causam, de censibus & exactio. nisi sit in alte-
rius monetæ solutione præscriptum vt dicit tex. ille,
22 † Et si quis diceret, si igitur solutio debet fieri ad anti-
quam monetam currentem, vigentemq; tempore impo
sitionis, ergo debet solui gabella ad monetam Ferrariæ,
& sic ad monetam impositionis tempore currentem,
23 non autem ad monetam Romandiolæ. Ad hoc respon
detur, vt superius iam dictũ est, & primo, quod indiffe
renter sumitur etiam a statuto Ferrariæ moneta. Secun
do quod solutio ad monetam prouinciæ Romandiolæ
est facienda etiam ex propria verborum significatione,
per allegata superius in secundo dubio principali. Ter-
tio non adest præscriptio vlla soluendi ad illam mone-
tam quinimo ex diuerso reperitur præscriptum pro par
te præfatæ Mag. Cõmunitatis Lugi, & ista semper fuit
ab omnibus nullo prorsus dubitante ex vsu, longæuo,
ex immemoriali consuetudine receptum, atque inuio-
labiliter ad ipsis Gabellarijs obseruatum.
24 † Vltra quod etiam in dubio de iure inspicitur mo-
neta currens in loco vbi solui debet, per ea quæ plene,
atque in terminis tradidit Alexan. in cons. 21. in secun-
do dubio; vbi ipse considerat etiam statutorum verba
& ciuitatis consuetudinem, quæ eius consideratio mi-
litat, vt est iam dictum, pro præfata Mag. Lugi. Com
munitate, quæ est in ista quasi possessione non minus
pacifica quam antiqua.

Et

25 Et in annua præstatione est in terminis consil. Pur-
purat.consil.522.quem vide.
26 Quo circa intrepide concludendum esse existimo,
attendi debere vsum longæuum, immemorialemque
obseruantiam & consuetudinem totius prouinciæ Ro
mandiolæ ad fauorem Magnif. Communitatis prædi-
27 ctæ in istis clarissimis terminis. † In quibus nullus est
dubitandi locus, neque coniecturandi. l.continuus, §.
28 cum ita.ff.de verborum obligatione. Quinimo in ca-
su isto legis, in quo dubitare non licet, l.ancillæ, C.de
furtis.
29 Accedat quoque istud, quod vbi dubia esset memo-
ria consuetudo, quæ tamen est indubitata per superius
deducta, pro Magnifica Communitate prædicta; ad-
huc diceretur etiam primo attendendam esse loci, ac
prouinciæ vrgentem consuetudinem, ad tradita per
Iaf.in l.de quibus, columna prima, ff.de leg. vbi plene.
30 Quæ quidem consuetudo cum sit generalis non in-
diget probatione, quia iudex supplet, vt tradit Bal. in l.
si fugitiui serui, sub numerum tertium, versic. vel sic,
C.de ser.fugit. quod commune dicit Card. Parif. consi.
13.sub numerum 33. Item commune etiam per eosdē
recentiores in sua collecta communium opin. versic.
consuetudo, num.26. & ad idem per Dec. qui alia in
proposito adnotat.consi.483.nu.20.consi.402.nu.10.
& consil.447.nu.12.& consi.559.num.9.& consi.615.
colum.3.ad medium, & consil.586.nu.2.& 693.nu.4.
31 Inueterata etenim consuetudo (vt ista) est ius mo-
ribus constitutum, vt not. Bald. in l. de quibus, prima
lect.nu.4.ff.de legi.
32 Item dicitur pactum cum ciuibus initum, vt per
33 Bal.in l.de consuetudine. ff. eod. tit. Et pacta semper
seruabo, semel loquutus est prætor, in l.iurisgentium,
34 §.prætor ait, ff.eod. Quæ vox prætoris fuit quasi di-
35 uina, vt post relatos ab eo tradit Afflict.75. ad fin. Pa-
cta igitur suam obtineant firmitatem adnotata in cap.
1.eod.tit.
36 † Item studiose agendum est, vt illa quæ promittun-
tur verbo, compleantur etiam opere, per ea quæ haben
37 tur, atque notantur in c.qualiter, eo. † Quod procede-
ret etiam in principe, qui pacto cum subditis inito con
trauenire haud potest, per ea quæ tradunt Rub.in cōsi.
138.col.2.consi.146.col.3.Pau.de Cast. consi.317.col.
38 1.& Car.Parif.late consi.2.nu.39.nu.4. † Etiam de ple-
nitudine potestatis, per ea quæ post plene aduocatos
39 tradit Rol consil.2.nu.28.vol.2. † Vbi inter alios citat
Bal. in l. 1. ff. eo. qui refert Aristo. dixisse ad Alex. Re-
40 gem Mace.ò Alex. serua fidem datam. † Quibus ego
addo tex.in Authen. inter claros, C.de sum. Trin.& fi-
de cath. vbi Imperator præcise dicit, nihil est quod luce
41 clarius præfulgeat in principe, quam recta fides. De
qua nullo vnquam tempore fuit dubitatum in Serenissi
mo, atq; potentissimo Principe nostro, qui semper fuit
inuiolatæ fidei, & subditorum amator, pupillorum pa-
ter optimus, viduarum protector vnicus, & deniq; iu-
stitiæ præsul singularis, & quam semper studet pro sub-
42 ditis suis, & nunquam in subditos. Et hic optime cadit
beneplacitum illud ab Inuictiss. Duce Alphonso primo
concessum hominibus, & Communitati, præfatæ Lugi
quod; ex facti narratione, ac per traditionem audio cō-
cessum propter commensurationem donationis molen
dinorum Lugi non modici introitus. Seu ob recompen
sationem factorum præteritorum, & propter iacturam,
damna, violentias oppressiones, atq; insuuta mala passa
temporib. illis infestis, dānosis, iniuriosis, ac calamitosis
& ob incomparabilem fidelitatē hominum Lugi plu-
ries agnitam ante, ac in bello & actu cōtra Serenissimos
Venetos, & postea in acieb. Bastiæ, atq; Rauennæ.
43 Quib. animaduersis tale priuilegium, & concessio di
citur in contractum & conuentionem transiisse secun
dum gl. in l. Aquilius, ff.de don. Pau.de Cast.in consil.
317.& citatos plene per Car. Par.in consil.11.num.52.
qui nu.seq. ex plurib. probat transiisse in contractum,
44 Ex quo quod apparet per viam priuilegii seu gratiam cō-
cessum, quod absq; iusta causa non posset reuocari à
Principe, qui tenetur illud vt a Principe concessum ob-
seruare, ex plurib. docuit, quæ non transcribo, sed adde
Barbat.consil.1.columna quarta, in 2.Dom. consi.74.
colum.1. Bert.consil.206. colum.1. id secundo, in no-
uis, & Abb. consil.94. colum.3. versic.quoad tertium,
volum.2. Afflict.decil.128.num.10. & plenius habe-
tur per Menoch. in suo respon. causæ Finarien. in pri-
mo artic. sub num.139. vbi concor. congerit, & ibi de
communi opin. & reperitur post allegatum suum tra-
45 cta.de recuper. possess. Neque præsumitur causa reuo-
candi in principe etiam in lucratiuis, per Ruin.consil.
7.colum.6.& consi.36.col.7.& consil.91.col.1.vol.1.
46 Sicuti neque in hominibus Lugi reperitur causa vlla,
neque ingratitudinis, neque iniustitiæ, neque doli, aut
47 alterius speciei. Et tamen causa vera ac iusta requiri-
tur, & illius cognitio, vt per Alex. consil.101. num.7.
volum.1.& in consil.17.num.30. volum.5. vbi plene,
& prædicta experientia rerum magistra semper do-
cuit, & in dies magis docet pro Magnifica Communi-
tate prædicta, cuius benemerita sunt innumera, & e-
48 quidem militantia. Libet hic aliqua commemorare,
& primo donationem factam Illustriss. atque Excellen-
tiss. fœlicis recordationis Herculi secundo Duci quar-
to Sereniss. de terris vallinis in non modica quantitate
ab ipsa Communitate. Secundo operas immensas po-
sitas in fortilicijs Mutinæ, atque Lugi. Tertio in expen
sis in Mantelli aggeribus. Quarto in Belregendi fo-
ueis duplicatis. Quinto in Meiuiæ lapidibus constru-
ctis, & continuis operis, in quibus Magnifica Commu
nitas cum tota prouincia, inæstimabiles sumptus, &
incomparabiles operas est passa, patiturque in dies, in
quibus multi homines ex hac vita decessere.
Postremo in tot donatiuis alias factis, Et quibus pa-
49 tet de benemeritis dictis. Et prædicta de moneta Mar
chia. soluenda ad monetam longam Romandiolæ (vt
semita in viam post longam digressionem redeamus)
adeo vera sunt, vt etiam procedat, vbi adessent pacta a
Massario cum priuatis inita de istorum acordia sol-
50 uendo ad monetam Ferrariæ, Quoniam pacta illa
vti, & tanquam contra publicam vtilitatem inita haud
valerent, & non firmantur, neque stipulatione, ne-
que iuramento, per ea quæ tradit Bart. in l. si quis pro
eo.ff.de fideiuss.& habetur per can. maxime Io. ab Imo.
in sua solem.repeti.c.cū contingat, de iur.iur.& legitur
atque communiter notatur per legistas etiam in l.iuris-
gētium, §.si paciscar, ff.de pac. vbi Bar.sing.notat, quod
quando pactum vel contractus est ob publicam vtilita
tem prohibitus, tunc non firmatur iuramento, quod cla
rius aperit, atq; explicat ibi. Iaco.de S.G. in 2.lec. dicens
non firmari, neque stipulatione, neq; iuramento, Et dici
52 tur pactum contra legem contraq; publicam vtilitatem
quando lex vel consuetudo, quæ est altera lex, vt habe-
tur atq; notatur in l.de quibus, ff.de legibus, resistit. De
53 omnibus igitur (Bone Deus) resistentib. videamus se-
riatim. Resistit lex, resistit sæpius cōfirmatum ab Illust.
Ducibus statutum resistunt capitula gabellæ, resistit lo-
ci ac prouinciæ consuetudo immemorialis resistit lon-
gæuus vsus, resistit deniq; ac fortiter exclamat bonum
publicum prouinciæ principaliter, & secundario subti-
liter intuentibus. Item, & mercati Lugi in prouincia ce
lebratissimi libertas.
54 Quæ est res inæstimabilis argumento l.libertas, ff.de
55 reaur. Vltra quod alterare, atq; mutare monetā in exi-
gendo

gendo forte non potest fieri, cum sit de Regalib. rerum particularium, atq; locorum prouinciæ, vt declarat Ias.
56 in consi. 10. col. 1. in 3. Et quæ sint regalia habetur in c.
57 1. quæ sint reg. Et de quibus multa habentur per Boss.
58 tit. de Regal. Et prædicta de pacto contra legem contraque publicam vtilitatem probat optime pulcherrima glos. in l pacta quæ contra, verb. contra bonos mores, C. de pact. ad quam semper recurri inquit illic Iaco. de S. G. qui ita etiam declarat, atq; alia ad materiam ci-
59 tat. Et prædicta omnia (Beneplacito excepto) faciunt etiam pro Magnifica Communitate Bagarelli, quæ reperitur in eadem naui. Et ex istis procella cessabit, & naturæ tandem portum salutis agnoscent, suprascripta libuit scripsisse instante Mag. Cõmunitate prædicta, cui semper libenti animò summa ope, atq; alacriori studio patrocinabor. Laus D.O.M. vt superius scriptum est iuris esse dico. Ego Hiero. de Giac. I. V. D. Lugiensis. In quorum fidem subscripsi subsignauiq; saluo. &c.

FINIS.